






B 925,826





JAHRBÜCHER

für

classische Philologie.

Begründet von

Alfred Fleckeisen.



SECHSUNDZWANZIGSTER SUPPLEMENTBAND.

Leipzig, 1901.
Druck und Verlag von B. G. Teubner.



Inhaltsverzeichnis.

Seite

1. De nominibus Bucolicis scripsit *Carolus Wendel* p. I—IV et 1—90
2. Incerti auctoris epitome rerum gestarum Alexandri Magni. E codice Mettensi edidit *O. Wagner* . . . . 91—167
3. Untersuchungen über die Darstellung des Haares in der archaischen griechischen Kunst von *Harald Hofmann*. . . 169—212
   Mit 2 Abbildungen im Text und 3 Doppeltafeln.
4. De poetis scaenicis Graecis hymnorum sacrorum imitatoribus. Scripsit *Fridericus Adami* . . . . 213—262
5. Quaestiones Platonicae. Scripsit *G. Janell* . . . . 263—336
6. Romanorum sermonis castrensis reliquiae collectae et illustratae. Scripsit *J. G. Kempf* . . . . 337—400
7. Der dem Boethius zugeschriebene Traktat de fide catholica. Untersucht von *E. K. Rand* . . . . 401—461
8. De praepositionum in prisca latinitate vi atque usu. Scripsit *Fr. Pradel* . . . . 462—576
9. De clausulis Ciceronianis. Scripsit *J. Wolff* . . . . 577—680

JAHRBÜCHER

für

classische Philologie.

Begründet von

Alfred Fleckeisen.



SECHSUNDZWANZIGSTER SUPPLEMENTBAND.

Leipzig, 1901.
Druck und Verlag von B. G. Teubner.



GEORGIO WISSOWA

SACRUM.



Pars I.

De Theocriti nominibus bucolicis.

Quam rationem in personarum bucolicarum nominibus eligendis Theocritus secutus sit quaerenti, quaenam collectionis Theocriteae carmina inter bucolica numeranda sint primum examinandum est. Atque Vergilium carminibus nostrae collectionis I—XI usum esse constat (cf. part. III cap. I A § 1, imprimis n. 86). De his vero carminibus ut spuria secernenda esse VIII et IX argumentis de verborum copia ac re metrica ductis post G. Hermannum (opp. V p. 85—87) aliosque evicit Brinker *De Theocriti vita carminibusque subditiciis*, diss. Rostoch. 1884, p. 23—35.[1] Contra, cum mimica nomina a bucolicis seiungi non possint, carminibus a Vergilio expressis addendi sunt mimi XIV et XV, quos propter insertas Ptolemaei laudes Theocrito nemo abiudicat.

De Theocriti nominibus bucolicis disputaturis nobis duae quaestiones instituendae sunt: altera de nominum origine, altera de allegorica nominum interpretatione. Atque haec interpretatio, quam post Meinekium Hartungium Usenerum Wilamowitzium Haeberlinum Reitzensteinius (*Epigramm und Skolion*, Gisae 1893, cap. IV) proposuit sagacissimeque defendit, imprimis nobis examinanda est. Si vero in homines veros fictis nominibus indicatos inquirimus, de hominibus veris suis nominibus vocatis simul disputemus necesse est.

Caput I. Quae personae Theocriteae ad veros homines referendae sint.

Examinemus singula carmina. Usque ad mimica carmina II XIV XV vel ad carmen XI mere fabulosum allegoricam interpretationem nemo protulit. Nec magis personae carminis sexti,

---

1) Adicio ad Brinkeri argumenta, tironis esse videri (1) crebras verborum repetitiones:

ἄμφω quater VIII 3 sq.,
ἁδύς quater IX 7 sq.,
ἔνθα ter VIII 45,
παντᾷ ter VIII 41,
ἁδύς ter VIII 76 sq.;

(2) cumulatas comparationes multiplices: quadruplex VIII 57 sq., triplices VIII 79 sq.; IX 31 sq. 33 sqq.; (3) elocutiones anxie inter se respondentes: VIII 5—7 ∼ 8—10, 11 ∼ 12, 13 ∼ 14, 18 ∼ 21, 19 = 22, 28 ∼ 29, 33—36 ∼ 37—40, 41—44 ∼ 45—48, 88 sq. ∼ 90 sq.

Daphnis et Damoetas, hac arte explicati sunt. Et profecto difficile est credere Daphnidi et Damoetae, qui carmina sua iam per nomina fabulosarum personarum recitant, homines veros esse suppositos, ita ut quae primo aspectu verba Polyphemi esse viderentur, in poemate Damoetae, in veritate poetae sub Damoeta latentis essent.

In Viatoribus verus homo commemoratur: Praxiteles artifex (V 105). Quo de artifice scholia ad l. haec docent: δύο φαϲὶ Πραξιτέλειϲ, τὸν μὲν ἀρχαιότερον ἀνδριαντοποιόν, τὸν δὲ νεώτερον ἀγαλματοποιόν· οὗτοϲ δὲ ἦν ἐπὶ Δημητρίου τοῦ βαϲιλέωϲ· περὶ οὗ φηϲιν ὁ Θεόκριτοϲ. Cum nomen Demetrii regis e solo Theocriti loco derivari non potuerit, non est, cur huic testimonio diffidamus (cf. Fritzsche-Hiller ed. 3, 1881 ad l. contra Brunnium, *Gesch. der griech. Künstler* II p. 410); si vero Praxiteles quidam caelator Theocriti temporibus floruit, is hoc loco intellegendus est, praesertim cum celeberrimus ille Praxiteles artem toreuticam professus non sit. Theocriti igitur aequalis suo nomine laudatur. Pastores autem colloquentes, Laconem et Comatam, quamvis e. g. Reitzensteinius (l. l. p. 242) pro poetis (magistro et discipulo) habeat, nemo adhuc allegorice interpretatus est. Quod mirum non est. Nam hoc carmen, si certantes non pastores veri, sed poetae intelleguntur, e praesenti ac iocoso fit indecorum atque ineptum. Pauca exempla sufficiant. Comatas quidem Laconem artem canendi docuit, sed probris et maledictis discipulum suum vexat: θρέψαι καὶ λυκιδεῖϲ, θρέψαι κύναϲ, ὥϲ τυ φάγωντι (38), ὕϲ ποτ’ Ἀθαναίαν ἔριν ἤριϲεν (23) et iterum id admonet, quod ipse eum male mulcaverit (41. 116 sq.). Dixerit quis Theocritum favere magistro, illudere discipulum. Sed Comatas non clementius tractatur: Lacon nihil boni unquam ab eo accepit (39) et contumeliose in magistrum suum invehitur: ὢ φθονερὸν τὺ καὶ ἀπρεπὲϲ ἀνδρίον οὕτωϲ (40) et ταὶ δὲ τραγεῖαι ταὶ παρὰ τὶν ὄζοντι κακώτερον ἢ τύ περ ὄζειϲ (51 sq.). Nec Comatas magister non vapulavit (118 sq.). Furta fecerunt et alter alteri (1 sqq.) et uterque alienis hominibus (112 sqq.). Utrumque igitur acerbissime carpere voluisse Theocritus esset putandus.

Carmen tertium si per se consideres, ad veritatem vix referas. Attamen Tityrum (v. 2 sqq.) verum hominem viri docti intellexerunt propterea, quod Tityrum Thalysiorum ita interpretabantur. Sed etiamsi Tityrus in Thalysiis verum hominem significaret (qua de re infra dicam), in Tityrum Comissationis hoc idem valere inde non sequeretur. Demonstrari enim potest Theocritum diversis personis eadem nomina saepius imposuisse. Clearista est in Pharmaceutriis (II 74) puella Coa[2]), quae Simaethae amicae vestem uten-

---

2) Pharmaceutrias in Co insula agi his de causis verisimile est. 1) Delphis est Myndius (v. 29. 96), i. e. ex urbe Co vicina (cf. etiam Hillerum *Jahresbericht* LIV p. 187). 2) Nomen Lyconis, quem virum nobilem esse e versu 76 colligi potest, in nummis Cois aetatis illius invenitur (Paton-Hicks N. 6. 60). 3) Tibicina Samia (v. 146) Co facil-

dam tradidit, in Viatoribus (V 88) amat Comatam pastorem Sybaritanum (v. 73); quis contendet eandem puellam et hic et illic intellegi? Corydon in Pastoribus est bubulcus (v. 1) Crotoniensis[3]) artis fistulatoriae peritus (v. 28 sqq.); in Viatoribus, quos apud Thurios agi patet (Κρᾶθις v. 16. 124; Θούριος Σιβύρτας v. 72), et fistulae ignarus stipula tantum canit et cum Lacone opilione amicitia coniunctus et ipse opilio esse videtur (V 5 sqq.). Philondas IV 1 vir Crotoniensis est, cum V 114 possessio eius apud Thurios commemoretur. Itaque Tityrum carminis tertii ad septimi exemplum interpretari nulla re cogimur. Nec meliore iure a carmine quarto orsi Amaryllidem et ipsum comissatorem anonymum pro veris hominibus viri docti habuerunt. Praeter nominis iterationem eo nituntur, quod verba comissatoris ὦ χαρίεςς' Ἀμαρυλλί (III 6) a Batto repetuntur (IV 38). Sed multis locis casu factum est, ut iisdem verbis poeta uteretur[4]), et a Batto comissator moribus atque ingenio quam maxime differt.[5]) Haec Theocriti ut ita dicam negle-

---

lime versari potuit. 4) Dignum videtur commemoratione, quod nomen Delphidis ceterum ignotum (in lapide Therae invento, in quo Roehl IGA 453 nomen Delphidis legerat, Delphinium Apollinem agnovit Hiller de Gaertringen Inscr. Ins. III 537) iterum exstat in lapidibus Cois: 10 c 35 Δέλφις Φιλίνου et 137 Οὐ μόνον [ἀθλητῆρας ἀμύμ]ονας, ὦ χρυςέα Κῶ| ὕ[μ]ῖν ο[..]κ[...φαίδι]μος οἶκος ἔχει, | [ἀ]λλ' ἴδε καὶ θ[.. ἀ]οίδιμος ἅ[δ]ε ἀνέτειλε, | Δέλφις ἐπεὶ Μου[ς]ᾶν [ἥψ]α[τ]ο Ὀλυμπιάδων κτλ. Paton adnotat ad 137 *Delphis is a poet; he may be the* Δέλφις Φιλίνου *of No. 10: in this case line I may refer to the athletic successes of Philinus of Cos.* Sine dubio Philinus in athletis est, ad quos priores versus spectant; sed Delphidem eius filium esse colligi inde non potest, cum nomen Philini in Co insula maxime usitatum fuerit (22 in monumentis inveniuntur). 5) Philinus, quem cursu se superasse Delphis iactat (II 115), celeberrimus ille cursor Cous esse videtur, qui Theocriti aetate Olympia aliosque ludos saepissime vicit. Pausan. VI 17, 2 Φιλῖνον δὲ οἱ Κῷοι δόξης ἕνεκα ἀνέθεσαν· ἐν μέν γε Ὀλυμπίᾳ δρόμου γεγόνασιν αὐτῷ νῖκαι πέντε, τέςςαρες δὲ Πυθοῖ καὶ ἴςαι Νεμέων, ἐν δὲ Ἰςθμῷ μία ἐπὶ ταῖς δέκα. Eusebius chron. Olymp. 129 Φιλῖνος Κῷος ςτάδιον. Olymp. 130 ὁ αὐτὸς τὸ δεύτερον.

3) Certamen Batti et Corydonis apud Crotonem fieri his argumentis probatur. 1) v. 32 sq. Corydon: αἰνέω τάν τε Κρότωνα, καλὰ πόλις, ἅ τε Ζάκυνθος | καὶ τὸ ποταῷον τὸ Λακίνιον. 2) v. 17 Corydon: ἐπ' Αἰςάροιο νομεύω, v. 23: ἐς Στομάλιμνον, v. 24: ποτὶ τὸν Νήαιθον. Quocum conferas Strab. VI p. 262 de Crotone: καὶ ποταμὸς Αἴςαρος καὶ λιμὴν καὶ ἄλλος ποταμὸς Νέαιθος.

4) Cf. Fritzsch. ad V 101. Exempla sunt I 13 Thyrsis — V 101 Comatas ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον αἵ τε μυρῖκαι. XVIII 46 ὑπὸ ςκιερὰν πλατάνιςτον — XXII 76 ὑπὸ ςκιερὰς πλατανίςτους. I 38 — VII 48 ἐτώςια μοχθίζοντι. II 19 — XI 72 πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι. I 58 ὦνον καὶ τυρῶντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος — V 53 ςταςῶ δὲ κρατῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος. III 25 τὰν βαίταν ἀποδὺς ἐς κύματα τηνῶ ἁλεῦμαι — V 14 sq. οὔ τέ γε Λάκων | τὰν βαίταν ἀπέδυς' ὁ Κυλαιθίδος. XIII 32 — XXII 32 ἐκβάντες δ' ἐπὶ θῖνα. Plura exempla collegit Gerckius in Mus. Rhen. XLII p. 616 n. 3.

5) Attamen iam veteres in eo consentiunt, quod Amaryllidem in utroque carmine eandem et Battum comissatorem putant. Quamobrem

gentia in nominibus tractandis eo optime declaratur, quod carmina singula emisit[6]), ita ut diversa carmina, quibus idem nomen inesset, separatim, non simul legerentur. Nulla igitur re commoveri possumus, ut carmen tertium allegorice intellegamus.

Ne in primo quidem carmine ulla res invenitur, quae ad veritatem alludat. Tamen Thyrsidem Theocritum significare doctissimi viri sibi persuaserunt. Fundamentum huic sententiae primus ut equidem video Maassius apud Susemihlium (*Gesch. d. griech. Litt. in der Alexandr.-Zt* cap. V n. 3) subicere conatus est, cum exponeret 1) primum Theocriti carmen in Co insula agi et 2) Thyrsidem pastorem Siculum Co versantem verum pastorem esse non posse. Quarum quaestionum prior pendet a versibus I 55—57: παντᾷ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος, | ΑΙΠΟΛΙΚΟΝ τι θέαμα, τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι. | τῶ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ ΚΑΛΥΔΩΝΙΩ αἶγά τ' ἔδωκα κτλ. Insunt in his versibus duae difficultates inter se cohaerentes. (1) Pro codicum lectione αἰπολικόν scholia servarunt variam lectionem αἰολικόν[7]), atque apparet scriptum fuisse αἰολικόν idque cum male intellegeretur commutatum esse in αἰπολικόν. Αἰολικόν inde a veteribus duplici modo explicatum est: alii intellexerunt adiectivum gentile, derivatum ab Αἰολίς. In his est pars scholiorum et Hesych. s. v. Αἰολικὸν θέαμα· ἀντὶ τοῦ Αἰτωλικόν, παρὰ Θεοκρίτῳ. ἡ γὰρ Καλυδὼν Αἰολὶς ἐκαλεῖτο. Regionem illam Aeolida olim appellatam esse auctor est Thucydides (III 102) ἀνεχώρησαν οὐκ ἐπὶ Πελοποννήσου, ἀλλ' ἐς τὴν Αἰολίδα τὴν νῦν καλουμένην Καλυδῶνα καὶ Πλευρῶνα καὶ ἐς τὰ ταύτῃ χωρία καὶ ἐς Πρόσχιον τῆς Αἰτωλίας. Elucet autem ex ipso testimonio iam Thucydidis temporibus hoc nomen extra usum fuisse.[8]) Alii putarunt αἰολικόν significare αἰόλον, i. q. ποικίλον (pars scholiorum). Sententia est optima, conferas e. g. simillimum illud αἰόλον ὄστρακον Hom. hymn. Merc. 33. Sed nomen adiectivum αἰολικός neque usquam praeterea invenitur et nomina adiectiva in —ικός exeuntia a sub-

---

Munatius, cum Theocritum pro comissatore haberet, Battum esse Theocritum censuit. Schol. argum. III; ad IV 39.

6) Quod probant singuli tituli singulis carminibus praepositi. Birtius (*Das antike Buchwesen* p. 394 n. 3) non refellit nisi sententiam Ahrensii, qui carmina Theocritea a Theone primo collecta esse censuerat.

7) Schol. I 56. (1) Αἰπολικόν· ἀπατητικόν, ποικίλον, ἐκπληκτικὸν καὶ ὃ ἄν τις διὰ κάλλος θαυμάσῃ· ταῦτα γὰρ δύναται τὸ αἰολίζειν· ἢ οἷον αἰπόλος [ἂν] θαυμάσαι. ἢ Αἰολικῶς· οἱ γὰρ Αἰολεῖς ἐπὶ ἀπάτῃ διαβάλλονται. (2) Γράφεται χωρὶς τοῦ π Αἰολικόν· αἰολίζειν γὰρ τὸ ἀπατᾶν. Ἱεροκλῆς· μηδ' αἰόλιζε ταῦτα. (3) Αἰπολικόν· αἰόλον τι καὶ ποικίλον θέαμα. ἢ Αἰολικόν. Αἰολεῖς γὰρ οἱ Αἰτωλοί, ἐξ Αἰτωλίας δέ φησι τὸ ποτήριον κεκομίσθαι. Quamvis diversae adnotationes commisceantur, dilucidum est, quid sibi velint sententiae oppositae.

8) Strabo hoc nomen ita explicat (X p. 465): τὴν Πλευρωνίαν ὑπὸ Κουρήτων οἰκουμένην καὶ Κουρῆτιν προσαγορευομένην Αἰολεῖς ἐπελθόντες ἀφείλοντο, τοὺς δὲ κατέχοντας ἐξέβαλον.

stantivis, non ab adiectivis derivari solent. Itaque Ahrensius (Bucol. graec. rell. II p. 472) recte restituisse videtur αἰόλιχον. Nomina adiectiva in —ιχος exeuntia apud Dores saepius ab adiectivis derivantur (cf. Kuehner-Blass Gramm. I ed. 3, 1892 pars II p. 280): ὀρτάλιχος, ἄστριχος, τόσσιχος, apud ipsum Theocritum πύῤῥιχος (IV 20), ὅσσιχος (IV 55). (2) Altera difficultas inest in verbis πορθμεῖ Καλυδωνίῳ. Haec verba, quae et codices et Hesychius praestant, scholia ad l. recte explicant τῷ ἀπὸ Καλυδῶνος εἰς Πελοπόννησον αὐτὸ διακομίσαντι· ἀντίκειται γὰρ ἀλλήλων τὰ χωρία. Nihil aliud verba tradita dicere possunt. Cum vero portitor Calydonius esse non possit nisi in litore sinus Corinthiaci — nam si alium in locum profectus esset (Hiller ad l.), *portitor* Calydonius non vocaretur — totum carmen, siquidem lectio recta est, illic agi necesse est; quod nemo credit. Qua in difficultate succurrunt nobis scholia, quae alteram lectionem produnt: τινὲς δὲ γράφουσι Καλυδνίῳ, ἀγνοοῦντες ὡς αἱ Κάλυδναι ἐγγὺς τῆς Κῶ εἰσίν. Ὅμηρος (Β 677) 'καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν νήσους τε Καλύδνας'. Scriptum igitur erat in libro quodam πορθμῆι Καλυδνίῳ, cuius scripturae vestigium fortasse exstat in codice Ambros. 222 (k) πορθμῇ Καλυδωνίῳ. Dativus epicus πορθμῆι bene inducitur; cf. XVII 49 προθμῆα. Portitor Calydnius vectatur inter Co et Calydnam, inter quas multum commercium intercessisse inscriptiones Coae docent (cf. Paton-Hicks p. 352 sqq.). Quam facile Καλυδνίῳ commutari potuerit in Καλυδωνίῳ, scholia Ambrosiana praeclare demonstrant, quae in ipso versu Homerico Καλυδῶνας praebent pro Καλύδνας. Praeterea Wilamowitz (Paton-Hicks p. 358) ἀπ' Αἰγίλω v. 147, quod nec veteres nec recentiores interpretes satis explicarunt, recte revocasse videtur ad tribum Coam Αἰγηλίων, quam e lapidibus 393 et 394 novimus: ὁ δᾶμος ὁ Ἀντιμαχιδᾶν καὶ Αἰγηλίων καὶ Ἀρχιαδᾶν. Est igitur mea quoque sententia locus primi carminis Cos insula. Nec negari potest in Coo hoc carmine inveniri Thyrsidem pastorem Siculum: Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας (v. 65). Concedamus autem Maassio, Thyrsidem pastorem Siculum Co versantem non satis probabiliter fictum esse: nonne licuit poetae, si qua poetica ratio poscit, quae in ipsa vitae veritate vix unquam accidunt, fingere? Ex ipsis Theocriti carminibus haec afferam exempla: 1) in carmine quarto homines diversorum temporum in unum collati sunt, ut infra demonstrabitur; 2) III 5 caper Libycus in Sicilia vel Co insula invenitur; 3) VII 71 sq. pastores Acharnensis et Lycopitas, ut equidem confido homines ficti, in Co insula collocantur; 4) vereor, ut ulli caprario opus Praxitelis toreutae fuerit, quod V 104 sq. scriptum videmus; 5) saepissime scientia litterarum contra veritatem personis rusticis tribuitur: II 15 sq. 48; III 40 sqq.; IV 31; V 150. Eadem ratione in ipso carmine primo caprarius possidet poculum caprario pretiosius et Chromis pastor Libycus in Co insulam transfertur (I 24). Thyrsidem autem ἐξ Αἴτνας facit ortum non fortuito vel ex arbitrio, sed quod de Daph-

nidis morte in Sicilia collocata (v. 68 sq.) cantaturus est. De Vergilii eclogis afferre licet, quod pastores Arcades apud Mantuam inducuntur colloquentes (VII). Patonis inventum (p. 357 n. 1) Daphnidem a Thyrside laudatum Philetam esse Theocriti magistrum nonnisi ipsa Thyrsidis interpretatione nititur. Itaque non video, quare Thyrsidem Theocritum esse putemus.

In quarto carmine veri homines aperte inducuntur. Corydon dicit IV 30 sq.: ἐγὼ δέ τις εἰμὶ μελικτάς· | κεὖ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι, εὖ δὲ τὰ Πύῤῥω. Glauca, quae in scholiis adiectis vocatur κρουματοποιός, paulo post Theocritum in Hedyli epigrammate commemoratur his verbis (Athen. IV 176 d): ηὔλει δὴ Γλαύκης μεμεθυσμένα παίγνια Μουσέων.[9]) De Pyrrho scholiasta ad l. adnotat: ὁ δὲ Πύῤῥος Ἐρυθραῖος ἢ Λέσβιος, μελῶν ποιητής. Apparet auctorem scholiastae de Pyrrhi patria nihil certi scivisse. Itaque Meinekius (Anal. Alex. 245 sq.) Pyrrhum cinaedologorum auctorem intellegendum esse, quamvis Milesius appelletur[10]), recte ut puto coniecit, praesertim cum talis generis poeta iuxta Glaucam exspectetur. Praeterea nomen Milonis, quem Theocritus Aegonem Olympiam facit ducentem (v. 5 sq. 11), ad praeclarum illum athletam spectare videtur, quem sexies Olympia, saepissime alios ludos vicisse tradunt.[11]) Neque eo refutatur haec sententia, quod Milo ducentos circiter annos ante Glaucam et Pyrrhum ipsumque Theocritum vixit[12]); immo hinc elucet Theocritum ut poetam res et personas sponte electas in unum composuisse. Tum eos, qui a Lampriade sunt (v. 20 sqq.), veros homines esse oportet, cum fictorum tenuitatem ludificari insulsum sit; ipsius vero Lampriadis nomen non hominis, sed herois eponymi esse videtur, cum τοὶ τῶ Λαμπριάδα (21) in versu sequente δᾶμος appellentur (cf. Hiller. ad l.). Quos enumeravi homines veros neque ficto pastorum habitu

---

9) Ceterum cf. de ea Bergkii commentationem Mus. Rhen. 1842 p. 357 sqq.

10) Suidas s. v. Σωτάδης· ἐχρήσατο δὲ τῷ εἴδει τούτῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς καὶ Πύῤῥος ὁ Μιλήσιος καὶ Θεοδωρίδας καὶ Τιμοχαρίδας καὶ Ξέναρχος. Athenaeus eundem virum Pyretem nominat (XIV p. 620 e): ὁ δὲ Ἰωνικὸς λόγος τὰ Σωτάδου καὶ τὰ πρὸ τούτου Ἰωνικὰ καλούμενα ποιήματα, Ἀλεξάνδρου τε τοῦ Αἰτωλοῦ καὶ Πύρητος τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀλέξου καὶ ἄλλων τοιούτων ποιητῶν προφέρεται.

11) Pausan. VI 14, 5: Μίλωνα δὲ τὸν Διοτίμου πεποίηκε μὲν Δαμέας ἐκ Κρότωνος καὶ οὗτος· ἐγένοντο δὲ τῷ Μίλωνι ἓξ μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ πάλης νῖκαι, μία δὲ ἐν παισὶν ἐξ αὐτῶν, Πυθοῖ δὲ ἕν τε ἀνδράσιν ἓξ καὶ μία ἐνταῦθα ἐν παισίν. Joan. Antioch. fg. 1, 27 Mueller: Μίλων ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησεν Ὀλύμπια ἑξάκις, Ἴσθμια δεκάκις, Νέμεα ἐννάκις. Euseb. chron. Olymp. 62: Μίλων Κροτωνιάτης πάλην· ὃς νικᾷ Ὀλύμπια ἑξάκις, Πύθια ἑξάκις, Ἴσθμια δεκάκις, Νέμεα ἐννάκις.

12) Quam difficultatem iam veteres interpretes animadverterunt. Schol. argum. IV: τὰ μὲν πράγματα διάκεινται ἐν Κρότωνι τῆς Ἰταλίας· οὐ πάντως δὲ ὁ Θεόκριτος κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους γέγονε τῷ Μίλωνι, ἐπεὶ μέμνηται αὐτοῦ, ἀλλ' ἔστι πολὺ νεώτερος, εἴγε ὁ Μίλων τὴν ξ' πάλην νικᾷ παίδων, ὁ Θεόκριτος δὲ ὥσπερ ἐδείξαμεν κατὰ τὴν ρκδ' Ὀλυμπιάδα ἤκμαζεν. Cf. ad IV 6.

involvuntur et suis veris nominibus vocantur. Ipsi vero pastores, Aegon, Battus, Corydon, falso verorum hominum partes tueri creduntur. Atque Aegonem pro vero homine habuit Knaack (*Verhandl. der 44. Vers. dtsch. Phil. u. Schulm.* p. 49). Milonem enim athletam diversum non esse a Pythagoreo Milone et ipso Crotoniensi (Diog. Laert. VIII 1, 21 al.) docet Porphyrius (vit. Pyth. 55): τῶν ἑταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ. Aegonem Crotoniensem inter Pythagoreos enumerat Iamblichus (vit. Pyth. 267): Κροτωνιᾶται Ἱππόστρατος, Δύμας, Αἴγων, Αἵμων κτλ. Unde Aegonem Pythagoreum apud Theocritum intellegendum esse Knaackius collegit. At Milo ut athleta inducitur nec de Pythagoreis agi ulla re significatur: Milo Aegonis personae certum aliquem hominem subesse non magis probat quam Philinus Delphidis personae in Pharmaceutriis (II 115).

Batti personae, si mirum illud Munatii inventum omittimus (n. 5), plerique virorum doctorum inde ab Hartungio (*Die Bukoliker* 1858, p. X sq. 370) Callimachum subesse censuerunt ideo, quod patri Callimachi nomen Batti fuit.[13]) Quae coniectura ut in vetustissimis ita in falsissimis est, cum ratione quam maxime perversa utatur. Primum enim demonstrandum erat poetam sub pastore quodam latere, postea interrogandum quis fuerit poeta et quare hoc ipsum nomen acceperit; e nomine autem solo plane nihil de poeta personato colligere licet. Atque accedit, quod Callimachus Batti filius nullo modo Battus appellari potuit (v. append.). Quae autem Batto tribuuntur res et verba multum abest, ut Callimachum vel alium poetam designent.

Corydoni allegorice interpretando post Hartungium (p. X) operam navavit Reitzensteinius (p. 229 sqq.). Qui duobus locis nisus Alexandrum Aetolum sub Corydone delitescere sibi persuasit. Sed utrumque locum falso intellectum esse facile perspicitur. Agitur vero

1) de Corydonis verbis IV 30 sqq.: ἐγὼ δέ τις εἰμὶ μελικτάς· | κεῦ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι, εὖ δὲ τὰ Πύῤῥω. | αἰνέω τάν τε Κρότωνα, καλὰ πόλις, ἅ τε Ζάκυνθος | καὶ τὸ ποταῷον τὸ Λακίνιον, ᾇ περ ὁ πύκτας | Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάζας. | τηνεῖ καὶ τὸν ταῦρον ἀπ' ὤρεος ἄγε πιάξας | τᾶς ὁπλᾶς κἤδωκ' Ἀμαρυλλίδι, ταὶ δὲ γυναῖκες | μακρὸν ἀνάυσαν, χὠ βουκόλος ἐξεγέλασσεν. Reitzensteinius ita argumentatur: Corydon Pyrrhum imitatus Aegonis athletae facta cantat; Alexandrum Aetolum Pyrrhi Milesii sectatorem fuisse et popularis sui Titormi facta cantasse constat; fabulam de Aegone athleta ad exemplum Astyanactis Milesii a Milesio Pyrrho ut videtur laudati narratam esse scholia tradunt;

---

13) Suid. s. v. Καλλίμαχος, υἱὸς Βάττου καὶ Μεσάτμας, Κυρηναῖος, γραμματικός. Procl. Chrest. p. 244, 22 Westph. Καλλίμαχον τὸν Βάττου. Κυρηναῖος δὲ οὗτος ἦν. In ipsius epigrammate (AP VII 415): Βαττιαδέω παρὰ σῆμα φέρεις πόδας εὖ μὲν ἀοιδὴν | εἰδότος, εὖ δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι patronymicum nomen non ad patrem, sed ad gentem spectat (cf. appendicem).

nonne per Corydonem Alexandrum denotari patet? Quae Reitzensteinii argumenta male stare puto. Primum enim verba τὰ Γλαύκας καὶ τὰ Πύῤῥω ἀγκρούεσθαι significare non possunt *eodem modo quo Glauca et Pyrrhus carmina componere.* Quae enim Reitzensteinius affert exempla hunc loquendi usum non probant. Zenob. I 14; II 15: ἄειδε τὰ Τέλληνος· ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν τίθεται ἡ παροιμία. Τέλλην γὰρ αὐλητὴς ἐγένετο κτλ. Valet quidem τὰ Τέλληνος ἀείδειν idem atque *canere ad modum Tellenis*; sed cum de proverbio agatur, cuius proprium sit generalem sententiam uno certo exemplo indicare, de Corydonis verbis, quae propria sint, nihil hinc efficitur. Praeterea protulit Cic. Tusc. III 45: *O poetam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur,* et Hor. sat. I 10, 17 sqq.: *hoc stabant, hoc sunt imitandi; quos neque pulcher | Hermogenes unquam legit neque simius iste | nil praeter Calvum et doctus cantare Catullum.* Ciceronem et Horatium imitationes illas illudere atque imitatoribus obtrectare elucet; itaque verba Corydonis, qui de se ipso loquatur, his locis illustrari non possunt. Deinde versus 32 sqq. ad imitationes Pyrrhi spectare falso affirmatur. Primum enim Pyrrho, cum quod quidem nos sciamus in lascivis tantum versatus sit, carmen de athletae factis adscribere non licet nisi gravibus prolatis argumentis. Tum Alexander Aetolus cum Pyrrho convenisse non dicitur nisi in lascivis; in his autem, si quid nominum ordini tribuas, Pyrrhum non secutus, sed antegressus est (n. 10). Titormum autem popularem in libro περὶ ἀγώνων soluta oratione conscripto Alexandrum tractasse puto, cum ab Athenaeo inter Theodorum et Phylarchum afferatur (X 412 ef): Μίλων δ' ὁ Κροτωνιάτης ὥς φησιν ὁ Ἱεραπολίτης Θεόδωρος ἐν τοῖς περὶ ἀγώνων, ἤσθιε μνᾶς κρεῶν εἴκοσι καὶ τοσαύτας ἄρτων οἴνου τε τρεῖς χοᾶς ἔπινεν. ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ ταῦρον ἀναθέμενος τοῖς ὤμοις τετραέτη καὶ τοῦτον περιενέγκας τὸ στάδιον μετὰ ταῦτα δαιτρεύσας μόνος αὐτὸν κατέφαγεν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Τίτορμός τε ὁ Αἰτωλὸς διηριστήσατο αὐτῷ βοῦν, ὡς ἱστορεῖ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος. Φύλαρχος δέ φησιν ἐν τῇ γ' τῶν ἱστοριῶν τὸν Μίλωνα ταῦρον καταφαγεῖν κατακλιθέντα πρὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διός. διὸ καὶ ποιῆσαι εἰς αὐτὸν Δωριέα τὸν ποιητὴν τάδε κτλ. Denique erravit scholiasta, cum fabulam Aegonis de Astyanactis fabula derivaret. Ex ipsius enim adnotatione apparet fabulas esse plane diversas[14]): Aegon bovem ungula captum de monte usque ad puellam amatam portavit, Astyanax bovis ungulam prensam tanta vi continuit, ut bos, qui se liberare vellet, ungulam in eius manu relinqueret. Scholiasta ea tantum re, quod uterque bovis ungulam apprehendebat, commotus esse

14) Schol. IV 34: εἰς Αἴγωνα μετήνεγκε τὰ περὶ τοῦ Μιλησίου Ἀστυάνακτος ἱστορούμενα. φασὶ γὰρ τοῦτον Ἴσθμια νικήσαντα καὶ οἴκοι παραγενόμενον ἐκ τῆς ἰδίας ἀγέλης τοῦ μεγίστου λαβέσθαι βοὸς τῆς χηλῆς καὶ μὴ ἀνεῖναι, ἕως ὁ ταῦρος ἐλευθερῶν τὸ σῶμα ἀπέβη βίᾳ, κατέλιπε δὲ τὴν ὁπλὴν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.

videtur, ut alteram fabulam de altera deduceret. Re vera multae fabulae similes de athletarum robore atque edacitate erant pervulgatae. Simillima est e. g. fabula, quam Athenaeo auctore Theodorus de Milone tradidit. Quae cum ita sint, carmen de Crotone oppido atque Aegone athleta ad Pyrrhum nullo modo spectat; immo Theocritus, postquam sive amicitia sive alia causa permotus Glaucam et Pyrrhum poetas v. 31 commemoravit, in sequentibus versibus prorsus eos neglegens res ex ipso carminis argumento haustas Corydoni cantandas tribuit.

2) Alter, quo Reitzensteinius utitur, locus est v. 62 sq., ubi Battus dicit: εὖ γ' ὤνθρωπε φιλοῖφα. τό τοι γένος ἢ Σατυρίσκοις | ἐγγύθεν ἢ Πάνεσσι κακοκνάμοισιν ἐρίζεις. Quae intellegi non posse putat, nisi Corydon de Satyro quodam re vera originem duxerit, — quod de Alexandro constet.[15]) Argumentis huic interpretationi obiectis Reitzensteinius frustra occurrit. In versibus enim propositis duae elocutiones iuxta ponuntur, hinc: consanguinitate propinquus es Satyriscis[16]), illinc: certas cum Panibus. Utramque elocutionem unius sententiae esse inde apparet, quod per ἢ — ἢ coniunguntur. Significat igitur *consanguineum esse* idem atque *certare*, i. e. imagine omissa *parem esse.*[17]) Qua vero re is, quem Battus alloquatur, Satyriscis vel Panibus similis sit, voce praecedente φιλοῖφα declaratur. Saepius enim homines libidinosi comparantur cum Satyris et Panibus, quippe qui singulariter libidinosi credantur. Hermippus apud Plut. Per. 33 Periclem appellat βασιλεῦ σατύρων, et in carmine illo lascivo, cui Ὀαριστύς inscribitur, Daphnis amator bis σατυρίσκος vocatur (v. 3. 48). Panes vero homines amorum cupidos appellatos esse testis est Hesychius s. v. πᾶνες · τοὺς ἐσπουδακότας σφοδρῶς ἐπὶ τὰς συνουσίας ἔλεγον. Quae cum ita se habeant, versus sunt clari ac perspicui. Reitzensteinii vero interpretatio et alteram sententiae partem, intellego de Panibus, praetermittit ac neglegit et Theocritum per Satyriscos in Alexandri patrem satis inepte facit iocantem. Ceterum Battus versibus allatis Corydonem omnino non alloquitur, sed seniculum, de quo inde a versu 58 solo agitur. Interrogavit enim Battus versu 58 sq. Corydonem, num seniculus amore Erotidis puellae ardere pergeret. Respondit Corydon v. 60 sq. eum vel ita ardere, ut in ipsa furnaria (καὶ ποτὶ τᾷ μάκτρᾳ) cupidinem exerceat. Postquam Corydon plus dixit quam Battus exspectaverat, cum omni ratione pugnaret, si Battus hoc responso neglecto nunc

15) Suid. s. v. Ἀλέξανδρος Αἰτωλὸς ἐκ πόλεως Πλευρῶνος, υἱὸς Σατύρου καὶ Στρατοκλείας, γραμματικός.

16) Cf. Aesch. Suppl. 388 νόμῳ πόλεως φάσκοντες ἐγγύτατα γένους εἶναι. Dem. Macart. § 3 οὖσα ἐγγυτάτω Ἁγνίᾳ τῷ ἐξ Οἴου.

17) Cf. Xen. Cyneg. I 12 Μενεσθεὺς δὲ ἐκ τῆς ἐπιμελείας τῆς τῶν κυνηγεσίων τοσοῦτον ὑπερέβαλε φιλοπονίᾳ, ὥστε ὁμολογεῖν τοὺς τῶν Ἑλλήνων πρώτους ὑστέρους εἶναι .. ἐκείνου πλὴν Νέστορος· καὶ οὗτος οὐ προέχειν λέγεται, ἀλλὰ ἐρίζειν.

Corydonis libidinem increparet, de qua ne unum quidem verbum antea factum est. Immo Battus postquam audivit, quanta cupiditate seniculus incensus sit, eum quamvis absentem alloquitur, cum clamat εὖ γ' ὤνθρωπε φιλοῖφα. Homines autem absentes ipse Battus saepius alloquitur: Aegonem v. 26 sqq., Amaryllidem v. 38 sqq.

Si quae explicavimus vera sunt, in quarto quoque carmine veri homines suis veris nominibus appellantur, cum pastores veros homines tecte significare negandum sit.

Messores carminis decimi, quamvis nusquam dilucide ad veritatem alludatur, a Reitzensteinio (p. 239 sqq.) inter poetas relati sunt. Ac Milo Sositheus esse dicitur, quod carmen Lityersis pronuntiet (X 41): θᾶcαι δὴ καὶ ταῦτα τὰ τῶ θείω Λιτυέρcα. Sed etiamsi concedamus Sosithei fabulam Theocrito ante oculos obversatam esse — quamvis persona Lityersis ut messoris cantantis non a Sositheo inventa sit[18]) — Theocritum Milonem ad eam adludentem fecisse veri multo similius sit quam ipsum Sositheum sub Milone delitescere. Mirum vero est, quod Reitzensteinius Callimachum sub Batti persona induci contendit. Nam nomen Batti in ipsis carminis verbis non exstat, et me quidem iudice non a Theocrito, sed a viris doctis Theocritum enarrantibus carmini adiectum est. Traditur quidem nomen Batti 1) in argumento diversisque locis scholiorum, 2) in libris quibusdam, ubi carmini inscribitur. Praebent enim (cf. Ziegl. ed.) Ἐργατίναι ἢ Θεριcταί. Βάττοc. Μίλων. Med. 37 — Ἐργατίναι ἢ Θεριcταί. Βάττοc καὶ Μίλων. Medic. 16; Vatic. 42; ed. Call. — Ἐργατίναι ἢ Θεριcταί. Μίλων καὶ Βάττοc. Δωρίδι. δραματικόν. Paris. Reg. 2832 — Βάττοc καὶ Μίλων. Coisl. 169. Sed libros pendere ab argumento scholiorum his causis probatur: (1) desunt nomina personarum in Ambrosiano k, qui optimus habetur, Ambr. 32, edd. Med. Ald. Junt.; (2) iuxta duplicem inscriptionem Ἐργατίναι ἢ Θεριcταί tertia sane genuina esse non potest; (3) e scholiis nonnulla in libros venisse et e ceterarum inscriptionum traditione et in ipso carmine decimo e verbis codicis Paris. Reg. 2832 apparet. Est igitur grammaticus quidam totius traditionis auctor. Et eius opinionem falsam esse eo satis superque probatur, quod eidem personae, quam Battum audire scholiasta putat, in carmine ipso aliud nomen datur: Βουκαῖοc v. 1. 57, Βοῦκοc v. 38. Veteres quidem grammatici quaesiverunt, propriumne sit hoc nomen an appellativum.[19]) Apud Nicandrum βουκαῖοc sine ulla dubitatione

---

18) Schol. X 41: ὅθεν καὶ νῦν οἱ θεριcταὶ κατὰ Φρυγίαν ᾄδουcιν αὐτὸν ἐγκωμιάζοντεc ὡc ἄριcτον θεριcτήν. τοῦτον δέ φηcιν Ἀπολλόδωροc ᾠδὴν εἶναι θεριcτῶν λέγων οὕτω· 'καθάπερ ἐν μὲν θρήνοιc Ἰάλεμοc, ἐν δὲ ὕμνοιc Ἴουλοc, ἀφ' ὧν καὶ τὰc ᾠδὰc αὐτὰc καλοῦcιν, οὕτω καὶ τῶν θεριcτῶν ᾠδὴ Λιτυέρcαc.' Athen. XIV 619 a: ἡ δὲ τῶν θεριcτῶν ᾠδὴ Λιτυέρcηc καλεῖται.

19) Schol. X 1: βουκαῖον οἱ μὲν τὸν θεριcτὴν ἤκουcαν ἀπὸ τοῦ βου- ἐπιτατικοῦ μορίου καὶ τοῦ καίνω τὸ κόπτω καὶ θερίζω, ὁ μεγάλωc καίνων· ἢ cὺν βοῇ καὶ ᾠδῇ καίνων. τινὲc δὲ τὸν βουκόλον. βέλτιον δὲ τὸν

nomen appellativum est: Ther. v. 4 sq. cὲ δ' ἂν πολύεργος ἀροτρεὺς | βουκαῖός τ' ἀλέγοι καὶ ὀροιτύπος et numero plurali in fgm. 90 (schol. Nic. Ther. 349) βουκαῖοι ζεύγεςςιν ἀμορβεύουςιν ὀρήων. Significat pastorem. Sed apud Theocritum proprium id esse inde elucet, quod praeter formam plenam correpta adhibetur. Et recta interpretatio servata est in scholio ad v. 38: Βοῦκος· Βουκαῖος, ὄνομα κύριον. παρὰ δὲ Νικάνδρῳ ὁ βουκόλος (Diphilus; cf. n. 19). Res igitur ita se habet: nomen appellativum proprium factum est; Theocritus nomen proprium de veritate accepit. Iam vero facile intellegitur, qua re scholiasta ad falsam de Batto coniecturam adductus sit: cum nomen Βουκαῖος appellativum esse putaret, desiderabat nomen messoris cum Milone colloquentis et coniectabat eum, cum et ipse amore contabesceret, eundem esse atque comissatorem carminis tertii, Battum (cf. n. 5). Reitzensteinius autem vel eo processit, ut nomen Batti, si traditum non esset, investigando reperiri posse censeret propter magnam similitudinem, quae messori et cum pastore carminis quarti et cum Callimacho ipso esset. Cum vero argumenta tam levia sint, ut certo nemini persuadeant, id attulisse sufficiat, quod summum esse ipse confitetur. Incipit carmen messoris amantis (v. 24 sq.): Μῶςαι Πιερίδες, ςυναείςατε τὰν ῥαδινάν μοι | παῖδ'· ὧν γὰρ χἅψηςθε, θεαί, καλὰ πάντα ποιεῖτε, et in Callimachi procemio Aetiorum exstant hi versus (fg. 121 Schn.): Ἕλλατε νῦν, ἐλέγοιςι δ' ἐνιψήςαςθε λιπώςας | χεῖρας ἐμοῖς, ἵνα μοι πουλὺ μενοῦςιν ἔτος. Profecto uterque Musas invocat. Reitzensteinii igitur interpretatio allegorica a decimo quoque carmine arcenda est ac removenda.

Thalysia ab omnibus interpretibus per ἀλληγορίαν accipiuntur nec tamen pari ratione. Nobis e re esse videtur primum qui homines veri sint statuere, postea quaerere de fictis quae vocantur nominibus. Thalysia in Co insula collocata esse constat (Chalcon rex Cous 6, fons Burina 6, Pyxae 130). Itaque Philetam v. 40 celeberrimum illum poetam et grammaticum Coum esse patet. Sicelidas (= Asclepiades, ut infra explicabitur) poeta Samius (v. 40) laudatur etiam ab Hedylo (Athen. XI p. 473b): ἀλλὰ παρ' οἶνον | Σικελίδου παίζει πουλὺ μελιχρότερον et a Meleagro (AP IV 1, 46): ἐν δὲ Ποςείδιππόν τε καὶ Ἥδυλον ἄγρι' ἀρούρης | Σικελίδεω τ' ἀνέμοις ἄνθεα φυόμενα. Contra Aratum Thalysiorum (v. 98. 102. 122) diversum esse a poeta Solensi Wilamowitzius (*Nachr. der Goett.*

ἀροτῆρα ἀκούειν, τὸν ςὺν τοῖς βουςὶ καίνοντα τὴν γῆν καὶ τέμνοντα· ὑποκοριςτικῶς δὲ βοῦκος εἴρηται. Δίφιλος δὲ ἐν πρώτῳ τῶν Νικάνδρου Θηριακῶν κύριον ὄνομα τὸν Βουκαῖον λέγει. Etym. Magn. s. v. Βούκαιος· Νίκανδρος 'Βούκαιός τ' ἀλέγοι καὶ ὀροίτυπος', καὶ Θεόκριτος. Σημαίνει δὲ τὸν ἀροτριαςτήν, τὸν τοῖς βουςὶ καίνοντα τὴν γῆν, τουτέςτι κόπτοντα καὶ ςχίζοντα. Eustath. Il. N p. 962, 12 sqq.: ἄλλοι δὲ βουκάκιε γράφουςιν, ὅ ἐςτιν ἄγροικε, παραφέροντες τὴν χρῆςιν βοῦκον καὶ βουκαῖον τὸν ἄγροικον λέγουςαν παρά τε Νικάνδρῳ ἐν τῷ 'βουκαῖος ὄρει τύπος' καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ κτλ.

Ges. d. W. 1894, p. 182 sqq.) optimis argumentis demonstravit. Coniecerat quidem Haulerus (*De Theocriti vita et carminibus*, Diss. Frib. 1855, p. 13), cui inter multos alios imprimis Usenerus (Mus. Rhen. XXIX 43 sqq.) adstipulatus est, invocationem Panis Arcadici[20]) positam esse in memoriam hymni ab Arato in Panem Arcadicum confecti.[21]) Sed haec invocatio eo satis declaratur, quod Pan et pastorum deus et παιδεραςτής creditur.[22]) Panis fabulas et consuetudines Arcadicas aliis quoque locis Theocritus commemorat: I 16 sqq., 123 sqq.; II 48.[23]) Contra haec momenta obstant, quominus Aratum Thalysiorum poetam Solensem agnoscamus. Primum Aratus poeta a Callimacho et Leonida Tarentino aequalibus ad exemplum ut videtur Homerici nominis (Il. Ρ 494. 517. 535; Od. γ 414. 440[24])) Ἄρητος appellatur, cum Theocritus formam Ἄρατος adhibeat. Quod quidem magni momenti non est, cum nominis Ἄρατος item ac verbi ἀρᾶςθαι primam syllabam utraque ratione metiri possis.[25]) Theocritus autem Aratum appellat hospitem suum (VII 119 βάλλετ', ἐπεὶ τὸν ξεῖνον ὁ δύςμορος οὐκ ἐλεεῖ μευ), quod male comprehenditur, nisi Aratus non ad tempus Co moratur, sed stabilem sedem ibi collocavit; et nomen Arati saepius in lapidibus nummisque Cois invenitur.[26]) Quo accedit, quod Aratum poetam Co fuisse vel Theocrito amicum qui de vita eius exposuerunt plane ignorant. Quibus de causis civem quendam Coum a Theocrito dici cum Wilamowitzio persuasum habemus.

Ceteras personas non novimus nisi e Thalysiis ipsis. Quas e vitae veritate sumptas esse variis causis probatur. Phrasidamus atque Antigenes eorumque pater Lycopeus tales sint necesse est,

---

20) Cum pueri Arcadici Panem verberaturi sint, nisi Simichidae obsequatur (v. 106 sqq.), certa mihi videtur coniectura Meinekii, qui v. 103 Μαλέας pro Ὁμόλας itaque pro Pane Thessalico Arcadicum restituit.

21) Vita Arati III § 19: ἐπιςταθεὶς δὲ τῷ βαςιλεῖ πρῶτον μὲν αὐτοῦ ποίημα ἀνέγνω τὸ εἰς τὸν Πᾶνα τῆς Ἀρκαδίας.

22) Schol. VII 103: εὔχεται δὲ αὐτῷ ὡς παιδεραςτῇ. Steph. Byz. s. v. Αἴγινα· Πὰν ὁ Μαλειήτης, τρύπανον αἰπολικόν. Cf. Reitzenstein p. 250 sqq.

23) Qui loci Reitzensteinio (p. 253 sq.) e carmine quodam Arati praeterea ignoto fluxisse videntur, quod Aratum Arcadicam illam poesin bucolicam imitatum esse probet. Multo proclivius est putare Theocritum e libro solute scripto hausisse (cf. Wilamowitzium l. c. p. 194).

24) Quam observationem Bechtelius liberaliter mecum communicavit.

25) Callim. ep. 27 (AP IX 507): Ἡςιόδου τό τ' ἄειςμα καὶ ὁ τρόπος· οὐ τὸν ἀοιδὸν | ἔςχατον, ἀλλ' ὀκνέω, μὴ τὸ μελιχρότατον | τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο· χαίρετε λεπταὶ | ῥήςιες Ἀρήτου ςύμβολον ἀγρυπνίης. Item Leonidas Tarentinus paulo post Aratum scripsit (AP IX 25): Γράμμα τόδ' Ἀρήτοιο δαήμονος, ὅς ποτε λεπτῇ φροντίδι δηναιοὺς ἀςτέρας ἐφράςατο. Contra alteram mensuram praestat e. g. Meleager (AP IV 1, 49): ἄςτρων ἴδριν Ἄρατον ὁμοῦ βάλεν.

26) Ἄρατος Κλευφάντου Paton 10 c 58; Ἀ. Μακαρίνου 10 c 81; Ἄρατος N. 90. 139. 219. Praeterea nomina derivata Ἀρατίδας, Ἀρατίων, Ἀράτιον, Ἀρατογένης.

quod fictorum hominum originem ad abavum fabulae referre insulsum esset (VII 3 sqq.). Cum Phrasidamo atque Antigene una diem festum celebrant Simichidas, Eucritus, Amyntas (v. 1 sqq., 131 sqq.); hi igitur sunt homines veri, quoniam illi sunt. Nec minus Lycidam, qui cum Simichida certet, verum hominem esse apparet. Suntne vero eae quoque personae verae, quae primariae actionis expertes in carminibus tantum Simichidae et Lycidae laudantur? Lycidas in propemptico Ageanactis (52—89) suo nomine illius amatorem se appellat (VII 55 sq.); Simichidas postquam se ipsum induxit Myrto puellam amantem (VII 96 sq.), cantat Arati amici sui amorem in Philinum (97 sq., 118 sqq.), quem ut Moloni concedat Aratum admonet.[27]) Lycidas igitur et Simichidas veros esse probant Ageanactem, Myrto, Aratum, Philinum, Molonem, praesertim cum Aristim, quem Simichidas affert amorem Arati testantem, talem esse agnominatio in eius nomine facta satis doceat.[28]) Contra Tityrus tibicinesque Acharnensis et Lycopitas, quos in celebrando die festo cantaturos esse Lycidas pronuntiat (v. 71 sqq.), ad exornandam rusticae voluptatis descriptionem inserti esse videntur. Nam neque nomini Tityri neque carminibus Tityro datis proprii quicquam est, quod ad certum hominem spectare videatur. Etenim nomen Tityri est nomen ut ita dicam κατ' ἐξοχήν pastorale; est enim τίτυρος idem atque τράγος, ut infra fusius explicabitur. Quas vero Tityrus canit res sunt κατ' ἐξοχήν pastorales, notissimae fabulae Daphnidis et Comatae. Assentiri enim non possum Wilamowitzio (*De Lycophronis Alexandra,* Ind. Gryph. 1883/84, p. 13 adn.), qui versus 78—89 in duas partes ita dividit, ut 78—82 in Tityri, 83—89 in Lycidae carmen quoddam referat: Tityrum Lycum Rheginum fabulae auctorem diligenter secutum fabulam de caprario sine nomine prodidisse[29]), Lycidam vero Cretensem adiecisse huic fabulae nomen

---

27) VII 122 sqq.: Μηκέτι τοι φρουρέωμες ἐπὶ προθύροισιν, Ἄρατε, | μηδὲ πόδας τρίβωμες· ὁ δ' ὄρθριος ἄλλον ἀλέκτωρ | κοκκύζων νάρκαισιν ἀνιαραῖσι διδοίη, | εἷς δ' ἀπὸ τᾶσδε, φέριστε, Μόλων ἄγχοιτο παλαίστρας. Ad versum 125 scholiasta adnotat: ὁ Μόλων ὀνομαστικῶς εἴρηται· δύναται δὲ καὶ μολὼν μετοχὴ εἶναι ἀντὶ τοῦ μετερχόμενος. Hanc interpretationem accepit e. g. Hartungius (l. l. p. XIV). Sed si μολών participium esset, exspectaretur ἄλλος pro εἷς; εἷς enim si pro se staret, vertendum esset *unus*, et desideraremus, ut poeta indicaret hunc unum non esse Aratum, sed alium quendam. Nomen Molonis est usitatum. Quod autem scholia praeter Molonem Simonem afferunt Arati rivalem (Μόλων καὶ Σίμων Ἀράτου ἀντερασταί), e carminibus Arati Solensis manasse videtur, quem hic intellegebant (ad VI 2): πρὸς τὸν Ἄρατον τὸν ποιητὴν τὸν τὰ Φαινόμενα γράψαντα φίλον ὄντα διαλέγεται ὁ Θεόκριτος· ἰσόχρονος γὰρ ἦν αὐτῷ. οὗ καὶ ἀλλαχόθεν μνημονεύει, ἔνθα πρὸς Ἀγεάνακτα τὸν Μυτιληναῖον ὡμίλει.

28) VII 99 sqq.: οἶδεν Ἄριστις, ἐσθλὸς ἀνήρ, μέγ' ἄριστος, ... ὡς ἐκ παιδὸς Ἄρατος ὑπ' ὀστέον αἴθετ' ἔρωτι.

29) Schol. VII 78: Λύκος φησὶ τῆς Θουρίας ὄρος Θάλαμον, ὑφ' ᾧ ἄντρον τῶν Νυμφῶν· καλοῦσι δὲ αὐτὰς Λουσιάδας οἱ ἐπιχώριοι ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος Λουσίου ποταμοῦ. ἐν τούτῳ ποιμὴν ἐπιχώριος δεσπότου

Comatae popularis fabulosi. Certum quidem est Lycidam argumento carminis Tityri usque ad v. 82 narrato postea ipsum Comatam divum alloqui; sed nomine addendo quasi censuram Tityri docte eum agere et minus aptum est neque ulla re significatur. Imprimis autem Meinekii coniecturam (*Theocritus Bion Moschus* ed. 3, 1856, p. 255 sq.) Comatam esse vatem illum Cretensem[30]), male stare mihi persuasi. Primum enim Comatas Cretensis est fatidicus vates, cum in Thalysiis de canente caprario eoque servo agatur. Quo accedit, quod fabulam caprarii a Nymphis servati et Lycus Rheginus et ipse Theocritus apud Thurios collocarunt. Casui enim tribuere non possum, quod Theocritus in carmine quinto caprarium Comatam apud Thurios facit versantem; immo cum nomen Comatae a fabula solveret, locum fabulae retinuit.[31]) Si vero fabulam coniunctam cum nomine Comatae apud Thurios collocavit, nomine Comatae adiecto in Cretam translata esse non potest. Denique nomen Comatae in fabulis saepius invenitur. Notissima est fabula de Comata Stheneli filio, qui Aegialiam Diomedis uxorem absente coniuge in stuprum illexit; quam fabulam Lycophro poeta Theocrito natu paulo maior versibus exposuit (Eustath. ad Dion. Perieg. 483; cf. schol. ad l.). Itaque ne raritas quidem nominis nos commovet, ut obscurum illum vatem cum fabula pastorali coniunctum esse censeamus. Mihi quidem res ita se habere videtur. Nomen Comatae neque a Lycida neque a Tityro neque a Theocrito fabulae additum est, sed iam in Theocriti exemplo, Lyci ut videtur historiis, cum ea coniunctum erat. Fabulae enim sine nomine haud facile traduntur et re vera, quod in iis, quae scholia de Lyci fabula narrant, nomen Comatae deest, cum ipsa Lyci verba non recitentur, nihil refert. Iam vero paucis excutiamus oportet, quod alii veteres interpretes coniectaverunt, hanc fabulam sive de Daphnide sive de Menalca in Comatam a Theocrito translatam esse. Ac de Daphnide

θρέμματα βόσκων ἔθυεν ἐπὶ cυχνὰ ταῖc Μούcαιc. οὗ χάριν δυcχεράνας ὁ δεcπότηc εἰc λάρνακα κατακλείcαc ἀπέθετο αὐτὸν, εἰ cώcειαν αὐτὸν αἱ θεαί. ἐξηκούcηc δὲ διμήνου παραγενόμενοc καὶ τὰ ζύγαcτρα τῆc λάρνακοc διανοίξαc ζῶντα κατείληφε καὶ τὴν λάρνακα κηρίων πεπληρωμένην εὗρεν.

30) Clem. Alex. Strom. I 398 P. (Iudaeorum prophetae cum Graecis comparantur): cιγάcθω γὰρ Κομήτηc ὁ Κρήc, Κινύραc ὁ Κύπριοc κτλ.

31) Quod neglexit Joh. Schmidt (Mus. Rhen. XLV 1890 p. 148 sq.). Censet enim fabulam Comatae diversam esse ab ea quam Lycus narraverit fabula: primum Musas servare pastorem apud Lycum, quod multa sacra fecerit, apud Theocritum, quod poeta sit (v. 82); deinde dominum pastorem cista includere apud Lycum, quod capellarum gregem crebris sacrificiis imminuerit, apud Theocritum, quod τερπνά passus sit, id sit, dominam in stuprum illexerit. Quae argumenta nihil valent. Etiamsi enim Musas apud Lycum propter multa sacrificia pastorem morti eripere concedimus, Theocritus non alia fabula usus est, sed pastorem Lyci, cum cantantem faceret, ceteris carminum suorum pastoribus adaequavit. Quod autem ad alteram quae putatur discrepantiam attinet, quare dominus in Theocriti fabula caprarium incluserit, nescimus; certe verba τύ θην τάδε τερπνὰ πεπόνθειc spectare non possunt nisi ad rem in ipsis Theocriti verbis indicatam, fortasse eo, quod ipsa Musa Comatam ingenio donavit.

eam ductam esse duplici modo scholia probare conantur: (1) Schol. VII 79: φαςὶν ὅτι Θεόκριτος τὰ τοῦ Δάφνιδος εἰς τὸν Κομάταν μετέθηκε. τοῦτον γὰρ ἡ μήτηρ ἐξέθηκε τὸν πατέρα ἄνακτα εὐλαβουμένη, εἰδυῖα, ὅτι οὐ πείςει ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ διακορηθῆναι λέγουςα. Fabula de Daphnide puero a matre exposito (cf. Aelian. v. h. X 18; Serv. Verg. Ecl. V 20) abhorret a fabula Comatae. (2) Schol. VII 83: πέπλαςται τὰ περὶ τοῦ Κομάτα ὑπὸ τοῦ Θεοκρίτου παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οὐ παραλαμβανόμενα. ὑπὸ μελιςςῶν τρεφόμενον ⟨ἐποίηςε⟩ τὸν Κομάταν, καθάπερ ὁ Δάφνις ἱςτορεῖται· ʻοὐχὶ Κεράςταν, ὅν ποτ' ἐθρέψατο ταυροπάτωρ' (Fistulae v. 3). Apparet, ut Reitzensteinius quoque monuit (p. 237), fabulam Daphnidi tributam esse ex falsa Fistulae interpretatione; Κεράςταν enim idem esse atque Κομάταν et commentator Fistulae affirmat et vetere versus Homerici Il. Λ 385 interpretatione (κέρας = θρίξ = κόμη) explicatur (Haeberlin ad l.). De Menalca vero scriptum videmus ad v. 78: τὶς αἰπόλος καλούμενος Κομάτας — ταὐτὸν δέ ἐςτιν εἰπεῖν Μενάλκας — κτλ. Quod hoc modo explicare velim. Carmine octavo Menalcas et ipse est caprarius praecipuus Daphnidi aequatus sicuti hic Comatas et cantat v. 45 sq.: ἔνθα μέλιςςαι ςμήνεα πληροῦςιν — unde scholiasta facillime colligere poterat Menalcam unum esse cum Comata. Hae igitur coniecturae factae sunt a commentatore quodam, qui cum Lycum Rheginum ignoraret, aliam fabulae originem quaerebat. Cui commentatori perperam confisus Haeberlinus (p. 52 sq.) eandem fabulam narratam esse suspicatur de Daphnide ab Alexandro Aetolo (argum. Th. VIII), de Menalca ab Hermesianacte (argum. Th. IX). Cum igitur vulgares fabulae pastorales pastori vulgaris nominis tributae sint cantandae, nihil nisi figuram poeticam Tityrum esse arbitror.

Caput II. Quibus veris hominibus *ficta* nomina data sint.

Postquam quae personae verae sint statuimus, quaeramus iam verane sint an ficta nomina propria, quibus veri homines vocentur. Atque in hac quaestione agi non potest nisi de Thalysiorum nominibus propriis, cum in solis Thalysiis veri homines non tantum a pastoribus commemorentur, sed ipsi pastorum personas gerant. Quae igitur Thalysiorum nomina pro *fictis* habenda sunt?

Primo de nomine Simichidae dubitemus necesse est. Fistulae enim versus 12: Πάρις θέτο Σιμιχίδας flagitat, ut Simichidam ipsum Theocritum intellegamus; nam Πάρις est θεῶν κριτής, i. e. Θεόκριτος, ut scholia recte docent et ara Dosiadae, in qua (v. 10) vice versa pro Paride ponitur Theocritus, confirmat. Quod cum iam veteres interpretes recte perspexissent, ab omnibus reiectum est inventum illud, quod scholiasta non ut suum, sed ut alienum affert: Simichidam esse amicum quendam Theocriti.[32])

32) Schol. VII 21: οἱ δὲ ἕτερόν τινα τῶν ςὺν αὐτῷ καὶ οὐ Θεόκριτον διὰ τὸ ʻΣιμιχίδᾳ μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον'. φαςὶ δὲ τὸν τοιοῦτον ἀπὸ

Deinde scholia recte statuerunt Sicelidam Samium esse Asclepiadem Samium, celeberrimum epigrammatum auctorem (VII 40): Σικελίδας. Ἀσκληπιάδην φησὶ τὸν ἐπιγραμματογράφον. Si enim temporibus illis poeta Samius cum Phileta in eodem pretio ponitur et Theocrito maior praedicatur, alius sane intellegi vix potest atque Asclepiades. Atque hoc sensu etiam Hedylus eumque secutus Meleager nomen Sicelidae usurparunt; imprimis apparet Meleagrum iuxta Posidippum et Hedylum Asclepiadem tertium illum et maximum epigrammatographum vocare velle (cf. p. 11).

Lycidam non esse re vera caprarium ex ipsis Theocriti verbis elucet (VII 11 sqq.): καί τιν' ὁδίταν | ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδωνικὸν εὕρομες ἄνδρα, | οὔνομα μὲν Λυκίδαν, ἦς δ' αἰπόλος, οὐδέ κέ τίς νιν | ἠγνοίησεν ἰδών, ἐπεὶ αἰπόλῳ ἔξοχ' ἐῴκει κτλ. Cum igitur habitus pastoralis fictus sit, cantorem Lycidam item ac Simichidam poetam esse oportet. Nomen vero Lycidae fictum esse nullo indicio docemur; nam quod poeta huius nominis ceterum non occurrit, in tanta memoriae tenuitate mirum non est. Tamen, ne leviores videamur, singulas virorum doctorum opiniones examinabimus.

1) Bergkius (Ind. Hal. 1861 = opp. II p. 238 sqq.) Aratum sub Lycidae nomine latere censuit, qui postea proprio suo nomine appellaretur; sed etiam si Aratus Thalysiorum poeta Solensis esset, credi non posset hominem quendam in eodem carmine et ficto et vero nomine significari.

2) Ribbeckius (*Preuss. Jahrb.* XXXII p. 79 adn.) adstipulante Hillero (ad VII 13) coniecit Lycidam, cum et caprarius sit et Cres et carmen in Daphnidem compositum pronuntiet, diversum non esse ab Astacide, de quo mortuo Callimachus hoc epigramma scripserit (AP VII 518): Ἀστακίδην τὸν Κρῆτα, τὸν αἰπόλον, ἥρπασε νύμφη | ἐξ ὄρεος, καὶ νῦν ἱερὸς Ἀστακίδης. | οὐκέτι Δικταίῃσιν ὑπὸ δρυσίν, οὐκέτι Δάφνιν | ποιμένες, Ἀστακίδην δ' αἰὲν ἀεισόμεθα. Sed cum carmen de Daphnide non Lycidae, sed Tityro tribuatur, Astacidae cum Lycida in eo tantum convenit, quod uterque appellatur Cres et caprarius. Et cum nulla re significatum sit Astacidem non esse caprarium verum quamvis fortasse fabulosum, hac quoque similitudine nihil efficitur.

3) Gerckius (Mus. Rhen. XLIV p. 144 sq.) Callimachum Lycidae subesse sibi persuasit, futilissimis causis nisus. Nam quod Lycidas

---

†πατριου (πατρῴου Hauler, πατριώτου Hiller) κληθῆναι, Σιμιχίδου τοῦ Περικλέους τῶν Ὀρχομενίων, οἵτινες πολιτείας παρὰ Κῴοις τετυχήκασιν. Hi igitur interpretes inde, quod Theocritus versu 96 de Simichida quasi de tertio quodam homine loquitur, Simichidam non ipsum poetam esse collegerunt. Cum vero quaererent, num hic Simichidas Cous aliunde notus esset, reppererunt Simichidam quendam Orchomenium Co consedisse. Quem Simichidae Theocritei abavum putasse videntur.

multo eminentissimus poeta vocatur[33]), nihil probat, cum Aristis eodem modo laudetur (cf. n. 28); et carmina cyclica non a Callimacho solo repudiata esse Gerckius ipse concedit.[34])

4) Probabilius videtur, quod Wilamowitzius coniecit (*De Lycophr. Alex.* Ind. Gryph. 1883/84, p. 12 sq.): Lycidam esse Dosiadam poetam Cretensem. Fistulam enim ab ara Dosiadae ita respici, ut poetae his carminibus alter cum altero certavisse censendi sint, et Lycidam item ac Dosiadam esse poetam Cretensem[35]), qui pauci exstiterint. Sed haec quoque argumenta non probant nisi Dosiadam sub Lycida delitescere posse, si modo nomen Lycidae fictum esse constet.

5) Rhianum Cretensem vel Leonidam Tarentinum Lycidae personam ferre nuperrime suspicatus est Ph. E. Legrand: *Étude sur Théocrite* (*Bibliothèque des Écoles françaises d' Athènes et de Rome,* fasc. 79. Paris 1898) p. 44 sqq. Cum vero ipse auctor proposuisse nolit nisi *un choix de possibles*, operae pretium non est singulas eius opiniones refutare.[36])

Iam vero nomen Aristis, in quod agnominatio facta sit, verum esse oportet. Quod enim Aristis hoc loco solo commemoratur momenti non est, cum procul a dubio sit permultorum poetarum nomina periisse. Summum autem poetam Aristim esse e verbis μέγ' ἄριστος Reitzensteinius (p. 239 adn.) non bene colligit, cum haec verba, quippe quae in nomen iocentur, premere non liceat nec minoribus laudibus Lycidas efferatur. Est vero usitata correptio nominis cuiusdam proprii, cuius pars prior ἄριστος est. Quae nomina cum in ipsa Co insula plurima inventa sint[37]), opus non est, ut hominem aliunde notum Aristim agnoscamus. Nec mirum est, quod quae viri docti excogitarunt apta non sunt ad fidem faciendam. Argumento

---

33) VII 27 sqq.: Λυκίδα φίλε, φαντί τυ πάντες | εἶμεν συριγκτὰν μέγ' ὑπείροχον ἔν τε νομεῦσιν | ἔν τ' ἀμητήρεσσι· τὸ δὴ μάλα θυμὸν ἰαίνει | ἁμέτερον· καίτοι κατ' ἐμὸν νόον ἰσοφαρίζειν | ἔλπομαι.

34) VII 47 sq.: μέγ' ἀπέχθεται ... καὶ Μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν | ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι. Cf. Callim. ep. 28; hymn. Apoll. 105 sqq.

35) De patria Dosiadae arae auctoris unum testimonium exstat ovo Simiae Rhodii subscriptum (AP XV 27): Βησαντίνου 'Ροδίου ὠιόν ἢ Δωσιάδα ἢ Σιμμίου· ἀμφότεροι 'Ρόδιοι. Verba ἀμφότεροι 'Ρόδιοι initio pertinuisse videntur ad Βησαντίνου ἢ Σιμμίου, nomen Dosiadae postea adiectum est. Itaque, cum nomen Dosiadae rarum sit, iam Heckerus (Comm. crit. de anth. Graeca I p. 127) coniecit aram confectam esse a scriptore illo Cretensi, cuius Creticorum fragmenta exstent. Fulcitur haec coniectura, ut Wilamowitzius l. c. observavit, eo, quod Iasonis ara propter mortem Tali, Cretensis regis fabulosi, exstructa est.

36) Quod ad cetera nomina Theocritea pertinet, Legrand nihil novi protulit.

37) Paton-Hicks: 'Αριστ-αγόρας, -αῖος, -αιχμος, -ανδρος, -άρετος, -αρχος, -έας, -είδας, -εύς, -ίνας, -ιππος, -ιππίδας, -ίων, -όβουλος, -ογένης, -όδαμος, -όδικος, -οκλῆς, -οκλείδης, -οκράτης, -όκριτος, -όλας, -όλοχος, -όμαχος, -όμβροτος, -ομένης, -οπείθης, -ος, -οφάνης, -όφιλος, -οφῶν, -ων, -ώνυμος. Quorum multa inveniuntur iterum ac saepius.

nullo addito Bergkius (opp. II p. 241 n. 6) Aristarchum Samium nobilissimum astronomum, Hartungius (p. XIV) peccans in temporum ordine Aristim discipulum Aristarchi grammatici intellegendos esse affirmant. Maassius vero in Arateis (p. 320) nomen Aristis ad Aristotherum mathematicum refert, quem Aratum audisse quarta Arati vita tradat.[38]) Sed etiamsi Aristotherum et Co fuisse et carmina fecisse Maassio credamus: fundamentum coniecturae, Aratum Theocriteum esse poetam Solensem, incertissimum, immo falsum est.

Pro ficto nomen Aristis habent Ed. Schwartzius et Reitzensteinius (p. 238 n. 1), qui Callimachum Aristis personam induisse suspicantur. Cuius opinionis argumenta inde ducta sunt, quod Aristis sit Arati Solensis amicus isque, quem Theocritus maximum poetam appellet; quae supra iam refutavimus. Praeterea Reitzensteinio versus 99 sqq. de hymno in Apollinem confecto dicti esse videntur, quem Callimacheum illum esse veri sit simillimum. Sed obstat, quod verba Theocriti ὃν οὐδέ κεν αὐτὸc ἀείδεν | Φοῖβοc cὺν φόρμιγγι παρὰ τριπόδεccι μεγαίροι spectare non possunt nisi ad carmen Pythiis ludis recitatum, cum Callimachi hymnus compositus sit, ut Cyrenis in honorem Carnei Apollinis cantetur.[39]) Similia vero verba, quae Theocriteis versibus cum Callimachi hymno sunt[40]), neminem sane de coniectura Reitzensteinii convincent. Denique quod in Thalysiis de carminibus cyclicis idem iudicium fit atque in Callimachi hymno Apollinari (v. 105 sqq.; cf. n. 34), nihil refert, cum id iudicium in Thalysiis non Aristi, sed Lycidae tribuatur. Imprimis autem Schwartzius ac Reitzensteinius ipso nomine ad hanc interpretationem adducti esse videntur. Uterque enim inde orditur, quod Callimachus Cyrenis, in colonia a Batto condita, natus est. Ac Schwartzius nomen Aristis ducit de Aristaeo, Cyrenes nymphae filio, Reitzensteinius de Aristotele, altero ipsius Batti nomine, ita ut Callimachus eadem ratione et Battus et Aristis nominetur. Sed quod nomen Aristis in Callimachum relatum aliqua ratione eaque satis artificiosa explicari potest, nihil valet, nisi Callimachum sub Aristi latere antea demonstratum est. Nulla igitur re commovemur, ut nomen Aristis pro ficto habeamus.

Iam vero a ceteris Thalysiorum nominibus, quae ne poetarum quidem sint, artificiosa interpretatio longe removenda est,

---

38) Vita Arati IV: ἔνιοι δέ φαcι τὸν Ἄρατον Μναcέου πατρὸc γεγονέναι, Ἀριcτοθήρου δέ τινοc μαθηματικοῦ διακοῦcαι.

39) Quod imprimis elucet e versibus 69 sqq.: ὤπολλον, πολλοί cε Βοηδρόμιον καλέουcι | ... | αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον· ἐμοὶ πατρώιον οὕτω. | Σπάρτη τοι, Καρνεῖε, τὸ δὴ (δέ trad., corr. Kaibel) πρώτιcτον ἕδεθλον, | δεύτερον αὖ Θήρη, τρίτατόν γε μὲν ἄcτυ Κυρήνηc.

40) Reitzensteinius haec proponit. Callimachum dicere Apollinem spectare eum ὅτιc ἐcθλόc (v. 9) et de spectante μέγαc οὗτοc (v. 10); Callimachum ipsum in spectantium numero esse apparere e versu 11 καὶ ἐccόμεθ᾽ οὔποτε λιτοί. Callimachum igitur esse ἐcθλόν et μέγαν, quocum convenire, quod Theocritus de Aristi dicat: ἐcθλὸc ἀνήρ, μέγ᾽ ἄριcτοc!

neque pretium est operae de miris Haeberlini inventis fusius disputare, qui sub Ageanacte Hermesianactem[41]), sub Amynta Alexam[42]), sub Eucrito Periclem Theocriti fratrem[43]) delitescere sibi soli persuasit. Talia Reitzensteinius quoque repudiavit, cum diceret (p. 238): *Nur, wo Dichter notwendig gemeint sein müssen, haben wir das Recht, an* γρῖφοι *zu denken.* Etiam Maassii coniectura (Aratea p. 322 sq.), Philinum Thalysiorum esse Philoclem delicias Rhiani (AP XII 93), qui cum Arato Solensi Co fuerit, superflua est, cum nomen Philini in ipsa Co insula usitatum fuisse lapides satis doceant.

Quamquam Tityro a Lycida commemorato veritatem abiudicavimus, tamen in rem esse videtur, quid de hac persona viri docti coniectaverint paucis excutere. Ac Meinekio (Theocr. ed. 3, 1856, p. 254) *non incredibile videtur* Theocritum hoc nomine Alexandrum Aetolum significasse, cum Alexandrum item ac Tityrum (v. 73 sqq.) fabulam Daphnidis tractasse scholia tradant.[44]) Quam Meinekii suspicionem omnes fere viri docti suam fecerunt, et Haeberlinus (p. 51 sq.) demonstrare conatus est, qua ratione Alexander Aetolus Tityrus vocari potuisset: patri Alexandri nomen fuisse Satyri (cf. n. 15) et Satyros a Doribus Tityros appellatos esse multis testimoniis probari. Itaque Alexandrum nomine patris eoque forma Dorica vocatum esse. Contra haec Haeberlini argumenta dicendum est primum, Alexandrum Aetolum, ut Reitzensteinius (p. 236) explicavit, de Daphnide fabulam versibus exsecutum esse diversam ab ea, quae Tityro hic tribuitur. Tityro enim auctore Daphnis in Sicilia amore Xeneae flagrans contabescit, cum Alexander eum translatum in Phrygiam Marsyam tibiis canere faciat docentem. Maximum vero est, quod Alexander nomine Tityri ut patris vocari non potest. Est quidem τίτυρος idem ac σάτυρος, quamvis Reitzensteinius (p. 236) id negare conetur; nam Strabonis testimonio, qui diversos libros compilans atque permiscens Tityros iuxta Satyros ponit[45]), opposita est auctoritas Artemidori Aristo-

41) Haec argumentatur: fabulam, quam Lycidas de Comata narrat, de Daphnide Alexander Aetolus, de Menalca Hermesianax narraverant (v. p. 15). Lycidas commemorat Tityrum et Ageanactem; Tityrus est Alexander Aetolus (v. infra), Ageanax ergo Hermesianax. Hermesianax appellari potest Ageanax, quia Ἑρμῆς est ἀγός, i. q. ψυχοπομπός! Bergkius (opp. II p. 241 n. 6) Hegesianactem eum agnoscebat. Nomen Ageanactis legitur IGIns. I 46, 327 Κλέων Ἀγεάνακτος (vel potius Ἁγεάνακτος, cum genuina nominis forma sit ΗαγεϜάναξ = att. Ἡγήναξ).

42) Poetam quendam Theocriti aequalem (?) esse Alexam, ut Athen. XIV 620 e nos doceat (cf. n. 10); ἀμύνειν idem significare quod ἀλέξειν, ergo Amyntam esse Alexam. Amyntas est nomen maxime usitatum.

43) Theocriti avum (?) esse Periclem Orchomenium, Theocriti fratrem (?) ab avo nomen accepisse; Περι-κλῆν idem significare atque Εὔ-κριτον (?): Eucritum esse Periclem Theocriti fratrem. Nomen Eucriti in monumento Coo exstare videtur (Paton 10 c 91) Εὐκ..... οκρίτου.

44) Schol. arg. VIII: Ἀλέξανδρος δέ φησιν ὁ Αἰτωλὸς ὑπὸ Δάφνιδος μαθεῖν Μαρσύαν τὴν μουσικήν.

45) Strabo X p. 468: πρόπολοι ... Διονύσου δὲ Σειληνοί τε καὶ Σάτυροι καὶ Τίτυροι καὶ Βάκχαι Λῆναί τε καὶ Θυῖαι καὶ Μιμαλλόνες καὶ

phanei hominis bene docti, qui omni studio arti grammaticae incumbebat.[46]) Sed Alexandrum nomine patris designare et insulsum erat et ab intellectu remotum, nisi in veritate quoque filii vel saepe vel nonnunquam patrum nominibus vocabantur. Quod, quamvis scholiastae recentioresque viri docti putaverint, falsum ac perversum esse in appendice addita satis me exposuisse confido.

Si recta sunt, quae de personis Theocriteis disputavimus, veri homines suis veris nominibus appellantur exceptis ut videtur duobus, ipso Theocrito et Asclepiade poetis, qui nomina Simichidae ac Sicelidae assumpserunt.

Caput III. Quomodo *aliena* nomina intellegenda sint.

Quisquis nomina personatorum pastorum propria, ut fieri solet, ficta putat, exponat necesse est: 1) qua ratione omnino pro veris nominibus aliena posita sint, 2) quae inter singula nomina vera et ficta intercedat ratio. Quomodo has quaestiones viri docti solvere conati sint, priusquam ipsi nomina Simichidae et Sicelidae explicemus, in iis quae sequuntur examinabimus.

§ 1.

Quod ad priorem quaestionem attinet, duae imprimis sententiae inter se pugnant: altera Theocriti arbitrio nominum fictionem tribuit, altera in veritate quoque poetas illos, cum pro pastoribus se gererent, fictis nominibus usos esse affirmat. Atque cum plurimi viri

---

Ναΐδες καὶ Νύμφαι προςαγορευόμεναι. X p. 466: Σάτυροι, Σειληνοί, Βάκχοι, Τίτυροι. X p. 470: τινὰ τῶν ὀνομάτων, ἃ τοὺς προπόλους καὶ χορευτὰς καὶ θεραπευτὰς τῶν ἱερῶν ἐκάλουν, Καβείρους καὶ Κορύβαντας καὶ Πᾶνας καὶ Σατύρους καὶ Τιτύρους καὶ τὸν θεὸν Βάκχον καὶ τὴν Ῥέαν Κυβέλην καὶ Κυβήβην καὶ Δινδυμήνην.

46) Ad hunc unum referenda esse videntur, quae scholiasta aliique auctores de hac re produnt. 1) Schol. arg. III: τὸν δὲ τίτυρον οἱ μὲν κύριον, οἱ δὲ σάτυρον εἶναί φασιν. Schol. III 2: ὅτι οἱ συγχορευταὶ Διονύσου Σάτυροι ἦσαν, οἱ ὑπ' ἐνίων Τίτυροι ὀνομαζόμενοι. Schol. VII 72 (de Tityro): τινὲς δὲ παρὰ Δωριεῦσι τοὺς σατύρους ἀποδεδώκασι λέγεσθαι. Quibus cum locis conferas Aelian. v. h. III 40: περὶ Σατύρων, Τιτύρων καὶ Σιληνῶν. ὅτι οἱ συγχορευταὶ Διονύσου Σάτυροι ἦσαν, οἱ ὑπ' ἐνίων Τίτυροι ὀνομαζόμενοι. Apparet Aelianum e vetere quadam Theocriti enarratione hausisse. 2) Athen. IV 182 d: ὁ δὲ καλάμινος αὐλὸς τιτύρινος καλεῖται παρὰ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριεῦσιν, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἱστορεῖ ὁ Ἀριστοφάνειος ἐν β' περὶ Δωρίδος. Eustath. Il. Σ p. 1214 (1157): παλαιὸν ὁ αὐλὸς καὶ πολυειδὲς καὶ ὡς ἐπιπολὺ καλάμινος. παρὰ γοῦν Ἀλεξανδρεῦσιν ἦν μόναυλος κάλαμος, Ὀσίριδός φασιν εὕρημα, καλούμενος τιτύρινος τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Δωριεῦσιν, εἴτ' οὖν σατυρικός. τίτυροι γὰρ Δωρικῶς οἱ σάτυροι. Eustathii verba item atque Athenaei ad Artemidorum redire facile perspicitur: Artemidorus in libello de dialecto Dorica conscripto σάτυρον apud Dores τίτυρον vocari explicasse videtur. 3) Artemidorum carmina Theocriti edidisse scholiisque instruxisse epigramma in scholiis [illegible]vatum docet. Veri igitur simillimum est omnia veterum auctorum de [illegible]c re testimonia ex unius Artemidori libris fluxisse.

docti (nuperrime Knaackius s. v. *Bukolik* in Pauly-Wissowa Encyclop. real. vol. III p. 1005—1008) sodalitatem quandam poetarum in Co insula exstitisse putent, qui pastorum nomina sibi imposuerint atque pastorum more inter se certaverint, Reitzensteinius hanc sodalitatem sacram fuisse demonstrare conatus est, sodalitatem mystarum Liberi, qui βουκόλοι nominarentur. Examinandae igitur nobis sunt sententiae et Reitzensteinii et Knaackii aliorumque nec non pervulgata illa opinio de nominibus ab ipso poeta inventis.

Reitzensteinium (p. 193—228) argumentis non idoneis niti ante me exposuerunt O. Crusius (*Litter. Centr.* 1894 p. 727 sq.) et R. Helm (*Theokritos und die bukol. Poesie*, *Jahrb. für klass. Phil.* 1896 p. 457 sqq.).

I. Veterum narrationes de bucolicorum inventione (Schol. Theocr. p. 1. 2 Ziegl.; Prob. p. 2, 8 sqq. Keil; Diomedes lib. III, vol. I. p. 486 sq. Keil) non ad mystas nominis βουκόλων, sed ad veros pastores carmina bucolica referunt. Reitzensteinius neglegit pastores uno die festo convenire, victos certamine in agros discurrere, stipem rogare, ioculariter carmina canere. Quae intellegi non possunt nisi de veris pastoribus. Res ita se habere videtur: die Dianae festo Syracusas pastores confluebant, qui (1) hymnum in Dianae honorem compositum canebant, (2) certamina ut videtur iocosa edebant. Ipsos enim hymnos certaminum argumenta fuisse e falsa exempli interpretatione Probus collegisse videtur[47]; nam quomodo hymni ab alternis singulis pastoribus ita cantari potuerint, ut alter de altero victoriam reportaret, non intellego. Certamina vero quamvis ab hymnis secreta religiosa fuisse mirus ille, quo pastores incedebant, habitus probat. Certantes enim praeter signa pastorum, peram et pedum, gerunt signa sacrum Dianae celebrantium: fruges in pera, follem vino impletum, coronas, cornua cervina, ferarum imagines panibus impressas. Argumenta vero certaminum de rebus rusticis ducta fuisse, cum veri pastores cavillentur, exspectandum est. Quibus de ludis verbum βουκολιάζεσθαι sensum certandi et cavillandi facillime accepisse potest; βουκόλοι enim non boum solum pastores, sed pastores in universum appellantur. Si igitur recte testimonia interpretati sumus, Syracusis, in Theocriti patria (ut equidem persuasum habeo), die Dianae festo certamina iocosa inter pastores edi solebant: haec certamina Theocritus ad litteras produxit.

Daphnidis vero fabulam Reitzensteinius iniuria ad religionem Syracusanam rettulit. Nam neque scholia, quae ludos Syracusanos describunt, de Daphnide[48]) nec qui Daphnidis fabulam narrant de ludis Syracusanis quicquam sciunt, atque erotica Daphnidis fabula ad cultum nullo modo pertinet. Diodorus enim non de certaminibus

---

47) Prob. p. 3: *instituerunt, ut ii, qui convenerant, laudes deae dicerent certato, qui eas rectius prosequeretur.*

48) Diomedes l. c. in fine aliena immiscuit.

pastorum, sed de carminibus simplicibus dicit, quae pastores ad fistulam, instrumentum a Daphnide inventum, per Siciliae montes canunt.[49])

II. Iam vero in ipsis Theocriti carminibus nulla religionis vestigia inveniuntur. Primum iam mirum est, quod Reitzensteinius, cum veteres ad Dianae mystas poesin bucolicam rettulisse arbitretur, ipse Liberi mystarum sodalitatem in Theocriti carminibus indagare conatur. Nec singula argumenta quicquam valent.

1) Daphnidem primi carminis pro mysta abstinentiae lege obstricto habere non cogimur. Immo Thyrsidis carmini haec fabulae forma subesse videtur: Daphnis a nympha quadam amatur, quam ipse spernit; Venus, ut spreti amoris poenas expetat, amorem alius nymphae infelicem ei inicit, quo male deperit.[50]) Haec fabula cum septimo carmine optime congruit, ubi amore Xeneae flagrans Daphnis contabescit; Theocritus ergo unam solum fabulae formam exhibet.

2) Nomina Thyrsidis, Thyonichi (cf. Maassium in Herm. XXVI p. 178 sqq.), Tityri ad cultum Liberi vix iure revocantur. Cum enim nomen Θύρсος, quod eiusdem sententiae est ac Θύρсις, praeter Theocritum in veritate inveniatur[51]), nomen Thyrsidis aliunde repeti vix potest. Thyonichus (c. XIV) apud Theocritum pastor non est. Nomen autem Thyonichi (cf. etiam epigr. Macedonii Anth. Plan. 51) a mense Θύϊος derivatum esse lapis Orchomeni inventus (IGS I 3181) Θυΐων Βουκάττιος (Βουκάττης a mense Βουκάτιος) satis probat.[52]) Θυιωνίδας Spartae (Roehl IGA 91, 10) et Strati (IGS III 446) invenitur. Denique nomen Tityri, quod praeter Theocritum compluriens usurpatur[53]), non a religioso, sed a ioculari nomine ortum esse videtur. Prima enim nativaque vocis τίτυρος significatio est *hircus*.[54]) Ad hanc significationem omnia vocabula ab eadem stirpe

---

49) Diod. IV 84 de Daphnide: φύσει δὲ διαφόρῳ πρὸς εὐμέλειαν κεχορηγημένον ἐξευρεῖν τὸ βουκολικὸν ποίημα καὶ μέλος, ὃ μέχρι τοῦ νῦν κατὰ τὴν Σικελίαν τυγχάνει διαμένον ἐν ἀποδοχῇ, imprimis cf. verba sequentia: διὰ τῆς σύριγγος καὶ βουκολικῆς μελῳδίας τέρπειν αὐτήν.

50) Eandem fabulae interpretationem nuper protulit Knaackius (s. v. *Daphnis* in Pauly-Wissowa Encycl. real.). Si ita interpretamur, non est, quare versum 85 cum R. Helmio (Philol. N. F. XII 1899 p. 111 sqq.) pro corrupto habeamus.

51) IGS I 1099. 3373; CIA III 1091. 2772; Θύρσις AP VII 703; IX 432 e Theocrito fluxit.

52) Hanc derivationem Bechtelii benignitati debeo; cf. Fick-Bechtel *Die griech. Personennamen* p. 297.

53) Collitz 348 Thessal. Πουτάλα Πουταλεία κόρα, Τιτύρεια γυνά. AP VII 556: Νηλειὴς Ἀΐδης· ἐπὶ σοὶ δ' ἐγέλασσε θανόντι, Τίτυρε, καὶ νεκύων θῆκέ σε μιμολόγον. Suid. s. v. Ἐπίχαρμος· Τιτύρου ἢ Χιμάρου καὶ Σικίδος, Συρακούσιος.

54) Schol. Theocr. III 2: τοὺς τράγους τιτύρους λέγουσι. Serv. Verg. ecl. praef.: *Laconum lingua tityrus dicitur aries maior, qui gregem anteire consuevit.* Quod etiam Suidae locus de Epicharmo probat. Diogene enim Laërtio auctore (VIII 1) patri Epicharmi nomen *Ἡλοθάλης erat. Videtur igitur Suidae auctor locum quendam Epicharmi intellexisse,

orta reduci possunt. Cum enim caprarii avena modulentur, avena ipsa τιτύρινος αὐλός[55]), qui ea utitur, τιτυριστής[56]) nominantur. Quod vero avi cuidam nomen τιτύρου datur (Hesych. s. v. τίτυρος· σάτυρος, κάλαμος ἢ ὄρνις), hoc modo explicandum est: phasianus apud Graecos recta voce appellatur τατύρας[57]); quae vox adaequata est vocabulo τίτυρος in τιτύρας[58]), donec cum ipso in unum conflueret. Simiam autem τίτυρον vocatum esse lexicographi nostrates (Passow, Pape) falso arbitrantur. Scholiasta quidem scripsit ad III 2: τίτυρος δὲ ὁ πίθηκος ὁ μικρὰν ἔχων οὐράν, sed alius ad eundem locum: τίτυρος ὁ πίθηκος, τουτέστιν (!) ὁ τράγος ὁ μικρὰν ἔχων οὐράν. Apparet scholia per contractionem plane esse confusa. Aliis vero quae afferuntur locis (Arist. de anim. gener. 4, 3; Aelian. nat. an. 16, 10; Pausan. I 23, 7) simiae, ut facillime fit, cum Satyris (i. q. Tityris) comparantur, non Satyri appellantur, et Theophrastus τίτυρον (phasianum) ponit iuxta πίθηκον (char. V 9): ἀμέλει δὲ καὶ πίθηκον θρέψαι δεινὸς καὶ τίτυρον κλήσασθαι καὶ Σικελικὰς περιστεράς κτλ. Est igitur primitiva vocis τίτυρος significatio τράγος. Ab hac significatione cognomen ioculare facillime ortum esse potest, quod postea, ut fieri solet (cf. Bechtel: *Die einstämm. männl. Personennamen des Griech., die aus Spitznamen hervorgeg. sind. Abhandl. d. Gött. Ges. d. Wiss. Phil.-hist. Classe 1898*), proprium factum est. Liberi sacerdotes eadem ratione Τίτυροι appellati sunt, qua saepe nomina animalium deis eorumque ministris imposita sunt; diversi non sunt a Satyris item Liberi sacerdotibus (cf. p. 19 sq.). Nomen autem bucolicum a cognomine ioculari prodiisse patet. Quo nomine, cum de hirco ductum sit, ad caprarium vocandum Theocritus aptissime usus est.

3) Theocritum ipsum mystam Liberi fuisse Reitzensteinius non demonstravit. Probavit quidem Maassius (Herm. XXVI p. 178 sqq.) hymnum Theocriteum Λῆναι ἢ Βάκχαι compositum esse, ut in Dre-

---

quasi de hirco quodam poeta originem suam duceret; quod cum ad nomen patris referret, patrem Epicharmi vel Tityrum vel Chimarum audisse coniectabat. Nomen Θύρσος apud Iamblichum (vit. Pyth. 241) non Epicharmi, sed Metrodori patri datur (Welcker, Kl. Schr. I p. 278 sq.): Μητρόδωρός τε ὁ Θύρσου (distinguitur ab aliis scriptoribus nominis Μητρόδωρος) τοῦ †πατρος Ἐπιχάρμου καὶ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας τὰ πλείονα κτλ.

55) Athen. IV 182 d; Eustath. Il. Σ p. 1214 (1157) v. n. 46. Accedunt schol. III 2 (de Tityro): τινὲς δὲ καὶ κάλαμον. Athen. IV 176 c: οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι Ἀμερίας ὁ Μακεδὼν ἐν ταῖς γλώσσαις τιτύρινόν φησι καλεῖσθαι τὸν μόναυλον. Hesych. s. v. τιτύρινος· μόναυλος ἢ αὐλὸς καλάμινος.

56) Appian. Lib. 66: χορὸς κιθαριστῶν τε καὶ τιτυριστῶν.

57) Athen. IX 387 e: Πάμφιλος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τοῖς περὶ ὀνομάτων καὶ γλωσσῶν Ἐπαίνετον παρατίθεται λέγοντα ἐν τῷ Ὀψαρτυτικῷ ὅτι ὁ φασιανὸς ὄρνις τατύρας καλεῖται. Hesych. s. v.: τατύρας· ὁ φασιανὸς ὄρνις.

58) Hesych. s. v.: τιτύρας· ὄρνις ποιὸς ἢ τιτυρώδης.

cano, promunturio Coo, die Liberi festo cantaretur; sed Theocritum ipsum mystam esse non hinc colligit, sed inde, quod nomina Thyrsidis et Thyonichi, sub quibus poeta lateat, ad cultum Liberi pertineant.

Theocritus igitur certamina Syracusana, cum ad litteras produceret, a cultu plane dissolvit. Quod non mirabitur, qui alia litterarum genera simili modo orta esse respiciat.

Sententia eorum, qui poetas Co versantes pastorum certamina imitatos nomina pastorum sibi imposuisse putant, his argumentis refutatur: 1) haec ludicra inepta sunt, nisi omnes poetae pastorum personas gerentes bucolicorum auctores sunt. Asclepiadem autem poetam Theocrito maiorem natu bucolica scripsisse veri dissimillimum est. Nec magis Lycidas hanc materiam tractasse creditur. 2) Sicelidam pastorem intellegendum esse non indicatur, immo eo, quod cum Phileta artissime copulatus est, refellitur. 3) Gravissimum mihi esse videtur, quod nomina Simichidae ac Sicelidae a cultu pastorali longe absunt. Quoquo enim modo explicanda sunt: certum est ea ad vitam pastorum proprie non pertinere.

Si vero Theocritum in Thalysiis sese atque amicos suos, cum pastores faceret, alienis nominibus ad arbitrium electis appellasse putes, explanare vix possis: 1) quare perpaucis tantum personis ficta nomina imposuerit inque iis Asclepiadi in transitu commemorato; 2) quomodo factum sit, ut Theocritus in Fistula et Asclepiades in Hedyli epigrammate iisdem nominibus *fictis* vocarentur; 3) quare Theocritus nominibus carminum mere rusticorum omissis nomina a pastoribus aliena elegerit.

In his igitur sententiis, quae de pastoribus personatis prolatae sunt, acquiescere non possumus. Nec probabilius ipsa nomina Simichidae aut Sicelidae viri docti adhuc interpretati sunt.

§ 2.

In nominibus Simichidae ac Sicelidae explicandis haec respicienda esse apparet: 1) nomina cum simillima sint una atque eadem ratione intellegenda esse; 2) utrumque nomen esse patronymice formatum (cf. Helmium *Jahrb. klass. Phil.* 1896 p. 471).

Itaque reicio eam interpretationem, quae haec nomina de veris poetarum patribus repetit, cum pater Theocriti non Simichus vel Simichidas, sed Praxagoras nominatus sit.[59]) Quo accedit, quod

---

59) Schol. Θεοκρίτου γένος· Θεόκριτος ὁ τῶν βουκολικῶν ποιητὴς Συρακούσιος ἦν τὸ γένος, πατρὸς Σιμίχου ὡς αὐτός φησι 'Σιμιχίδα, πᾷ δή τυ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις'; ἔνιοι δὲ τὸ Σιμιχίδης ἐπώνυμον εἶναι λέγουσι — δοκεῖ γὰρ σιμὸς ἦν τὴν πρόσοψιν (cf. arg. III; schol. III 1. 2. 8; VII 21. 40) — πατέρα δὲ ἐσχηκέναι Πραξαγόραν καὶ μητέρα Φιλίναν. Dubitari sane non potest, quin rectum nomen patris sit Praxagoras, quod scholia huic epigrammati debent (AP IX 434): Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα, | εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων, | υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίνης, | μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔτιν' ἐφελκυσάμην.

nomina patronymica sensu genuino Theocriti temporibus non usurpabantur (cf. appendicem). Atque eadem de causa haec nomina derivata esse non possunt de poetarum vitricis, praesertim cum vitricos eis fuisse interpretes sibi finxerint.[60]) Quae vero simplicissima videtur nominis Simichidae interpretatio — Theocritum inde cognominatum esse, quod natura cιμόc fuerit (III 8 ἦ ῥά γέ τοι cιμὸc καταφαίνομαι ἐγγύθεν εἶναι; cf. n. 59) — ideo mihi non placet, quod nomen Sicelidae ab hac interpretatione abhorret. Nec magis accipio subtilem coniecturam Hilleri (Fritzsche-Hiller ad l.), qui nomen Sicelidae e nomine Asclepiadis ita formatum esse putat, ut eaedem litterae consonantes cum alienis vocalibus coniungerentur; nam nec litterae consonantes nominis Sicelidae cum Asclepiade plane congruunt nec nomen Simichidae hoc modo intellegi potest. Novam viam in his patronymicis interpretandis Haeberlinus ingressus est, qui Simichidam a Simia Rhodio (Carm. fig. Graeca p. 51), Sicelidam a Siculorum poetis (Philol. N. F. III p. 653) ductum esse opinatur. Sed nomen Sicelidae derivatum est a Sicelo nomine proprio (Σικελόc Diod. V 50. Σικελή IGSI 1859), Simichidas a Simicho, non a Simia, cuius patronymicum Simiadas est. Itaque opus non est, ut pluribus verbis ostendamus, quare Theocritus a Simia Rhodio, quem uno carmine secutus sit, et Asclepiades a Siculorum poetis, cum quibus quid illi rei fuerit nescio, nomina accepisse non possint. Denique praetermittere nolo Patonis coniecturam satis artificiosam (Paton-Hicks, *Inscriptions of Cos* 1891, p. 356 n. 4): Theocriti vitricum fuisse Simichidam Orchomenium (cf. n. 60); cum vero apud Orchomenios nomina Samichi et Samichidae usitata fuerint, restituendum esse et in scholiis et in Thalysiis ipsis Samichidam pro Simichida. Quo facto nomen Sicelidae facile intellegi. Cum enim Theocritus Samichidam se appellasset, Samium Asclepiadem id iocose ita interpretatum esse, quasi Theocritus suum discipulum se profiteretur; quamobrem vice versa Theocritum Siculum Sicelidam illum nominavisse, ut ipsius discipulum significaret. Quanta violentia Paton hic utatur, neminem effugiet; optime autem tota coniectura ipsis Theocriti verbis Thalys. 39 sqq. refutatur: cui ne par quidem censeri vult, eum poeta profecto vel in eadem oratione discipulum suum proclamare non potest.

---

60) Falso Haulerus (*De Theocriti vita et carm.* Diss. Frib. 1855, p. 6) nomen Simichidae ita intellegere conatus est. Simichidas quidam Orchomenius in scholiis commemoratur (v. n. 32). Cum vero ne scholiasta quidem Theocritum cum hoc viro cohaerere putaverit, non est quare nos id putemus. Quod enim Theocritus c. XVI 104 sq. religionem quandam Orchomeniorum affert, diversum non est a ceteris doctis adnotationibus docti poetae (cf. I 66 sq. 105 sq. 123 sqq.; II 15 sq. 45 sq. 48. 156; III 40 sqq.; V 150; XII 14); hunc locum recte interpretatus est C. de Holzinger *Theokrit in Orchomenos*, Philol. N. F. V 1892, p. 193 sqq.

§ 3.

Cum igitur neque ipsa fictio neque nomina ficta adhuc satis explicata sint, nonne iure dubitemus, num haec nomina ficta sint? Conemur vera ea intellegere. Quod difficile non est. Cum enim nomina patronymice formata Theocriti temporibus in veritate esse non possint nisi aut propria aut gentilicia (vide appendicem), nomina Simichidae ac Sicelidae simpliciter gentilicia esse censeo: ut Callimachus de gente Battiadarum Βαττιάδην se appellavit (v. n. 13), ita Theocritus de gente Simichidarum Σιμιχίδας, Asclepiades de gente Sicelidarum Σικελίδας vocatus est.[61]) Ac Theocritum de gente nobili originem duxisse e verbis epigrammatis elucet υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίνης, ubi nomen adiectivum περικλειτός ad patrem quoque spectat. Quod vero in soluta oratione rarissima sunt exempla nominum gentiliciorum numero singulari singulis hominibus impositorum, cum hic de poetis agatur, opinioni nostrae non obstat. Qua interpretatione omnia fiunt plana: Theocritus in Fistula Paridem Simichidam pleno suo nomine se appellat; Hedylus Asclepiadem non per griphum vocat, sed vero nomine, quo ipse in epigrammatis usus esse videtur; gentiliciis nominibus non omnes personae appellari possunt; nemo postulat, ut gentilicia nomina ad vitam pastorum pertineant.

Quae si recta est interpretatio, ne unum quidem nomen Theocriteum per griphum vel tale quid explicandum est, sed qui commemorantur homines veri ad unum omnes suis veris nominibus appellantur. Inter Thalysia vero et cetera carmina id interest unum, quod Theocritus in his pastores veros homines facit commemorantes, cum in illis ipsos veros homines pastorali habitu indutos colloquentes inducat; nomina propria una atque eadem ratione ubique tractata sunt.

Caput IV. De nominum bucolicorum origine.

§ 1.

Quae nomina propria Theocritus litteris debeat, primum quaerendum est. Ac mimica nomina Sophronem ei obtulisse exspectamus. Tamen scholiasta expressis verbis ad Sophronem non revocat nisi nomen Thestylidis (v. infra), et apud Herodam alterum Sophronis sectatorem unum nomen Theocriteum Κυλαιθίς (V 15, v. infra) obvenit. Quae cum ita sint, non miramur, quod Theocritus a remotioribus litterarum generibus plane se abstinuisse videtur. Num vero certamina bucolica Syracusis acta nomina propria poetae praebuerint ignoramus. Cum igitur Theocritus alios scriptores fere

61) Conferas etiam exemplum Simonidis Coi, qui quamvis a patre nominis Λεωπρέπης absque avo nominis Σιμωνίδης originem duxerit, a Callimacho (Schol. Pind. Isthm. II 9) Ὑλλίχου νέπους, i. e. Ὑλλιχίδης vocatur, quod significare sane non potest nisi gentem.

neglexerit, una relinquitur quaestio de nominum origine: quae nomina fabulis debeat quaeque veritati.

§ 2.

Certo ad fabulas referri possunt non omnia nomina Theocritea, quae in fabulis occurrunt, sed ea tantum, quae iam in fabulis pastorum sunt. Qua ratione nomina Daphnidis (VI 1. 5. 42. 44), Comatae (V 4. 9. 19. 70. 79. 138. 150), Batti (IV 41. 56) de fabulis ducta esse censeo, quamvis nomina Daphnidis et Batti etiam praeter Theocritum in veros homines translata esse constet.[62]) Ac de Daphnide et Comata nemo dubitabit, cum ipse Theocritus fabulas eorum commemoret: Daphnidis c. I. VII 73 sqq. V 20. 80 sq.; Comatae VII 78 sqq.; Fist. 3. Sed Batti quoque nomen fabulosum esse his de causis mihi persuasi. Antonino Liberali auctore Battus magnas partes agebat in fabula de bobus a Mercurio pastorum deo furto abactis (XXIII). Fabulae adscriptum est: ἱcτορεῖ Νίκανδρος ἑτεροιουμένων α' καὶ Ἡcίοδοc ἐν μεγάλαιc Ἠοίαιc καὶ Διδύμαρχοc μεταμορφώcεων γ' καὶ Ἀντίγονοc ἐν ταῖc ἀλλοιώcεcι καὶ Ἀπολλώνιοc ὁ Ῥόδιοc ἐν ἐπιγράμμαcιν, ὥc φηcι Πάμφιλοc ἐν α'. Si modo Martinius (Ant. Lib. praef. p. XLIV sqq.) de Antoninianis fontium indiculis recte disputavit, Antoninus fabulam de Batto narratam Nicandro debet, atque eandem fabulam Pamphili testimonio etiam ab Hesiodo Didymarcho Antigono Apollonio tractatam esse vir quidam doctus posterioris aetatis adnotavit. Pamphilo igitur auctore iam Hesiodus de Batti fabula egerat. Atque Hesiodum non solum ipsam fabulam, sed etiam nomen Batti praestitisse inde apparet, quod Pamphilus Hesiodum inter auctores fabulae attulit, cum Homerum, qui in hymno Mercurii eandem fabulam omisso nomine Batti narraverat (vers. 185 sqq.), praetermitteret. Quam fabulam pastoralem, cum iam Hesiodi sit, nomen Batti Theocrito obtulisse certum mihi videtur. In ipsa fabula nomen Batti de loco quodam Messeniae Βάττου cκοπιαί appellato ductum esse Antonini verba docent (XXIII 3): καὶ ἐντεῦθεν παρὰ τὸ Λύκαιον ὄροc ἐπορεύετο καὶ παρὰ τὸ Μαινάλιον καὶ τὰc λεγομέναc Βάττου cκοπιάc. Ibid. 6: Ἑρμῆc δὲ χαλεπήναc ὅτι διχόμυθοc ἦν, ἐῤῥάπιcεν αὐτὸν τῇ ῥάβδῳ καὶ μετέβαλεν εἰc πέτρον. καὶ αὐτὸν οὐκ ἐκλείπει κρύοc οὐδὲ καῦμα· λέγεται δὲ καὶ ὁ τόποc <ὑπὸ τῶν> παροδευόντων ἄχρι νῦν cκοπιαὶ Βάττου. Itaque reicienda est subtilis Fickii coniectura (*Bezzenb. Beitr.* 1890 p. 28), nomen Batti correptionem audacem esse vocabuli βατοδρόποc, quod in hymno Homerico (v. 190) exstet: Ὀγχηcτοῖο βατοδρόπε ποιήεντοc. Immo fabulae Mercurii, cum in loco illo Messeniae collocaretur,

62) Daphnis IGS I 1994 (in Boeotia); IGSI 770 (Neapoli). Battus IGS I 1556; CIA III 3631; reges Cyrenarum; pater Callimachi; poeta comoediarum (Plut. adul. am. 11); coprea Caesaris (Plut. qu. symp. VIII 6, 1).

nomen Batti adiectum est. Ovidius (met. II 680 sqq.; Ibis 586) de Nicandro fabulam accepisse videtur.

Haec nomina Theocritus cum pastoribus colloquentibus daret, a fabulis seiunxit atque solvit; quod ut equidem video Ad. Holmius primus elocutus est (*Gesch. Siciliens im Altertum* II 1874, p. 498): *Wo ein Daphnis als handelnde Person in einem theokriteischen Gedichte auftritt, ist es ein beliebiger Hirt (Id. 6. 8. 27); der alte Daphnis kommt nur in den Reden oder Liedern der handelnden Personen vor, es ist von ihm die Rede Id. 1. 7.*

§ 3.

Praeterea multa nomina in Theocriti carminibus exstant fabularum a pastorum vita alienarum. Quae nomina, cum maxima ex parte etiam civilia esse constet, Theocritum e veritate, non e fabulis sumpsisse confido; fabulosa nomina, quae in veritate nondum inventa sunt, per casum deperisse verisimillimum est.

I. In solis fabulis adhuc exstant haec nomina.

1) Ἀλκίππη V 132. Nomen in fabulis usitatum. Sed in veritate Ἄλκιππος usurpatur: CIA I 433 (Athenis), IGS I 2446 (Thebis), Collitz 345, 86 (Γυρτούνιος), Collitz 1203 (Tegeae); Bechtel, Thas. Inschr. 6; Ἀλκίππη certo est nomen veritatis.

2) Κορύδων IV 1. 50. 58; V 6. Gigas est auctore Hygino (fab. praef. p. 10, 10 Schm.). Erycius epigrammatographus pastorem Corydonem Theocrito debere videtur (AP VI 96). Nomen Corydonis exitu tantum differt a nomine Κόρυδος, quod et Styrae inventum est (Roehl, IGA 372, 186) et Eucrati cuidam parasito cognomen ioculare inditum fuisse dicitur (Athen. VI 240f — 241e, 242 a d; VIII 343 b).

3) Μέρμνων III 35. Procus Hippodamiae est schol. Pind. Olymp. I 127; idem Μέρμνος audit ib. v. 114.

4) Πολυβώτης X 15. Gigas est isque, qui Co insulae subiacere dicitur.

5) Χρόμις I 24. Rex Mysorum Il. B 858.[63]) In veritate nomina simillima: Χρόμιος Syracusanus Pind. Nem. I 7; Χρόμων Messenius Thuc. III 98; Χρομύλος (vel Χρωμύλος) Roehl, IGA 372, 412.

II. Et in fabulis et in veritate haec nomina Theocritea inveniuntur.

1) Ἄπις XIV 13. Peloponnesi tyrannus, alii. Homo CIA II add. 834 b II 48 παρ[ὰ] Σωτηρίδος Ἄπιο[ς].

---

63) Idem Χρόμιος vocatur Il. P 218. Sunt nomina eiusdem stirpis diversis adhibitis suffixis. Mira de iis veteres grammatici disputavere. Schol. Il. P 218: ὅτι τὸν ἐν τῷ διακόσμῳ Χρόμιν εἰρημένον νῦν Χρομίον εἴρηκε διὰ τὸ μέτρον· ὁ δὲ Διονύσιος 'εἴ τις ζητοίη', φησί, 'πότερον παραπεποίηται, εἴποιμεν ἂν τὸν Χρομίον. εὔλογον γὰρ ἐκεῖ τὸ ὄνομα πρῶτον'. Etym. Magn. 815, 43: Χρόμις· 'Μυσῶν δὲ Χρόμις ἦρχεν'. τὸ δὲ Χρόμιος πλεονάσμῳ ἐγένετο τοῦ ο. ἢ ἡ Χρόμιος γενικὴ μετετέθη εἰς εὐθεῖαν, καὶ γέγονεν ὁ Χρόμιος (casus genetivus factus est nominativus!).

2) Γοργώ XV 1. 36. 51. 66. 70. In veritate e. g. CIA II 989, 11; 2364; 984, 20. 22; 2486. Γόργος usitatum nomen Coum.

3) Εὐμήδης V 134. Diversis in fabulis. Nomen civile Roehl, IGA 246.

4) Εὐνόα XV 2. 27. 54. 67. 68. 76. Nympha apud Pherecydem (Mueller FHG IV 345, 2). Nomen veritatis Εὐνόη IGSI 1607; Εὔνοια, quod idem nomen est, IGS I 2483; IGSI 872.

5) Λύκος XIV 24 bis. 47 bis. Et in fabulis et in veritate saepissime.

6) Λύκων V 8. In fabula e. g. vir Troianus Il. Π 335 sqq. In veritate cf. Th. II 76; Paton-Hicks 10d 48; 368 VII 30; N. 6. 60.

7) Σῖμος XIV 53. Nomen Satyri in vasis usurpatum (cf. Heydemann: *Satyr- und Bakchennamen, Hall. Winckelm. Progr.* V 1880, p. 38 b). Usitatum nomen (etiam in Co insula).

Tum quae a fabulis plane absunt nomina Theocritea vera esse censeo, etiamsi praeter Theocritum ad nos nulla exempla venerint.

III. Praeter Theocritum haec nomina comprobantur vera.

1) Αἴγων IV 2. 26. 34. Rex Argivus Plut. Alex. fort. s. virt. II 2; de Pyth. orac. 5. Pythagoreus Iambl. vit. Pyth. 267.

2) Αἰσχίνης XIV 2. 10. 58. 65. Nomen maxime usitatum. Paton-Hicks 368 VI 62.

3) Ἀμαρυλλίς III 1. 6. 22; IV 36. 38. CIA III 1557.

4) Δαμοίτας VI 1. 20. 42. 44. Vix e Theocrito manavit in epigramma Flacci (AP VI 193): Πρίηπ' αἰγιαλῖτα, φυκογεῖτον, | Δαμοίτας ἁλιεὺς ὁ βυσσομέτρης, | τὸ πέτρης ἁλιπλῆγος ἐκμαγεῖον, | ἡ βδέλλα σπιλάδων, ὁ ποντοθήρης, | σοὶ τὰ δίκτυα τἀμφίβληστρα ταῦτα, | δαῖμον, εἴσατο, τοῖς ἔθαλπε γῆρας. Δαμοιτάδας Roehl, IGA 39 (Argi).

5) Δέλφις II 21. 23 bis. 26. 29. 50. 53. 61. 77. 103. 149. Paton-Hicks 10c 35; 137. Nomina similia Δελφίων Xen. Hell. V 3, 22; Δελφίς Diog. Laert. VIII 8, 3; CIA II 3320; Aristaenet. ep. II 21; Δελφίδιον Aristaen. l. c.

6) Δείνων XV 11 (Δινωνα mala forma est, Δἴκωνα pugnat cum numeris). E. g. CIA II 944 Δείνων Δεινίου Πιθεύς. Paton-Hicks: Δεινίων, Δεινίας.

7) Διοκλείδας XV 18. 147. CIA I 447. Paton-Hicks: Διοκλῆς saepius.

8) Ἐρωτίς IV 59. CIA II 987 B 14; III 2380. 2895; IGIns. I 637; IGS I 980. 1588; Paton-Hicks 317.

9) Εὐδάμιππος II 77. Ἐφ. ἀρχ. 1887, 83 II 6 (Fick-Bechtel p. 97).

10) Εὐμαρίδας V 10. 73. 119. In libris invenitur Εὐμάρας, quod quamvis tribus locis scriptum sit ferri non potest, cum in adiectivo εὐμαρής et littera η firma sit et littera α brevis (apud

ipsum Theocritum XIV 23; XV 61; XXII 161; XIX 23).[64]) Itaque recte Meinekius restituisse videtur Εὐμαρίδας. Εὐμάρης Lys. XIII 64; AP VII 284; Εὐμαρίδας Ditt. Syll. 367, 155; IGS III 47.

11) Εὐτυχίς XV 67. Nomen usitatum. Paton-Hicks 225.

12) Ζωπυρίων XV 13. Usitatum nomen Coum.

13) Θεστυλίς II 1. 19. 35. 59. 96. Hoc nomen in Sophronis mimis exstitisse scholia docent (argum. II): τὴν δὲ Θεστυλίδα ὁ Θεόκριτος ἀπειροκάλως ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε μίμων. Nomina similia: Θεστίας IGIns. I 705; Ἑρμό-θεστος Colophone (Fick-Bechtel p. 112); Ἀγλω-θέστης in Amorgo (ib. p. 42).

14) Θευχαρίδας II 70 (Θευμαριδας vel Θευχαριλας nomina non sunt; rectum vidit Reiskius). Θεοχάρης nomen usitatum. Θευχαρίδας Nic. Dam. fg. 65 Muell.

15) Θρᾷσσα II 70, item Σύρα X 26 et Φρυγία XV 42 usitata servarum nomina de natione ducta. Θράϊσσα Παρνασσοῦ Paton-Hicks 301.

16) Θυώνιχος XIV 1. 3. 34. 51. Vide p. 22.

17) Κλεαρίστα II 74; V 88. E. g. CIA II 1815.

18) Κλεύνικος XIV 13. Nomen usitatum. Idem nomen occurrit Theocr. epigr. IX, quod fortasse hanc ob rem Theocrito adscriptum est. Κλεονίκη Paton-Hicks 398.

19) Κρατίδας V 90. 99. Nomen usitatum. Paton-Hicks 10c 70; 10d 43.

20) Κυλαιθίς V 15. Libri praebent Καλαιθιδος, quod viri nomen esse scholia putant: οἰκέτης δηλονότι ἢ υἱός. Sed cum Lacon servus sit Sibyrtae, patrem vocare nihil interest; mater appellatur. Nomen Καλαιθίδος commutandum esse in Κυλαιθίδος Bechtelii coniectura est, quam benigne mecum communicavit. (1) Καλαιθίς enim nomen inane est: pulchro colore igneo. (2) Simillimum nomen Κυλαιθίς exstat apud Herodam, alterum Sophronis imitatorem (VI 50): ὁ Μυρταλίνης τῆς Κυλαιθίδος γείτων. Sensus est optimus: ciliis rutilis.

21) Κυνίσκα XIV 8. 31. Lacedaemonia virgo illustrissima, quae Olympia vicit Xen. Ages. 9, 6 al.; Κυνίσκος Roehl, IGA 99. 543; Κυννίς Paton-Hicks 124.

22) Λυκώπας V 62. Λυκώπης Herod. III 55; Λυκωπάδης CIA IV 281 b.

23) Μίκων V 112. Nomen usitatum. Paton-Hicks 9, 16; 298; N. 20. 49.

24) Μίλων X 7. 12. Nomen usitatum; cf. Th. IV 6. 11.

25) Πραξινόα XV 1. 5. 34. 56. 65. 78. 96. 145. IGIns. I 397 Πραξινοίη Ἁλικαρνασσίς.

---

64) Epicharmi locum Athen. III 85 d: τὰ διελεῖν μέν ἐστι χαλεπά, καταφαγεῖν δ' εὐμαρέα cum hac lege pugnare non concedo; immo post vocem εὐμαρέα longa quaedam syllaba excidisse mihi videtur (εὐμᾰρέα Ahrens; καταφαγῆμεν δ' εὐμᾰρέα Meineke-Kaibel).

26) Σιμαίθα II 101. 114. Aristoph. Ach. 524 meretrix Megarensis; IGS I 160 Σιμαίθα Φίλωνος; Σίμαιθος IGS III 446 (Strati).

27) Τίτυρος III 2. 3. 4; VII 72. Vide n. 53.

28) Φιλίστα II 145. IGS I 206. 234. 1950. Φίλιστος usitatum nomen Coum.

29) Φιλώνδας IV 1; V 114. Dem. XLIX 26 sqq.; IGS I 3172. Φιλωνίδας usitatum nomen Coum.

IV. E Theocrito solo novimus haec nomina.

1) Βομβύκα X 26. 36: Βομβύκα χαρίεσσα. Hesych. s. v. βόμβυκες· γένος αὐλῶν ἢ εἶδος ζώου πτερωτοῦ κατὰ σφῆκα. Utrum de animali an de instrumento ductum sit disceptare non possumus. Quod in argumento scholiorum cod. k exstat nomen Βαμβύλη corruptum esse videtur ex Βομβύλη (cf. Βομβύλος IGS III 227), quod idem significat atque βόμβυξ, genus quoddam apium bombum faciens (schol. Apoll. Rhod. II 569): ἐβόμβεον· ἦχουν, ὅθεν καὶ βομβύλη, εἶδος μελίσσης καὶ ποτηρίου δὲ εἶδος κτλ. Hoc apium genus ceterum βομβυλιός vocatur. Cum media syllaba vocis βομβύλη brevis sit (Arist. Vesp. 107 ὥσπερ μέλιττ' ἢ βομβυλιὸς εἰσέρχεται; cf. Lycophr. 786), Βομβύκα rectum puellae nomen putandum est. Voces βόμβυξ et βομβυλιός saepius permutari Schneiderus demonstravit Arist. hist. an. III p. 372.

2) Βουκαῖος X 1. 57 = Βοῦκος X 38. Vide p. 10 sq.

3) Θύρσις I 19. 65 bis. 146. Vide n. 51.

4) Ἱπποκίων X 16: ἃ πρᾶν ἀμάντεσσι παρ' Ἱπποκίωνι ποταύλει. Iniuria interpretes veteres recentesque dubitaverunt, utrum loci nomen sit an hominis. Sententia haec est: vidi puellam meam apud Hippocionem in metendo occupatus. Bucaeus enim et Milo non servi, sed mercennarii esse videntur, qui operam suam diversis dominis locant; quamobrem nomen domini adicitur. Nomen fluvii Ἱπποκίων esse non potest. Si vero nomen hominis est, derivatum est ab *Ἵπποκος, quod e plenis nominibus Ἱπποκράτης Ἱππόκριτος Ἱπποκύδης correptum est ut Σῶκος e Σωκράτης Σωκύδης Σωκλῆς (Bechtelium secutus sum). Varia lectio Ἱπποκόων notum nomen pro ignoto posuit.[65])

5) Κοτυταρίς VI 40. Quod nomen, quamvis veteres dubitaverint[66]), a dea Κοτυτώ ortum esse patet. Et aptissime anus huius nominis coniungitur cum Polyphemo, cum Polyphemus Siculus sit et Κοτυτώ in Sicilia sit culta (Plut. prov. I 78). E Theocriti carmine

---

65) Schol. X 16: ἥτις πρώην θεριζόντων ἡμῶν παρ' Ἱπποκόωντι ἢ παρ' Ἱπποκίωνι — διχῶς γὰρ γράφεται ἐν τοῖς ἀντιγράφοις — προσηύλει. καὶ τὸ μὲν παρ' Ἱπποκόωντι γράφων λέγει τῷ ποταμῷ, τό δὲ Ἱπποκίωνι λέγει οὕτω καλουμένῳ (verba immutata esse videntur, cum Ἱπποκόων notum sit nomen humanum).

66) Schol. ad l. ἀπὸ τῆς παρὰ Δωριεῦσι τιμωμένης Κοτυτοῦς. Alii: ἡ δὲ Κοτυταρὶς ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ κότου· ἕτοιμοι γὰρ εἰς κότον οἱ γέροντες.

hoc nomen fluxit in epigramma ioculare Bassi Smyrnaei (AP XI 72): ἡ πολίη κροτάφοιcι Κοτυταρίc, ἡ πολύμυθοc | γραῖα, δι' ἣν Νέcτωρ οὐκέτι πρεcβύτατοc | κτλ. Falso traditur hoc loco Κυτωταριc.

6) Κροκύλοc V 11. Similia sunt nomina Κρόκοc, Κροκάλη, Κροκίων, Κρόκων.

7) Λάβαc XIV 24. Diversum est nomen Λάβηc, -ητοc Arist. Vesp. 895. 836; CIA II 864.

8) Λάκων V 2. 9. 14. 86. 136. 143. Cum hoc nomen litteram α productam habeat, nationis esse non potest.[67]) Nec magis a verbo λακεῖν = ληκεῖν derivatum est (Fritzsch. ed. min.[3] p. 12). Immo Hillerus recte nomen Theocriteum e pleniore Λα-κήδηc, Λα-κράτηc, Λά-κριτοc, Λα-κύδηc correptum esse censet (ad V 2).

9) Μελιξώ II 146. Cum de verbis nomina propria non deriventur, formam correptam esse puto nominis quamvis ignoti Μελι-ξάνθη.

10) Μόρcων V 65. 68. 70. 120. 122. 139. 140. Usitatum est nomen eiusdem originis et sententiae Μόρcιμοc.

11) Ὄλπιc III 26. Derivatum est a nomine appellativo ὄλπιc = ὄλπη, quo apud Dores vas unguentarium vocatur (cf. Μύρων a μύρον); falso scholiorum pars hoc nomen e partibus personae, cui impositum est, interpretatur.[68])

12) Παραιβάτιc III 32. Hoc nomen per se et proprium esse potest et appellativum. Appellativum significat (1) eam, quae de curru pugnat (Apoll. Rhod. I 754); (2) scholiasta auctore coniunctum cum ποιολογεῦcα eam, quae messores sectata (παρά?) culmos colligit.[69]) Cum vero amator in carmine tertio neque auriga sit nec messor, sed caprarius, neutra significatio ferri potest et nomen proprium Παραιβάτιν accipiamus oportet. Nomen masculinum Παραιβάτηc invenitur IGS I 1888 (Thespiensis); Herod. V 46 (Spartanus); Diog. Laert. II 86 (philosophus Cyrenaicus).

13) Σιβύρταc V 1. 5. 72. 74. Hanc nominis formam cod. k, qui optimus habetur, versibus 5. 72. 74 servavit, cum scholia[70]) multique libri vel Συβαρίταc vel Συβάρταc scribant; quae nominis

---

67) Falso schol. ad V 2: Λάκων ὄνομα κύριον· ἐκτείνει δὲ τὸ α διὰ τὸ μέτρον. εἰώθαcι δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖc δούλοιc ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν· Σύρον, Λυδόν, Καρίωνα. οὕτω καὶ τὸν Λάκωνα· Δωριεὺc γὰρ ἦν.

68) Schol. III 25: (1) τὸ δὲ Ὄλπιc ἀπὸ τοῦ λέπω λέπιc καὶ ἐν ὑπερθέcει τοῦ ε ἔλπιc καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰc ο ὄλπιc, ὁ τοὺc λεπιδωτοὺc ἰχθύαc ἀγρεύων [ἢ τοὺc ἔλλοπαc]. ἔcτι δὲ πεποιημένον ὄνομα ἢ κύριον τοῦ ἁλιέωc. (2) ἄλλωc. Ὄλπιc τὸ ὄνομα τοῦ ἁλιέωc ἴcωc παρὰ τὴν λεπίδα τῶν ἰχθύων. ἢ παρὰ τὴν τοῦ cώματοc cχέcιν. ὄλπιν γάρ φαcι τὴν λήκυθον, ὡc εἶναι παρὰ τὴν cμικρότητα τὸ ὄνομα. (3) ἄλλωc. Ὄλπιc ὁ τοὺc ἔλλοπαc ἀγρεύων, ἵν' ᾖ ἐπίθετον τῶν ἁλιέων ἢ κατὰ διαφορὰν τῶν ἄλλων ἁλιέων. εἰcὶ γὰρ καὶ ἕτεροι, οἱ περὶ τὰ ὄcτρα ἀcχολούμενοι.

69) Schol. ad l.: ἢ ὄνομα κύριον ἢ ἡ παροδῖτιc, ἡ παραπορευομένη ἔριθοc κτλ.

70) Schol. V 5: Συβάρτα· Δωρικῶc κατὰ τὴν γενικὴν ἀντὶ τοῦ Συβάρτου. ..... ἔcτι δὲ κατὰ μὲν τὸ ἀνάλογον Συβαρίτηc, κατὰ δὲ Δωριεῖc Συβάρτηc.

corruptio inde orta est, quod Eumaridas *Sybarita* in eodem carmine saepius commemoratur. Nomina simillima Σίβυρτος, Σιβύρτιος, Σίβυρτις in lapidibus usurpantur.

14) Ὑπόχαλκος XIV 53. Hunc locum fusius explanemus necesse est. Cum Simus amorem navigando sanasse dicatur, verba ὁ τᾶς ΥΠΟΧΑΛΚΩ ἐρασθείς intellegi non possunt nisi de amore sensu proprio. Quod si fit, casus genetivus puellam amatam significat; Ὑπόχαλκος est nomen proprium idque non patris, sed ipsius puellae. Abhorret enim hoc nomen a legitima nominum forma, sed ut meretricis cognomen optime intellegitur: significat eam, quae de interiore parte aënea, de exteriore aurea est, i. e. falsam meretricem. Nomen adiectivum hoc sensu invenitur Plat. Polit. p. 415 b; Plut. ed. lib. 2. Quare autem factum sit, ut in plurimis libris Ἐπιχάλκω scriberetur pro Ὑποχάλκω, e scholiis ad l. elucet: ὑπόχαλκον δὲ ἂν λέγοι τὴν ἀσπίδα, ἐπεί ἐστιν ὑπὸ τῷ χαλκῷ· <ἣ καὶ λέγεται ἐπίχαλκος>, τουτέστιν ἐφ' ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν χαλκόν. ἐκ δὲ τούτου τὴν στρατείαν δηλοῖ. Scholiasta igitur ὑποχάλκω de scuto intellegit, quod Simus prensurus sit, nec praetermittit scutum ceteroquin non ὑπόχαλκον, sed ἐπίχαλκον dici (cf. Herod. IV 200; Arist. Vesp. 18; Ἀμειψίας ἐν Σφενδόνῃ Poll. X 144). Qua ex falsa loci interpretatione grammaticus quidam audacior ὑποχάλκω commutavit in ἐπιχάλκω.

Falso pro nominibus propriis habita sunt haec verba:

1) γραία III 31: εἶπε καὶ ἁ γραία τἀλαθέα κοσκινόμαντις, | ἁ πρᾶν ποιολογεῦσα Παραιβάτις. Libri et scholia praebent ΑΓΡΟΙΩ, quod legitur aut ἁ Γροιώ aut Ἀγροιώ.[71]) Neutra forma nomen Graecum est. Contra Παραιβάτιν nomen proprium esse vidimus. Restituendum igitur est cum Heinsio ἁ γραία, cf. VI 40: ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυταρὶς ἐξεδίδαξε. Sententia haec est: Paraebatis anus, cum nuper herbas colligeret (eodem loco, quo caprarius gregem pascebat), cribro vaticinata est.

2) ἐριθακίς III 35: ἁ Μέρμνωνος ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως. Veteres[72]) recentesque viri docti certaverunt, utrum nomen proprium esset an appellativum. Si vero Ἐριθακίς nomen proprium esset, articulus appositus Mermnonis servam distingueret ab alia puella

---

71) Schol. III 31: τινὲς ὄνομα κύριον τὸ ἁ Γροιώ· οὐδέπω γὰρ τὴν γραῖαν οὕτω φασίν· τινὲς δὲ τὴν ἀγροικικήν, τὴν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν τρεφομένην (Ἀγροιώ).

72) Schol. III 35: ἐριθακίς· ἀπὸ τοῦ ἔριθος ἡ ἀκόλουθος ἢ μισθώτρια, ὑποκοριστικῶς δέ, ἢ ὄνομα κύριον· ἔστι δὲ καὶ <ἐρίθακος> ὄρνεον, ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα. Eustath. Il. Σ 550: ἔριθοι δὲ οὐ μόνον αἱ ἐριουργοὶ γυναῖκες ἐν ἄλλοις παρὰ τὸ ἔριον, ἀλλ' ἰδοὺ καὶ οἱ μισθοῦ ἐργαζόμενοι, ὡς οἱ ἀμητῆρες ἐνταῦθα, παρὰ τὴν ἔραν, ὡς δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς· χαίρει δὲ τῇ λέξει ὁ ποιητής, διὸ καὶ δὶς ἐνταῦθα εἶπεν αὐτήν, καθὰ καὶ τοὺς ἀμαλλοδετῆρας. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ εὕρηται ἡ μισθώτρια ἐριθακὶς λεγομένη. εἰ δὲ ἐριθεύειν λέγεται τὸ φαύλως ἐρίζειν, ζητητέον εἴ που καὶ τοιοῦτός τίς ἐστιν ἔριθος.

eiusdem nominis; quod in tanta nominis raritate veri est dissimillimum. Nomen appellativum ἐριθακίς referendum est ad adiectivum ἐρίθακος, quod eadem ratione ab ἔριθος ortum est, qua πυῤῥάκης, πυῤῥάκων, πύῤῥακος (nom. propr.) a πυῤῥός. Ad nomen adiectivum ἐρίθακος revocanda mihi esse videtur ἐριθάκη Arist. hist. an. V 22; IX 40: cibus apium, quae μέλι ἐριθεύονται (Arist. l. c.) est ἐριθάκη, i. e. ἐρίθων τροφή.

3) μακαρῖτις II 70: ἁ Θευχαρίδα Θρᾷσσα τροφὸς ἁ μακαρῖτις. Nomen adiectivum, non proprium est (contra Fritzschium ad l.), cum Θρᾷσσα verum et unicum servae nomen sit. Conferre licet Herond. VI 55 [Κυλ]αιθὶς ἁ μακαρῖτις.

§ 4.

Quibus rationibus Theocritus in eligendis nominibus propriis usus sit, perspicere non possumus. Perpauca enim ita elegisse videtur, ut ipsa personarum indoles exprimerent; sunt vero haec:

1) Τίτυρος nomen et de capro ductum est et caprario imponitur.

2) Βουκαῖος hominem agrestem significat et messori datur.

3) Ἐρωτίς et Ὑπόχαλκος nomina a meretricum vita ac moribus orta meretricibus tribuuntur.

4) Κλεύνικος miles ut *gloriosus* non per casum audire videtur; sed nomen Apidis cum hoc artissime coniunctum tali interpretationi obstat (XIV 12 sq.).

5) Fortasse nomen Βομβύκα Theocritus de industria tibicinae dedit (v. supra p. 31 γένος αὐλῶν).

Contra nomina Aegonis et Polybotae, quamvis primo aspectu videantur, ad capellas boumque multitudinem non spectant; Aegon enim non capellas, sed boves possidet (c. IV 1 sq.), et in carmine decimo de pastorum rebus non agitur.[73]) Potuit autem Theocritus nominum significationes hoc modo neglegere ideo, quod nomina propria cotidiano usu tam detrita esse solent, ut significatio primaria in mentem non iam veniat.

---

73) Perversa igitur Fritzschii nota est (ed. min.[3] p. 12): *Selbst die Namen der Personen sind zum grossen Teile sinnreich gewählt und ihrem Stande, Verhältnissen, Charakteren entsprechend.* Exempla sunt infelicissima: Αἴγων *Geiser,* Πολυβώτας *Bullreich,* Ἱπποτίων *Rössler,* Λάκων *Schreier.*

Pars II.

Nomina bucolica Graecorum Theocriti imitatorum.

Caput I. Quae in carminibus Pseudotheocriteis et Bioneis inveniuntur nomina bucolica.

In ampliore carminum Theocriteorum collectione, quam libri nostri praestant, praeter genuina Theocriti opera pastorum vitam tractant carmina VIII. IX. XX. XXVII.

Carmen VIII: Δάφνις 1. 5. 6. 8. 31. 36. 38. 71. 82. 92; Μενάλκας 2. 5. 9. 30. 32. 33. 39. 62; Μίλων 47. 51; Ναΐς 93. *43. Quo in carmine Daphnis Menalca certamine superato Naidem nympham in matrimonium ducit. Hanc fabulam a Theocrito abhorrere apparet: Daphnis Theocriteus infelici amore exardescit ac deperit. Unde Daphnis carminis VIII ortus sit, Menalcas adversarius nos docet. Menalcas, venator ille Euboicus (Athen. XIV 619 c d), ab Hermesianacte primo cum Daphnide coniunctus est isque ita, ut Daphnis a Sicilia in Euboeam translatus Menalcam puerum amore prosequeretur.[74]) Pastor factus et in certamen inductus est Menalcas a Sositheo Lityersis auctore (schol. VIII 1): Σωσίθεος δὲ Δάφνιν ... γενόμενον, ὑφ' οὗ νικηθῆναι Μενάλκαν ᾄδοντα Πανὸς [καὶ Νυμφῶν del. Buecheler Mus. Rhen. XXXIX p. 275] κρίναντος, γαμηθῆναι δὲ αὐτῷ Θάλειαν. Reitzensteinius carmen Pseudotheocriteum ante Sosithei fabulam compositum esse opinatur, miro sane modo, cum in carmine decimo ipsum Theocritum ad Sosithei Lityersem spectasse putet. Immo carminis Pseudotheocritei auctorem, qui exigui ingenii sit, ut Theocritum ita Sositheum imitatum esse multo probabilius est. Quod nympham non Thaliam ut Sositheus, sed Naidem appellat, miri nihil habet, cum plerique veterum scriptorum nomina exemplorum suorum aut servare neglexerint aut potius mutare amaverint; fortasse nomen Ἐχε-ναΐς, quod Timaeus Daphnidis amatrici dedisse videtur (Parthen. 29), poetae ante ocu-

---

74) Schol. Th. VIII 55: καὶ Ἑρμησιάναξ λέγει τὸν Δάφνιν ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ Μενάλκα. ἀλλ' ὁ μὲν ἐπ' Εὐβοίας τὰ περὶ αὐτοῦ διατίθεται, οὗτος δὲ ἐπὶ Σικελίας (v. 56). Quod Reitzensteinius (p. 257 sq.) optime in unum composuit cum altero de Hermesianactis Menalca testimonio argum. c. IX.

los obversatum est.[75]) Nomen Milonis pueri a Menalca amati (v. 47. 51) e Theocriti carminibus fluxisse eo satis demonstratur, quod auctor ceterum Theocritum expilavit.[76])

Carminis IX poetam personas Daphnidis (v. 1. 2. 14. 23) et Menalcae (v. 2. 6. 14) pastorum certantium ab octavo accepisse puto, cum quae propria erant Sosithei fabulae, Daphnidis victoria ac nuptiae, hic iam omissa sint.

Carmen XX in universum a Theocrito pendere imitationum conspectus demonstrat.[77]) Itaque nomen puellae pastorem repudiantis Εὐνίκα (v. 1. 42), quamvis in veritate exstet[78]), e Theocriti carmine cui inscribitur Ὕλας (v. 45) sumptum esse credo, praesertim cum Hylam bucolicis insertum fuisse constet: Schol. Apoll. Rhod. I 1236 Θεόκριτος ἐν τοῖς Βουκολικοῖς ἐν τῷ Ὕλᾳ ἐπιγραφομένῳ.

De nominibus carminis XXVII iam occurrerunt nobis Δάφνις (v. 41), Μενάλκας (v. 43), Λυκίδας (v. 41). Cum nomine Menalcae ut tradito nomine bucolico ad patrem puellae vocandum utatur, hunc poetam carmen octavum, quod Menalcam in poesin bucolicam induxit, ante oculos habuisse apparet. Nomen Lycidae patris Daphnidis de Thalysiis Theocriti repetitum esse nemo erit qui neget[79]); memorandum autem est imitatorem hoc nomen, quamvis

75) Vergilii imitatio (II 46) nos impedit, quominus v. 93 pro ἔτι Ναΐδα restituamus Ἐχεναΐδα, quod Knaack (Pauly-Wissowa Encycl. real. s. v. *Daphnis*) caute proposuit.

76) VIII 3 sq. ἄμφω τώγ' ἤστην πυρροτρίχω, ἄμφω ἀνάβω, | ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν: VI 2 sqq. ἦς δ' ὁ μὲν αὐτῶν | πυρρός, ὁ δ' ἡμιγένειος· ἐπὶ κράναν δέ τιν' ἄμφω | ἑζόμενοι θέρεος μέσῳ ἄματι τοιάδ' ἄειδον. — VIII 6 sq. λῇς μοι ἀεῖσαι; | φαμί τυ νικασεῖν, ὅσσον θέλω, αὐτὸς ἀείδων: V 21 sq. ἀλλ' ὦν αἴκα λῇς ἔριφον θέμεν, ἔστι μὲν οὐδὲν | ἱερόν, ἀλλ' ἄγε τοι διαείσομαι, ἔστε κ' ἀπείπῃς. — VIII 14 μόσχον ἐγὼ θησῶ· τὺ δὲ θὲς ἰσομάτορα ἀμνόν: V 23 sq. ἠνίδε κεῖται | ὥριφος· ἀλλ' ἄγε καὶ τὺ τὸν εὔβοτον ἀμνὸν ἔρειδε. — VIII 18 σύριγγ', ἂν ἐπόησα ... ταύταν κα θείην: VI 43 χὼ μὲν τῷ σύριγγ' ... ἔδωκεν. — VIII 45 ἔνθ' αἶγες διδυματόκοι: V 84 πλὰν δύο τὰς λοιπὰς διδυματόκος αἶγας ἀμέλγω, cf. I 25; III 33. — VIII 45 sq. ἔνθα μέλισσαι | σμήνεα πληροῦσιν χαὶ δρύες ὑψίτεραι: V 45 sq. τουτεῖ δρύες, ὧδε κύπειρος, | ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμήνεσσι μέλισσαι (falso repet. I 106 sq.). — VIII 69 σίττα νέμεσθε νέμεσθ': V 100 σίττ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω ται μηκάδες· ὧδε νέμεσθε. — VIII 71 δεύτερος αὖ Δάφνις λιγυρῶς ἀνεβάλλετ' ἀείδειν: VI 20 τῷ δ'ἐπὶ Δαμοίτας ἀνεβάλλετο καὶ τάδ' ἄειδεν. — VIII 73 τὰς δαμάλας παρελᾶντα | καλὸν καλὸν εἶμεν ἔφασκεν: V 89 τὰς αἶγας παρελᾶντα καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.

77) XX 11 τρὶς εἰς ἐὸν [illegible]πτυσε κόλπον: VI 39 τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. — XX 17 φέρω δ' ὑποκάρδιον ὀργάν: XI 15 ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος. — XX 26 sq. ἐκ στομάτων δέ | ἔρρεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μέλι κήρω: I 146 πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα, Θύρσι, γένοιτο. Exempla Adonidis et Endymionis e carmine tertio sumpta esse videntur: XX 34—36: III 46—48; XX 37—39: III 49 sq.

78) IGS I 1005 Tanagrae. Εὔνικος est nomen maxime usitatum.

79) Loci Theocritei imitatione expressi. XXVII 4 = III 20 ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις. — XXVII 10 δεῦρ' ὑπὸ τὰς κοτίνους: V 32 τεῖδ' ὑπὸ τὰν κότινον. — XXVII 12 δεῦρ' ὑπὸ τὰς πτελέας: I 21

apud Theocritum veri hominis sit, pro bucolico habuisse. Nomen Νομαία ceterum ignotum propter sensum Daphnidis ut pastoris matri datum est (v. 41).[80])

Inter carmina quae Bionis feruntur certe formas certaminis bucolici retinuerunt c. VI (Bion. XVII Ahr.) et c. XV (Inc. VI Ahr.). In hoc pastores appellantur Λυκίδας (v. 1. 5) et Μύρςων (v. 4), in illo Μύρςων (v. 1) et Κλεόδαμος (v. 11). Lycidae originem novimus; nomina vero Myrsonis et Cleodami, cum fabularum non sint, e veritate auctor assumpsisse videtur.[81]) Praeterea nomen Lycidae puero delicato imponitur Bion. IV 10 (VIII Ahr.).

Caput II. Longi nomina bucolica.

Aetate Romana pastorum vita Graecis litteris tractata est ab uno Longo, qui fabulam de Daphnidis et Chloes amore soluta oratione conscripsit. Longum Luciano atque imprimis Alciphrone vetustiorem esse H. Reichius (*De Alciphronis Longique aetate*, diss. Regim. 1894) haud dubium mihi reliquit. Qua aetatis descriptione accepta nomina propria a Longo adhibita hoc modo recensenda sunt.

§ 1.

Cum Theocriti carmina Longum satis expilasse constet (cf. Reich p. 56 sqq.), haec nomina a poeta Syracusano repetita esse patet:

1) Ἀμαρυλλίς II 5. 7. 8. Puella a Phileta amata.

2) Δάφνις passim.

3) Κλεαρίςτη IV 13 sqq. Dionysophanis uxor, Daphnidis mater. Nomen Longo idoneum visum est, quo nobilis mulier vocaretur.

4) Τίτυρος II 32 sqq. Philetae filius.

5) Φιλητᾶς II 3 sqq. Primus inter pastores modulator. Ut poetae Theocritum subsecuti nomen Lycidae, ita Longus nomen Philetae, quamvis apud Theocritum veri hominis sit, pro bucolico habuit. De nominibus Amyntae Antigenis Lycidae a Vergilio receptis infra dicemus. Atque eadem ratione ab imitatoribus haec nomina verorum hominum a Theocrito commemorata tractata sunt: Ἀμύντιχος Th. VII 132 — Macedon. AP VI 30; Philipp. AP VI 38; Anon. AP VII 321 (cf. Kehr, *De poetarum qui sunt in anthologia Palat. studiis Theocr.*, diss. Lips. 1880, p. 23 sqq.); Ἀναξώ Th. II 66 — Nonn.

δεῦρ' ὑπὸ τὰν πτελέαν. — XXVII 20. 50 = IV 47; V 141; VI 21 versus incipit ⏑́ — ναὶ τὸν Πᾶνα. — XXVII 33 πᾶςαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλςεα: I 83 πᾶςας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλςεα. — XXVII 35 = V 14 οὐ μὰν οὐ τὸν Πᾶνα. — XXVII 45 = XI 45 versum concludunt ῥαδιναὶ κυπάριςςοι. XXVII 46 = V 1. 145 versus incipit αἶγες ἐμαί. — XXVII 68 in versus exitu μᾶλα νομεύειν: I 109 eodem loco μᾶλα νομεύει.

80) In mimico carmine XXI piscator alter Ἀςφαλίων appellatur (v. 26). Quod nomen utrum fabulae (Od. δ 216) an veritati (IGSI 2390; CIA II 403, 60) auctor debeat, disceptare non possumus.

81) Κλεόδαμος nomen usitatum. Μύρςων Θειβῆος IGS I 2435.

Dion. XXXIV 158; Διόφαντος Th. XXI 1 — Ach. Tat. V 10; Μυρτώ Th. VII 97 — Nonn. Dion. XXIX 270; Nicet. Eugen. III 263 al.; Σιμιχίδας Th. VII 21 al. — Theoph. Simocattes ep. 11. Itaque tantum abest, ut Longus de Phileta sodalitatis Coae principe bene instructus sit (Knaack s. v. *Bukolik*, Pauly-Wissowa Encycl. real. III p. 1007), ut Philetam poetam intellegendum esse omnino ignorarit.

6) Χρῶμις III 15; IV 48. Quamquam pastor Theocriteus Χρόμις audit, tamen in tanta nominum similitudine dubitari non potest, quin nomen Theocriteum Longo ante oculos obversatum sit.

§ 2.

Poetis comicis Longus haec nomina debere videtur.

a) Eadem nominis forma in comoediis inveniuntur:

1) Γνάθων IV 10 al.; Γναθωνάριον IV 16. Astyli parasitus, οὐδὲν ἄλλο ὢν ἢ γνάθος (IV 11). Cf. Ter. Eun. 228 al.; Γνάθαινα Anaxil. fg. 22 Kock; Timocl. fg. 25 K.; Philippid. fg. 5 K.; Γναθαίνιον Eubul. fg. 89 K.

2) Μεγακλῆς IV 35 sqq. Verus Chloes pater, cuius nobilitas nomine significatur (cf. Κλεαρίστη). Eadem sententia hoc nomine utitur Lucianus Tim. 22: ἀντὶ τοῦ τέως Πυῤῥίου ἢ Δρόμωνος ἢ Τιβίου Μεγακλῆς ἢ Μεγάβυζος ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς. Quae Lucianus hic affert nomina omnia fere e comoedia sumpta esse constat: Πυῤῥίας Pherecr. fg. 145 K.; Δρόμων Dionys. fg. 3 K.; Euang. III 376 K.; Euphron. fg. 10 K.; Plaut. Asin. 441. Aulul. 398; Ter. Heaut. 241 al. Andr. 860. Adelph. 376; Τίβιος Men. fg. 1075 K.; Μεγακλῆς Leucon. fg. 1 K.; Stratt. fg. 26 K.; Μεγάβυζος Men. fg. 126 K.

3) Ῥόδη IV 36 sqq. Mater Chloes. Cf. Philem. fg. 84 K.; Men. fg. 245. 546 K.; Ῥόδιον ἢ Ποππύζουσα tit. fab. Alexidis II 372 K. Quod Horatius hoc nomine utitur (c. III 19, 27), opinioni nostrae firmamento est, cum Horatius permulta nomina comica adhibuerit.[82])

82) De Horatii studiis comicis cf. sat. I 4, 1 sq.; II 3, 11 sq.; epist. I 19, 1. Ipse ut comica affert haec nomina: Chremes sat. I 10, 40 al. Davus sat. I 10, 40 al. Pythias epist. II 3, 238. Simo epist. II 3, 238. Praeterea in comoediis inveniuntur haec nomina Horatiana: 1) Davus s. II 7, 2. 46. 100. Vide supra. Δᾶος Men. fg. 946 K.; Georgos (ed. Grenfell-Hunt 1898) v. 32; Incert. fg. 287 K.; Plaut. Amph. 365. 614; fg. inc. 27 Leo; Ter. Andr. 159 al. Phorm. 52. 63; tit. fab. Caecili; Pall. inc. inc. 59 Ribb. 2) Glycera c. I 19, 5 al.: Men. fg. 569 K.; cf. Athen. XIII 582 d e. 585 c al.; Γλυκέριον Men. fg. 329 K.; Ter. Andr. 3) Lesbia ep. 12, 17: Plaut. Merc. 647; Ter. Andr. 228. 459. Sed cf. Catullum. 4) Lyce c. III 10, 1 al.: Amphid. fg. 23 K.; Timocl. fg. 25 K. 5) Lyciscus ep. 11, 24: Tit. fab. Alexidis (II 347 K.); Plaut. fg. inc. 29 Leo. 6) Lycus c. I 32, 11 al.: Euphron. fg. 1 K.; Plaut. Poen. 7) Neaera c. III 14, 21 al.: Tit. fab. Philemonis (II 490 K.), Timoclis (II 462 K.); Philet. fg. 9 K.; tit. fab. Licini; Licin. 1 Ribb. Sed cf. Neaeram Verg. ecl. III 3. Quae inter comica et lyrica nomina intercedat ratio perscrutari non est huius loci. 8) Nothus c. III 15, 11: Tit. fab. Philemonis (II 491 K.);

4) Σωφρόνη IV 21. Dionysophanis serva, quae Daphnidem infantem exposuit. Σωφρόνη restituendum esse censeo pro Σωφροσύνη ideo, quod servae nutrices Σωφρόναι appellantur Ter. Eun. 807. Phorm. 865. 739. 741; Aristaen. ep. I 6; cf. Geoponic. XI 2. Librarius in nomen appellativum σωφροσύνη facile aberrare potuit.

b) Formae nominum paulo variatae in comoediis exstant:

5) Δόρκων I 15 sqq. Bubulcus cum Daphnide certans, Chloes amator. Quod nomen seiungi non potest a comicis meretricum nominibus: Δορκὶς ἢ Ποππύζουσα tit. fab. Alexidis (II 316 K.); Dorcium Ter. Phorm. 152; Turp. 126 Ribb.[83])

6) Εὔδρομος IV 5 sqq. Servus nuntiandi gratia missus; οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο, ὅτι ἦν αὐτῷ ἔργον τρέχειν (IV 5). In hoc nomine adhibendo Longus nominis Dromonis in comoedia maxime usitati (vide sub Μεγακλῆς) meminisse videtur.

7) Λάμπις IV 7 sqq. Agricola. Hoc nomen exitu tantum differt a nomine Λάμπων, quod est tit. fab. Antiphanis (II 68 K.); cf. Eubul. fg. 57 K. Eodem ex fonte nomen Lampidis hausisse videtur Lucianus dial. mort. 27, 7: Λάμπις δ' Ἀκαρνὰν ξεναγὸς ὤν. . . ., ὁ δὲ Λάμπις δι' ἔρωτα Μυρτίου τῆς ἑταίρας ἀποσφάξας ἑαυτόν. Μύρτιον meretrix Athen. XIII 576 f ad comoediam redit.

8) Μυρτάλη I 3 al. Lamonis uxor, quae una cum marito Daphnidem educavit. Simile est nomen comicum Μυρτίλη (Men. fg. 66 K.). Nomen Μυρτάλης in comoedia exstitisse inde colligo, quod Lucianus in meretricum dialogo 14 adhibuit. In hoc enim libro Lucianus praebet nomina 95, quorum in comoediae Atticae fragmentis adhuc inveniuntur 52, 39 eadem nominis forma, 13 forma paululum mutata. Atque inter 95 Luciani nomina mulierum sunt 52, quorum in comoediae fragmentis repetuntur 26, 17 eadem, 9 simili nominum forma.[84])

Nothus Nicasio tit. fab. Caecili. 9) Phryne ep. 14, 16: Timocl. fg. 23. 25 K.; Amphil. fg. 24 K.; Anaxil. fg. 22 v. 18 K.; Posidipp. fg. 12 K. 10) Pyrrha c. I 5, 3: Tit. fab. Diphili (II 563 K.); Πυῤῥός tit. fab. Philemonis (II 496 K.); Πυῤῥίας Pherecr. fg. 145 K. 11) Rhode c. III 19, 27. Vide supra. 12) Syrus s. I 6, 38: Men. Georg. v. 39; Anaxandr. fg. 51 K.; Eriph. fg. 6 K.; Hegesipp. fg. 1 K.; tit. fab. Nicostrati (II 226 K.); Plaut. Pseud.; Ter. Heaut. Ad. 13) Telephus c. I 13, 1 al.: Timocl. fg. 6 K.; Amphid. fg. 20 K.; Alexid. fg. 178 K. Forma paululum mutata in comoediis exstant: 14) Myrtale c. I 33, 14: Μυρτίλη Men. fg. 66 K. Vide supra s. Μυρτάλη. 15) Phidyle c. III 23, 2: Phedulium = Φειδύλιον Plaut. Cornic. fg. 5 Leo; Φειδύλος Philippid. fg. 6 K. 16) Tyndaris c. I 17, 10: Tyndarus Plaut. Capt.; Τυνδάριχος Baton. fg. 4 K. Praeterea comoediae tribuendum esse videtur 17) nomen Megillae c. I 27, 11, cum Lucianus quoque meretrici imponat (dial. meretr. 5); de Luciano comicorum sectatore infra n. 84 disputabitur.

83) Nomen Dorcii in epigrammate Asclepiadis (AP XII 161) e comoedia tractum esse videtur. Quantopere epigrammatographi a poetis comicis pendeant, suam sibi quaestionem postulat.

84) Haec sunt nomina, quae Lucianus in dialogis meretricum a comoedia mutuatus est. a) Eadem nominis forma inveniuntur: 1) Ἁβρο-

Quocum bene convenit, quod Horatius nomen Myrtales c. I 33, 14 assumpsit (cf. n. 82). Contra Herodas hoc nomen veritati debere videtur

---

τόν[ι]ον 1: Men. fg. 600 K. 2) Βακχίς 4: Tit. fab. Epigenis (II 416 K.); Incert. fg. 152 K.; Plaut. Bacch.; Ter. Heaut. Hec. 3) Γλυκέριον 1: vide n. 82, 3. 4) Δωρίς 2: Diphilus fg. 56 K. 5) Θαΐς 1. 3: Tit. fab. Menandri (III 61 K.); Hipparchi (III 273 K.); Ter. Eun.; Turp. 187 Ribb.; tit. fab. Afrani. 6) Κλωνάριον 5: Etym. Magn. 782, 45: πολλὰ τοιαῦτα παίζεται ἐν κωμῳδίᾳ ... ὡς ἡ Κλωνάριον καὶ Μουσάριον καὶ Λεόντιον. 7) Κρωβύλη 6: Men. fg. 402. 929 K. 8) Λέαινα 5: Machon ap. Ath. XIII 577 d; Plaut. Curc. 9) Λεσβία 2: vide n. 82, 4. 10) Μέλιττα 4: Machon ap. Ath. XIII 578 c d; tit. fab. Antiphanis (II 73 K.). 11) Μουσάριον 7: v s. Κλωνάριον. 12) Παννυχίς 9: Tit. fab. Pherecratis (I 160 K.), Alexidis (II 360 K.), Eubuli (II 193 K), Hipparchi (III 274 K.), Callippi (III 378 K.). 13) Πυθιάς 12: Phoenic. fg. 4 K.; Ter. Eun.; Caecil. inc. fab. XXXVII Ribb.; Turp. 188 Ribb. 14) Ὑμνίς 13: Tit. fab. Menandri, fg. 472—480 K.; tit. fab. Caecili. Nomen non viri, sed mulieris esse (contra Kockium) ipse Lucianus probat. 15) Φιλημάτιον 11: Plaut. Most. 16) Φίλιννα 3: Tit. fab. Hegemonis (I 700 K.), Axionici (II 414 K.); Men. Georg. v. 22. 28. 36. 17) Χρυσίς 8: Tit. fab. Antiphanis (II 110 K.); Timocl. fg. 25 K.; Men. fg. 295 K.; Plaut. Pseud. 659; Ter. Andr.; Trabea 3 Ribb. — 18) Ἀντιφῶν 7: Plaut. Stich.; Ter. Eun. Phorm.; Caec. 30 Ribb.; Pall. inc. inc. 1 Ribb.; cf. Cratin. fg. 201 K.; Platon. fg. 103 K. 19) Γοργίας 8: Men. fg. 95 K.; cf. Alcaei com. fg. 11 K. 20) Δαμύλος 11: Δημύλος Sosip. fg. 1 K. 21) Δημέας 2: Alex. fg. 201 K.; Men. fg. 123. 939 K.; Ter. Adelph.; Caec. 216 Ribb.; Pall. inc. inc. 16 Ribb. 22) Δίφιλος 3. 12: de Diphilo poeta comico egit Machon Ath. XIII 579 e f. 23) Δρόμων 10. 12: v. supra sub Μεγακλῆς p. 38. 24) Δωρίων 14: Mnesim. fg. 10 K.; Ter. Phorm. 485. 526. 25) Θράσων 12: Tit. fab. Alexidis (II 326 K.); Men. fg. 344 K.; Ter. Eun. 26) Κλεινίας 10: *Polyz. fg. 4 K.; Plaut. Asin. 866; Ter. Heaut.; Pall. inc. inc. 19 Ribb. 27) Λαμπρίας 3: Men. fg. 6 K.; Euphr. fg. 1 K. 28) Λάχης 7: *Ephipp. fg. 16 K.; Alex. fg. 201 K.; Philem. fg. 28. 149 K.; Men. fg. 284. 647. 921 K.; Crobyl. fg. 5 K.; Ter. Hec.; *Caec. 127 Ribb.; Pall. inc. inc. 16. 17 Ribb. 29) Μενεκράτης 7: Menecrates Syracusanus Ephipp. fg. 17 K.; Alex. fg. 136 K. 30) Μοσχίων 11: Tit. fab. Callicratis (II 416 K.); Alex. fg. 236 K.; Axion. fg. 4 K.; Straton. fg. 1, v. 13 K.; Men. fg. 494 K. 31) Πάμφιλος 2: Tit. fab. Eubuli (II 192 K.); Plat. fg. 14 K.; Philem. fg. 148 K.; Men. fg. 631 K.; Philippid. fg. 26 K.; *Incert. fg. 274 K.; Plaut. Stich.; Ter. Andr. Hec. 32) Παρμένων 9: Philem. fg. 44 K.; Men. fg. 407. 481. 649 K.; Plaut. Bacch. 649; fg. inc. 29 Leo; Ter. Eun. Hec. Adelph.; Caec. 50 Ribb.; cf. Παρμενίσκος tit. fab. Eubuli (II 194 K.). 33) Τίβιος 9: Men. fg. 1075 K.; Τίβιοι Leuc. fg. 3 K. 34) Φανίας 4: Men. fg. 281. 613. *726 K.; Ter. Andr. 929. 934; Hec. 458; Heaut. 169; cf. Phaniscus Plaut. Most. 35) Φείδων 2: Antiph. fg. 191 K.; Mnesim. fg. 4 K. 36) Φιλῖνος 6: Eupol. fg. 206 K.; Straton. fg. 1, 13 K.; Apollod. fg. 7 K.; Inc. 131 K. 34) Χαιρέας 7: Alex. fg. 21 K.; Plaut. Asin. 865; Ter. Eun. 38) Χαρῖνος 4: Diph. fg. 23 K.; Plaut. Merc. Pseud.; Ter. Andr. Heant. 39) Χαρμίδης 2. 11: Plaut. Rud. Trin. b) Forma simili inveniuntur: 40) Ἀμπελίς vel Ἀμπελίδιον 8: Ampelisca Plaut. Rud. 41) Δελφίς 14: Delphium Plaut. Most. 42) Δορκάς 9: vide supra sub Δόρκων. Meleagrum (AP V 182. 187) hoc nomen item comoediae debere persuasum habeo. 43) Μυρτάλη 14: Μυρτίλη Men. fg. 66 K.; vide supra. 44) Μύρτιον 2: meretrix Ath. XIII 576 f.; Μυρτίλη v. s. Μυρτάλη. 45) Παρθενίς 15: Παρθενίδιον tit. fab. Ararotis (III 738 K.). 46) Τρύφαινα 11: Τρύφη *Alex. fg. 230 K.; *Men. fg. 437 K. 47) Φιλαινίς 6: Philaenium Plaut. Asin.; cf. Athen. VIII 335 b sqq. 48) Χρυσάριον 1: vide Χρυσίς;

(I 89; II 65. 79), cum unum nomen comicum praeterea praestet Δᾶος V 68.

c) Per coniecturam comoediae tribui possunt:

9) Λυκαίνιον III 15 sqq. Chromidis uxor, muliercula lasciva. Quod nomen diversum non est a Luciani Λύκαινα, quod cum in meretricum dialogo 12 exstet, e comoedia sumptum esse confido. Commemoratione non indignum est, quod simillimum nomen Λυκαινίς epigrammatographis usitatum (Callim. AP VI 146; Meleag. AP V 187) ab Antipatre Thessalonicensi cum Dorcade nomine certo comico (cf. n. 84, 42) coniungitur (AP XI 327).

10) Χλόη passim. Hoc nomen ad comoediam revocarim, quod in Horati, alterius comicorum sectatoris, carminibus invenitur (c. I 23, 1; III 7, 10; 9, 6. 9. 19).

Haec nomina pro comicis habeo. Quos autem poetas comicos Longus adhibuerit, dispici iam non potest, cum poetae recentioris comoediae nomina propria alter ab altero acceperint. Libris de comoedia solute scriptis usus esse non videtur, cum in Athenaei libro XIII, ubi Aristophanis, Apollodori, Ammonii, Gorgiae libri de meretricibus exscribuntur (cf. l. c. p. 567 a), de Longi nominibus unum Megaclis obvium sit (p. 589 a).[85])

§ 3.

Propter sensum Longus nomina Daphnidis Chloesque liberis imposita elegit: filia appellatur Ἀγέλη, filius Φιλοποίμην (IV 39).

De ceteris Longi nominibus nihil certi dicere audeo. Sunt vero haec:

1) Ἄστυλος IV 10 sqq. Dionysophanis filius. Centaurus Ovid. met. XII 308, unde hoc nomen accepisse videtur Calpurnius VI 7. 74, ut infra explicabitur.

2) Βρύαξις II 28. Milites Methymnaeos ducit.

3) Διονυσοφάνης IV 13 sqq. Lamonis dominus, Daphnidis pater. In eius praedio rustico Liber colitur IV 3.

4) Δρύας I 4 al. Opilio, qui Chloen educat. Nomen in fabulis usurpatur.

Χρύσιλλα tit. fab. Eubuli (II 205 K.); cf. Telecl. fg. 17 K.; Chrysion tit. fab. Caecili. — 49) Γόργος 15: vide Γοργίας; Gorgines Plaut. Vid. 54; Γόργυθος tit. fab. Antiphanis (II 42 K.). 50) Καλλίδης 8: Callias Plaut. Trin. 916; cf. de Callia Aristoph. Eupol. Cratin. 51) Λεόντιχος 13: Λεόντιον v. s. Κλωνάριον; Caecil. XXXVI Ribb. 52) Πασίων 12: Pasibula Ter. Andr. 945.

85) De 52 nominibus comicis, quae Lucianus in dialogis meretricum praebet, 12 in Athenaei excerptis repetuntur: ʽΑβροτόνιον Ath. XIII 576 c. Βακχίς 594 b c. Γλυκέριον 582 d e. Δωρίχα (= Δωρίς) 596 b c d. Θαΐς 567 c. Λέαινα 596 f. Μέλιττα 578 b c. Μύρτιον 576 f. Φίλιννα 557 c. 578 a. Χρυσίς 567 f. 587 e. Δημέας 591 f. Δίφιλος 579 e sqq., 583 e f.

5) Ἵππασος III 1. 2. Milites Mytilenaeos ducit. Nomen fabulosum.

6) Λάμων I 2 al. Caprarius, qui Daphnidem educat. Λάμων agricola in epigrammate Philippi Thessalonicensis AP VI 102 inducitur; quae vero ratio inter hoc Longique fabulam intercedat, statui vix potest.

7) Νάπη I 6 al. Dryantis uxor. Idem nomen in epigrammate Statilii Flacci AP 5 et in Ovidii Amoribus (I 11, 2; 12, 4) est; quo modo Statilius, Ovidius, Longus inter se cohaereant ignoramus.

Pars III.

De nominibus bucolicis a Romanis eclogarum poetis adhibitis.

De Romanorum poetarum nominibus bucolicis disputaturi quam in prima de Theocrito parte instruximus quaestionem de veris hominibus suis nominibus appellatis, quippe qui in controversia non versentur, omittere possumus. Quaeritur igitur de bucolicorum nominum cum origine tum allegorica interpretatione.

Caput I. Vergilii nomina bucolica.

A. De origine nominum Vergilianorum.

§ 1.

Haec nomina Theocritea a Vergilio repetita sunt:

1) Aegon III 2 bis; V 72: Th. IV 2. 26. 34.

2) Alcippe VII 14: Th. V 132.

3) Amaryllis I 5. 30. 36; II 14. 52; III 81; VIII 77. 78. 101; IX 22: Th. III 1. 6. 22; IV 36. 38.

4) Amyntas II 35. 39; III 66. 74. 83; V 8. 15. 18; X 37. 38. 41: Th. VII 2. 132.

5) Antigenes V 89: Th. VII 4.

6) Chromis VI 13: Th. I 24.

7) Corydon II 1. 56. 65. 79 bis; V 86 (= II 1); VII 2. 3. 16. 20. 40. 70 bis: Th. IV 1. 50. 58; V 6.

8) Damoetas II 37. 39; III 1. 58; V 72: Th. VI 1. 20. 41. 43.

9) Daphnis [myth. II 26; V 20 sqq.;] VII 1. 7; VIII 68. 72. 76. 79. 81. 83 bis. 84. 85. 90. 93. 94. 100. 102. 104. 109; IX 46. 50: Th. [myth. I 19 al.; V 20. 81;] VI 1. 5. 41. 43; VIII 1. 5. 6. 31. 36. 38. 71. 82. 92; IX 1. 14. 23. 27. 42.

10) Galatea I 30. 31; III 64. 72; VII 37; IX 39: [myth. Th. VI 6; XI 8. 13. 19. 63. 76].

11) Lycidas VII 67; IX 2. 12. 37: Th. VII 13. 27. 55. 91.

12) Menalcas II 15; III 13. 58; V 4. 64. 90; IX 10. 16. 18. 55; X 20: Th. VIII 2. 5. 9. 30. 32. 33. 39. 62; IX 2. 6. 14. 27. 44.

13) Micon III 10; VII 30: Th. V 112.

14) Nais II 46, si modo proprium nomen est: Th. VIII 43. 93.

15) Thestylis II 10. 43: Th. II 1. 19. 35. 59. 95.

16) Thyrsis VII 2. 3. 16. 20. 69: Th. I 19. 65 bis. 146.

17) Tityrus I 1. 4. 13. 18. 38 bis; III 20. 96; V 12; VI 4; VIII 55; IX 23. 24: Th. III 2. 3. 4; VII 72.

Vergilius igitur nomina sumpsit e Theocriti carminibus I—IX, XI. Cum de iisdem carminibus permultas etiam res ac verba Vergilius duxerit[86]), iure quaeritur, quatenus una cum ipsis rebus nomina quoque personarum e Theocrito desumpserit, quatenus nomina Theocritea novae sententiarum seriei interposuerit. Quod ex his locis collatis satis elucebit.

a) Vergilius nomina Theocritea suis locis reliquit in hisce exemplis.

1) Th. III 3 sq. Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας | καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε. — Verg. III 96 *Tityre, pascentes a flumine reice capellas*; V 12 *pascentis servabit Tityrus haedos*; IX 23 sqq. versus Theocritei verbotenus translati.

2) Th. IV 2 οὔκ, ἀλλ' Αἴγωνος· βόσκειν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν. — Verg. III 2 *non, verum Aegonis, nuper mihi tradidit Aegon.*

3) Th. IX 2 ᾠδᾶς ἄρχεο, Δάφνι, συναψάσθω δὲ Μενάλκας. — Verg. III 58 *incipe, Damoeta; tu deinde sequere, Menalca.*

b) Pro nomine Theocriteo aliud nomen Theocriteum posuit, quamvis priore quoque nomine alibi usus sit.

---

86) Imitationes Theocriteae saepe collectae sunt, nuperrime a P. Jahn, *Die Art der Abhängigkeit Vergils von Theokrit, Jahresb. des Kölln. Gymn. zu Berlin.* I 1897 (ecl. III). II 1898 (ecl. II. VIII 14—61). III 1899 (cet. praeter IV et VI). Dilucidissimas contuli. Th. I 26: V. III 30; 29—32: V. III 36—40; 55: V. III 45; 59: V. III 48. 47; 64 al.: V. VIII 21 al.; 66 sqq.: V. X 9 sqq.; 71 sq.: V. X 27; 74 sq.: V. X 16; 80 sqq.: V. X 19 sqq.; 109: V. X 18; 114: V. VIII 61; 120: V. V 43. | Th. II 3: V. VIII 66; 17: V. VIII 68; 18: V. VIII 82; 23: V. VIII 82; 28 sq.: V. VIII 80; 38: V. IX 57; 43: V. VIII 73; 53 sq.: V. VIII 91; 82: V. VIII 41; 161 sq.: V. VIII 95 sq. | Th. III 3 sqq.: V. IX 23 sqq.; 9: V. II 7; 10 sq.: V. III 71; 15: V. VIII 43; 24: V. VIII 59; 33 sqq.: V. II 40 sqq. | Th. IV 1 sq.: V. III 1 sq.; 3: V. III 5; 13. 26 sq.: V. III 3 sq.; 15 sq.: V. III 102; 20: V. III 100. | Th. V 5 sqq.: V. III 25 sqq.; 44: V. III 51; 51: V. VII 45; 53 sq.: V. V 67; 80 sqq.: V. III 60 sqq.; 88: V. III 64; 90: V. III 66; 96: V. III 69; 112 sq.: V. III 10 sq.; 146: V. III 97. | Th. VI 1 sq.: V. VII 2; 34 sqq: V. II 25 sq. | Th. VII 10 sq.: V. IX 59; 21: V. IX 1; 35: V. IX 64; 36 sqq.: V. IX 32 sqq.; 39 sqq.: V. IX 35; 73: V. X 13; 92: V. VII 21 sq.; 111 sqq.: V. X 65 sqq. | Th. VIII 3 sq.: V. VII 4 sq.; 11: V. III 28; 14: V. III 29; 15 sq.: V. III 32 sqq.; 25 sq.: V. III 50; 37: V. VII 45; 47. 44: V. VII 55 sq.; 49: V. VII 7; 57 sq.: V. III 80 sq.; 61: V III 59; 78: V. III 79; 79 sq.: V. V 32 sq.; 92: V. VII 70. | Th. IX 2: V. III 58; 14: V. VII 20; 19 sqq.: V. VII 49 sqq. | Th. X 26 sqq.: V. X 28 sq.; 31 sq.: V. II 63 sqq. | Th. XI 20 sq.: V. VII 37; 25 sqq.: V. VIII 37 sq.; 31: V. VIII 34; 34 sqq.: V. II 20 sqq.; 42 sqq.: V. IX 39 sqq.; 50: V. VII 41; 51: V. VII 49; 56 sq.: V. II 45 sqq.; 72 sqq.: V. II 69 sqq. Vergilius igitur in eclogis Theocriti carmina I—XI imitatione expressit.

1) Th. IV 1 εἰπέ μοι, ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; — Verg. III 1 *dic mihi, Damoeta, cuium pecus?*

2) Th. IX 2 ᾠδᾶς ἄρχεο, Δάφνι, συναψάσθω δὲ Μενάλκας. — Verg. III 58 *incipe, Damoeta, tu deinde sequere, Menalca.*

3) Th. VI 1 Δαμοίτας χὠ Δάφνις ὁ βουκόλος εἰς ἕνα χῶρον | τὰν ἀγέλαν πόκ', Ἄρατε, συνάγαγον. — Verg. VII 7 *compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum.*

4) Th. IX 14 οὕτως Δάφνις ἄεισεν ἐμίν, οὕτως δὲ Μενάλκας. — Verg. VII 20 *hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.*

5) Th. VIII 92 κὴκ τούτω πρᾶτος παρὰ ποιμέσι Δάφνις ἔγεντο. — Verg. VII 70 *ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.*

6) In Theocriti Pharmaceutriis serva vocatur Thestylis, in imitatione Vergiliana (VIII 64 sqq.) Amaryllis.

c) Pro nomine Theocriteo, quod omnino repudiavit, aliud nomen Theocriteum inseruit.

1) Th. XI 72 ὦ Κύκλωψ, Κύκλωψ, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι. — Verg. II 69 *ah Corydon, Corydon, quae te dementia cepit.*

2) Th. V 88 βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα. — Verg. III 64 *malo me Galatea petit, lasciva puella.*

3) Th. V 90 κὴμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν | ἐκμαίνει. — Verg. III 66 *at mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.*

4) Qui a puella incantamentis reducitur adulescens in Theocriti Pharmaceutriis Delphis audit, in Vergilii imitatione Daphnis. E. g. Th. II 23 Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν | αἴθω. — Verg. VIII 83 *Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum.*

d) Nomen Theocriteum mutavit in nomen a Theocrito alienum, quamvis Theocriteum alibi adhibuerit.

1) Th. XI 76 εὑρησεῖς Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν. — Verg. II 73 *invenies alium, si te hic fastidit, Alexim.*

2) Th. VII 71 sq. αὐλησεῦντι δέ μοι δύο ποιμένες, εἷς μὲν Ἀχαρνεύς, | εἷς δὲ Λυκωπίτας· ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾀσεῖ. — Verg. V 72 sq. *cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon*; | *saltantis satyros imitabitur Alphesiboeus.*

e) Nomini Theocriteo ceterum quoque reiecto nomen a Theocrito alienum supposuit.

1) Th. IV 1 εἰπέ μοι, ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες; ἦ ῥα Φιλώνδα; — Verg. III 1 *dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?*

2) Th. VIII 43 sq. ἔνθα καλὰ Ναΐς ἐπινίσσεται· αἱ δ' ἂν ἀφέρπῃ, | χὠ ποιμὴν ξηρὸς τηνόθι χαἱ βοτάναι. Cf. ib. 47 sq.: ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν· αἱ δ' ἂν ἀφέρπῃ, | χὠ τὰς βῶς βόσκων χαἱ βόες αὐότεραι. — Verg. VII 55 sq. *omnia nunc rident; at si formosus Alexis montibus his abeat, videas et flumina sicca.*

3) Th. VII 21 Σιμιχίδα, πᾷ δὴ τυ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις; — Verg. IX 1 *quo te, Moeri, pedes? an quo via ducit, in urbem?*

Haec quae contuli exempla Vergilium nomina Theocritea a rebus, quas Theocritus eis tribuit, plane disiunxisse satis superque probant. Quocum congruit, quod Vergilius etiam nominibus, quae apud Theocritum vel fabulae vel veritatis sunt, ut bucolicis utitur. Fabulae enim est in Theocriti carminibus VI et XI Galatea, quae cum solo Polyphemo persona item fabulosa coniungitur. Quam Vergilius eadem ratione, qua iam Theocritus ipse Daphnidem (c. VI), a fabula solvit et vulgari pastori amandam dedit; neglegentia vero imitatoris uno loco (VII 37) accidit, ut ineptissime Corydonis puellam Nerei filiam faceret. Veritatis sunt apud Theocritum nomina Amyntae, Antigenis, Lycidae, quae Vergilius a veris hominibus dissoluta fictis personis imposuit. Quid plura? Vergilium nominibus Theocriteis sine certis legibus ad suum arbitrium usum esse patet.

§ 2.

Cetera nomina, siquidem simili ratione atque Theocritea tractata sunt, in Vergilii exemplis personarum maxime diversarum fuisse possunt. Quarum re vera fuerint quique auctores singula nomina Vergilio obtulerint, raro coniectura divinari, nusquam fere certo statui potest. Facillime ad auctorem reduci posse videntur nomina Meliboei et Moeridis, ut quae Pseudoverg. catal. IX Ribb. Valerio Messalae tribuat (v. 13 sqq.): *pauca tua in nostras venerunt carmina chartas,* | *carmina cum lingua tum sale Cecropio* |. . .| *molliter hic viridi patulae sub tegmine quercus* | *Moeris pastores et Meliboeus erant* | *dulcia iactantes alterno carmina versu,* | *qualia Trinacriae doctus amat iuvenis.* Qui versus Messalam ad Theocriti exemplum carmen vel carmina pastoralia Graeco sermone composuisse pastoresque certantes Moerim ac Meliboeum appellasse docent. Sed gravissima argumenta obstant, quominus Vergilium hinc nomina accepisse credamus. Vergilium eclogam I, in qua nomen Meliboei occurrit, anno a. Chr. 41, quo agri Mantuanorum dividebantur, scripsisse constat; ecloga III, qua idem nomen inducit, aetate aliquanto praecedit. M. Valerius Messala Corvinus natus est Hieronymo auctore (chron. p. 137 Schoene) anno a. Chr. 59, e coniectura H. Schulzii (*De Messallae aetate*, Sedini 1886), quae recta mihi videtur, anno 64. Brutum, cum in Graeciam venisset, Messala secutus post cladem Philippensem ad Antonium se contulit (Appian. b. c. IV 38). Qua tandem re Vergilius commoveri potuit, ut iunioris Messalae, sectatoris Antonii, vilissima Musarum exercitia imitaretur ad Octaviani gratiam efferendam! Multo probabilius est Messalam imperio per Augustum pacato, cum poetarum fautorem se gereret, ipsum quoque carmina inque iis Vergilii exemplo incitatum bucolica fecisse. Quae si recta est suspicio, nomina Meliboei ac Moeridis Messala Vergilio debet, non Vergilius Messalae. Cum igitur certis testimoniis destituti simus, opus est, ut per divinationem nominum fontes detegere conemur.

1) Mopsus V 1. 10; VIII 26. 29. Vergilius ipse ecl. VI 72 Cor-

nelium Gallum Grynei nemoris originem carmine tractasse prodit. Quem ad versum Servius adnotat: *in quo luco aliquando Calchas et Mopsus dicuntur de peritia divinandi inter se habuisse certamen. et cum de pomorum arboris cuiusdam contenderent numero, stetit gloria Mopso: cuius rei dolore Calchas interiit. hoc autem Euphorionis continent carmina, quae Gallus transtulit in sermonem latinum; unde est illud in fine, ubi Gallus loquitur 'ibo et Chalcidico quae sunt mihi condita versu carmina', nam Chalcis civitas est Euboeae, de qua fuerat Euphorion.* In Galli igitur carmine Mopsus certabat cum Calchante; Galli laudes canunt Vergilii eclogae VI et X — nonne patet etiam nomen Mopsi in Galli honorem esse electum?[87])

2) Palaemon III 50. 53. Ino eiusque filius Melicerta cum Athamantem fugientes in mare se praecipitassent, dei facti sunt: Ino Leucothea, Melicerta Palaemon, cuius in honorem Isthmios ludos faciunt. Hanc fabulam Vergilio notam fuisse apparet ex Aen. V 823 *Inousque Palaemon.* Euphorio eam tractavit auctore Plutarcho (Symp. V 3, p. 677 a): Εὐφορίωνα μὲν οὕτω πως περὶ Μελικέρτου λέγοντα 'κλαίοντες δέ τε κοῦρον κτλ.'; cf. quae Meinekius, *Anal. Alex.* p. 80 sqq. de hoc fragmento disseruit. Parthenius quoque Melicertam commemoravit fg. XXXIII Mein. Γλαύκῳ καὶ Νηρῆϊ καὶ Ἰνώῳ Μελικέρτῃ, quem versum, ut grammatici veteres (Gell. XIII 27, 1. 2; Macrob. sat. V 17, 18) observarunt, ipse Vergilius in Georgicis (I 437) imitatus est. Parthenius vero non diserte de Palaemonis fabula egit, sed inter alios deos marinos Melicertam nominavit. Itaque Vergilium hoc nomine non Parthenium, sed Gallum *Euphorionis cantorem* laudasse confido.

3) Nysa Mopsi puella VIII 18. 26. Nysa Liberi nutrix est (e. g. Diod. III 70). Euphorio carmen epicum Διόνυσος inscriptum composuit (fg. X—XVI Mein.), quo fabulas de Libero quam plurimas cumulasse videtur (Meinekius p. 21); Nonnus, quem Euphorionem expressisse constat[88]), nomen Nysae exhibet Dion. XXIX 272, ita ut iusto audacior non videatur coniectura Vergilium hoc quoque nomen Euphorioni vel potius Gallo debere.

4) Alcimedon artifex III 37. 44. Erat unus de decem illis nautis Tyrrhenis, qui, cum Liberum constuprare vellent, in delphinos mutati sunt (Ov. met. III 618; Hyg. fab. 134 p. 114 Schm.). Quam fabulam ab Euphorione in carmine de Libero composito tractatam esse pro certo habeo.

---

87) Hanc nominis originem G. Wissowa praeceptor quam maxime colendus mihi ostendit. G. Schultze (*Euphorionea*, diss. Argent. 1888), quamvis de Euphorionis carminibus a Gallo expressis egerit (p. 53—55), nomina propria non spectavit.

88) Lobeck, *Aglaophamus* p. 558 n. c; Meineke, *Anal. Alex.* p. 21. 68. 147; Rohde, *Der griech. Roman* p. 36 n. 5; p. 506 n. 2; quae collecta et aucta sunt a Georgio Schultze, *Euphorionea*, diss. Argent. 1888, p. 55 sqq.

5) Alcon puer amatus V 11. Servio auctore (ad l.) Alcon erat sagittarius Cretensis, qui Herculem comitabatur et tanta in dirigendis sagittis arte erat, ut, cum filium anguis circumplicasset, incolumi filio anguem necaret. Viri Cretenses Herculem secuti sunt, cum Geryonis boves capturus Erytheam insulam peteret (Diod. IV 17, 3; cf. Preller, *Griech. Myth.* II p. 210 sq.). Ad hanc Herculis expeditionem pertinet Euphorionis fg. LXXXII Mein. (Eust. ad Dion. Perieg. 558): ᾄδεται δὲ Ἡρακλῆς εἰς αὐτὴν (Erytheam) πλεῦσαι χαλκῷ λέβητι, ὅτε καὶ τὰς Γηρυονείους ἀπήλασε βοῦς, 'χαλκείῃ ἀκάτῳ βουπληθέος ἐξ Ἐρυθείας', ὡς ὁ Εὐφορίων λέγεται ἱστορεῖν. Ad eandem fabulam referendum est fg. CLX Mein. (schol. Dion. Perieg. 64): αὗται δὲ πρότερον Κρόνου ἐλέγοντο στῆλαι, δεύτερον δὲ ἐλέχθησαν Βριάρεω, ὥς φησιν Εὐφορίων, τρίτον δὲ Ἡρακλέους. Euphorionem in hoc carmine de Alcone egisse ea quoque re verisimile fit, quod qui fabellam Alconis narrant ad aetatem Euphorionem quam maxime colentem pertinent: Manilius (astr. V 304 sqq.) et Gaetulicus (AP VI 331, siquidem is est, quem Caligula interfecit, Suet. Cal. 6) scripserunt regnante Tiberio (Suet. Tib. 70).

6) Iollas II 57; III 76. 79. Iollas (= Ἰολλᾶς = Ἰόλαος) est celeberrimus ille Herculis comes atque amicus, quem etiam expeditioni in Erytheam factae interfuisse Diodorus (IV 24, 4) testis est. Dubium non est, quin Euphorio in carmine laudato Iollam quoque induxerit.

7) Aegle VI 20. 21. Vergilius eam appellat *naiadum pulcherrimam*. Sed hoc nomen cum item atque puerorum nomina (v. s. Chromis) sponte a poeta electum esse videatur, inter fabulosa et in hac quaestione omittenda ponere nolo. Aegle est Phaethontiadum una Hyg. fab. 154 (p. 27 Schm.); Heraclit. de incred. 36; Anon. Westerm. myth. p. 345. Haec fabula, cum vel in eodem carmine (v. 62 sq.) tangatur, nomen Aegles Vergilio obtulisse videtur. Cui vero auctori ipsam fabulam poeta debeat, e toto Sileni carmine explicato apparebit. De Theopompi Thaumasiis, quae Vergilio exemplo fuisse Servius tradit (ad VI 13 et 26), nihil nisi forma narrationis derivata est, Silenus per somnum vinctus varias res pastores docens; res ipsas a Sileno enarratas apud Theopompum plane alias fuisse atque apud Vergilium quae Aelianus refert (v. h. III 18) satis probant. Silenus Vergilianus canit mundi originem (31—40), Saturnia regna (41), diluvium novosque homines (41), Prometheum (42), Hylam raptum (43 sq.), Pasiphaen (45—60), Atalantam (61), Phaethontiades (62 sq.), Cornelium Gallum Hesiodi fistula a Musis donatum (64—73), Scyllam (74—77), Tereum ac Philomelam (78—81), ut brevi complectar, omnia, quae Phoebus ad Eurotae ripas cecinerat (82 sqq.). Galli laudes totius carminis summam esse nemo non videt; de alieno carmine res narratas ductas esse poeta ipse profitetur (82 sqq.); nonne Ribbeckio (*Gesch. der röm. Dichtung* II p. 27 sq.) adstipulabimur, qui Gallum Vergilii auctorem

putat? Num Gallus in hoc quoque carmine Euphorionem secutus sit, quae est Ribbeckii sententia, adsequi non possumus.

8) Neaera III 3. De Neaera Milesia fabellam eroticam tradit Parthenius XVIII. Cum Parthenii liber ad Gallum missus sit, ut fabulis narratis in elegiis suis utatur (Parthen. prooem.), Neaeram in Galli elegiis exstitisse veri est simillimum indeque eam sumpsisse Vergilium. Poetae recentiores (Horatius, Lygdamus, Ovidius) Gallumne an Vergilium secuti sint disceptari vix potest.

9) Phyllis III 76. 78. 107; V 10; VII 14. 59. 63 bis; X 37. 41. Fabulam de Phyllidis ac Demophoontis amore primus, quatenus nos quidem videmus, Callimachus in Aetiis tractavit (fg. 505 Schn.). Ovidius (ep. II; am. II 18 al.; rem. am. 55 al.) Callimachum, cum alibi hunc auctorem suum diserte profiteatur (ars am. III 329; rem. am. 759), ipsum ante oculos habuisse videtur (cf. Rohde, *Der griech. Roman* p. 128 n. 1, p. 473 n. 2). Callimachi Aetia aetate illa ab aliis quoque elegorum poetis quam maxime expressa esse Prop. II 33, 32; III 1, 1; 9, 43; Quint. X 1, 58 probant (cf. Rohde l. l. p. 89 n. 1). Nonne Gallum quoque Callimachum imitatum esse credamus? Horatius vel in Galli vel in Vergilii honorem nomen Phyllidis usurpavit.

Haec nomina per coniecturam quamvis cautissimam Gallo tribuere velim. Ceterorum nominum fontes adire vix possumus.

1) Alexis II 1. 6. 19. 56. 65. 73; V 86 (= II 1); VII 55. Adhibuit hoc nomen Anacreon (fg. 68 Bergk, III p. 273), post Anacreontem pueris delicatis epigrammatum poetae iterum ac saepius imposuerunt: Plato apud Diog. Laert. III 23; Meleager AP XII 127. 164; Strato AP XII 229. Vergilius, cum ipse quoque puerum ita nominet, fortasse Meleagrum secutus est.

2) Damon III 17; VIII 1. 5. 16. 62. Diocles epigrammatographus puerum hoc nomine appellat AP XII 35.

3) Moeris VIII 96. 98; IX 1. 16. 53. 54. 61. Is quoque puer est apud Stratonem AP XII 228, adulescens apud Xenophontem Ephesium (II 5 sqq.). Vergilium, Stratonem, Xenophontem ad unum vetustiorem auctorem revocandos esse in proclivi est conicere.

4) Meliboeus I 6. 19. 42. 73; III 1; V 87 (= III 1); VII 9. Meliboeum Iohannes Antiochenus appellat pastorem illum, qui Oedipodem expositum invenit (fg. 8, Mueller FHG IV p. 545). Quis hoc nomen fabulae adiecerit ignoramus; dubitari autem non potest, quin Vergilius pastorem Meliboeum ab Oedipodis fabula acceperit.

Praeter Vergilium in litteris omnino non inveniuntur

1) Alphesiboeus V 73; VIII 1. 5. 62. Hoc nomen fortasse Vergilius ipse formavit. Postquam enim illustri nomini Meliboeae nescioquis masculinum nomen Meliboei addidit, facillime fieri potuit, ut ad similitudinem nominis Meliboei Alphesiboeus ex Alphesiboea fingeretur. Nomen Alphesiboeae ipse Theocritus offerebat (III 45), idque propter sensum carmini bucolico convenire videbatur.

2) Mnasyllus VI 13. Nomen veritatis est; Vergilius autem ut cetera de litteris accepisse videtur.

3) †Stimichon V 55. Cum omnia nomina bucolica Graeca sint, hoc nec Latinum nec Graecum esse potest. Servius adnotat: *quidam per Stimichonem Maecenatem accipiunt, nonnulli Stimichonem patrem Theocriti dicunt.* Qui Theocriti patrem Stimichonem interpretati sunt, non *Stimichon*, sed *Simichos* legerunt (cf. schol. Theocr. prol. et ad VII 21). Cum vero iam Calpurnius Stimichonem apud Vergilium legerit (VI 83; VII 9. 13), interpretes illos Simichum pro Stimichone per coniecturam restituisse apparet. Equidem de huius nominis interpretatione desisto.

Nomen Deliae praetermisi (III 67), quia meo arbitratu non puellam, sed Dianam deam, quam canibus notissimam esse constat (cf. Th. II 12. 35), hoc quoque loco significat (cf. VII 29).

Summa igitur quaestionis haec est: Vergilius omnia nomina bucolica e libris sumpsit; Theocrito debet 17, Gallo, quantum quidem nos perspicere possumus, 9. Qua re demonstratur Vergilium post Graecos poetas Cornelium Gallum illo tempore quam maxime aemulatum esse eiusque in honorem ut Georgica prioris formae (Serv. ecl. X 1; georg. IV 1) ita Bucolica composuisse.

§ 3.

Postquam exposuimus, unde Vergilius nomina bucolica mutuatus sit et qua ratione auctores suos, e quibus Theocritus unus superest, tractaverit, ex re esse videtur quaerere, num iisdem nominibus easdem personas ubique designaverit. Cum omnia nomina iterum excutere longum sit neque operae pretium[89]), luculentissima exempla proponam. Damoetas moriens fistulam suam Corydoni dedit carmine II (38 sq.); carmine V, quo carmen II citatur (86), Menalcas Damoetam cantaturum esse exspectat (72). Menalcas, quamvis puer delicatus sit II 15 sq., maior est natu Mopso V 4, qui Nysam in matrimonium ducit VIII 26. Tityrus compluribus in carminibus puer est, cui gregis custodia committitur (III 20. 96; V 12; IX 23 sqq.), in primo senex in libertatem restitutus. Iam vero puellae omnium pastorum communes sunt: Amaryllis amatur a Tityro (I), Corydone (II), Damoeta (III), Lycida (IX); Galatea a Tityro (I), Damoeta (III), Corydone (VII). De Phyllide certant non solum Menalcas ac Damoetas (III), sed etiam Thyrsis et Corydon (VII 59 sqq.), quamvis Meliboei esse videatur (VII 14). His exemplis satis ut puto probatum est Vergilium nomina bucolica non eidem semper personae dedisse, sed — praeter paucissima exempla, quorum infra mentio fiet — ad unum quodque carmen pangendum de integro permiscuisse atque elegisse.

89) Nomina una cum rebus attributis in unum contulit nec tamen ubique recte de iis iudicavit A. Cartault, *Étude sur les Bucoliques de Virgile* 1897, p. 409—424.



B. De allegorica nominum Vergilianorum interpretatione.

Iam accedimus ad quaestionem inde a veteribus quam maxime tractatam necdum absolutam: quibus pastorum nominibus Vergilius homines veros tecte significaverit. Cum idem nomen diversis personis impositum sit, non a nominibus, sed a carminibus singulis ordiamur necesse est.

Ecl. I. Tityrus item ac Meliboeus, quocum colloquitur, rura sua militi concesserat, sed Romae a Caesare Octaviano, quem deum praedicat, assecutus est, ut ea reciperet. Quod cum poetae ipsi accidisse constet, iam veteres interpretes Vergilium se ipsum Tityrum vocare censuerunt. Quocum non congruit, quod Tityrus servus (v. 27 sqq. 40) et senex (v. 28. 46. 51) appellatur. Quod ii, qui Vergilium ubique sub Tityro latere arbitrabantur, removere conati sunt miris allegoriis, quarum exempla scholiastae servarunt (cf. Serv. ad v. 5. 27. 28. 30. 38. 46; schol. Bern. ad v. 47). Res ita se habere videtur: praeter multa pastoralia Vergilius Tityro unum, quod ipsi contigerat, tribuit, ut per os pastoris laudes Octaviani lepide caneret. In hoc igitur uno Vergilius Tityri ore loquitur, ceterum Tityrus persona vere bucolica est. Superflua est coniectura Bethii (Mus. Rhen. XLVII p. 578 sqq.) carmen quoddam mere rusticum in eclogam primam assumptum cum allegoricis eclogae partibus male confusum esse; nam si partes eclogarum inter se pugnantes ubique in diversa carmina distribueremus, vix una Vergilii ecloga indivisa atque integra relinqueretur. Sine ulla ratione recentes interpretes vilicum Vergilii Tityrum fecerunt (e. g. M. Sonntag, *Vergil als bukolischer Dichter* 1891 p. 58 sqq.). Iam vero nullum exstat vestigium, quo adducamur, ut Meliboeum allegorice intellegamus (Prob. p. 7 Keil; schol. Bern. argum.).

Ecl. II. De hoc carmine Servius aliique interpretes multa ac mira protulerunt. Corydonem omnes Vergilium intellegunt, de Alexide autem hoc modo discrepant: 1) Caesar Octavianus Serv. II 1. 6. 73; schol. Bern. argum. al.; 2) puer Caesaris Serv. II 6; schol. Bern. arg.; 3) puer Maecenatis Martial. VII 29; VIII 56, 12; V 16; 4) Alexander, puer Asinii Pollionis, Iollas est Pollio (!), Serv. II 6. 15; schol. Bern. arg. al.; Apul. de mag. 10; Donati vit. Verg. p. 57 Reiff. Praeclaram hanc scientiam veteres non certae rerum gestarum memoriae, sed coniecturae debere apparet nec praetermittendum est, quod Propertius Iollam personam vere bucolicam putavit, cum diceret (III 34, 73 sq.): *felix intactum Corydon qui temptat Alexin agricolae domini carpere delicias.* Et profecto ne una quidem carminis vox allegoricam interpretationem admittit.

Ecl. III. Commemorantur in hoc carmine homines veri Pollio (84—89), Bavius (90), Maevius (90), Conon (40, *Samius mathematicus* Prob., schol. Bern. ad l.), sed suis nominibus, non fictis. Eas vero personas, quae bucolicis nominibus vocantur, veros

homines imitari nulla re indicatur. Itaque tam otiosae quam ridiculae sunt allegoriae, quas veteres excogitaverunt: Menalcas = Cornificius, Damoetas = Vergilius, Palaemon = Caesar (schol. Bern. argum.), Meliboeus = Antonius (ib. v. 1), Aegon = Pollio (ib. v. 2) etc.

Ecl. V. Hic allegoria manifesta inesse videtur, cum Menalcas v. 86 sq. Vergilii carmina II et III ut sua afferat. Sed allegoria per totum carmen diffusa esse non potest. Nam pone Mopsum et Amyntam esse poetas: quis est Tityrus, qui Mopsi haedos pascit? quis Antigenes, qui pedum Mopsum rogavit? quis Stimichon est? Quibus difficultatibus Sonntag (l. l. p. 119 sqq.) commotus est, ut versus 86 sqq. a ceteris resecaret ut postea adiectos. Rectius aget, qui hic quoque unum tantum locum ad veritatem pertinere agnoscet. Quare autem Vergilius Menalcam ipsius carmina commemorantem fecerit, si nisi coniunctas decem eclogas non emisit, nescio; si primo secreta singula emisit, eundem se esse ac priorum eclogarum auctorem scire vult lectorem; quocum conferas Georgicorum finem, ubi eundem se etiam Bucolica scripsisse diserte profitetur. Ne carmina quidem de Daphnidis morte atque apotheosi per allegoriam explicanda esse puto. Veteres enim hos homines sub Daphnide delitescere suspicati sunt: 1) Saloninum Asinii Pollionis filium schol. Bern. arg. V (cf. arg. VIII); 2) Flaccum Vergilii fratrem schol. Bern. arg. V; Donat. vit. Verg. p. 58 Reiff.; 3) Quinctilium Varum Serv. V 20, quod inventum infeliciter defendit Laves, *Vergils Eklogen in ihren Beziehungen zu Daphnis,* Progr. Lyck. 1893; 4) Iulium Caesarem Serv. V 20. 29. 44; schol. Bern. arg. V. Sed deum Vergilius praedicare non poterat nisi aut Octavianum aut divum Iulium; Octavianus non erat mortuus, divus Iulius erat nec puer (54) nec Vergilii fautor (52). Contra pastorem illum fabulosum in caelum abreptum esse Servius testatur (V 20): *patrem Mercurium invocavit, qui eum in caelum eripuit et in eo loco fontem elicuit, qui Daphnis vocatur, apud quem quotannis Siculi sacrificant.* Quam fabulae formam Vergilium assumpsisse atque in maius extulisse arbitror.

Ecl. VI. Servius hanc interpretationem allegoricam tradit (ad VI 13): *sub persona Sileni Sironem inducit loquentem, Chromin autem et Mnasylon se et Varum vult accipi.* Vel Ribbeckius, qui ceterum allegoriam quam maxime spernit, Silenum ad Sironem philosophum Epicureum refert (*Proleg. crit.* p. 8, *Gesch. der röm. Dichtung* II p. 26). Attamen non video, quare hanc interpretationem alteri praeferamus, quam scholia Bernensia praestant (argum. VI; cf. ad v. 13): *Vergilius se Silenum fingit, qui canebat; Chromem et Mnasylum Pollionem et Varum vel Cornelium et Tuccam, qui vinctum quasi Silenum Bucolica postulabant, esse aiunt.* Sunt inutilia veterum inventa. Re vera carmen ad Gallum efferendum spectare supra iam vidimus. In prooemio autem (v. 4 sq.) Cynthium (i. e. Apollinem, non Augustum, ut schol. Veron. ad l.) ipsum facit alloquentem *pastorem, Tityre, pinguis pascere*

oportet ovis, dedúctum dicere carmen; ubi Tityrum se appellat adludens ut videtur ad primam eclogam.

Ecl. VII. Qui inducitur homo verus, Codrus poeta[90] (v. 21 sqq.), suo nomine appellatur; praeterea nihil ad veritatem spectat. Veterum nugae omitti possunt (cf. Serv. VII 21; schol. Bern. arg. VII al.).

Ecl. VIII. Nullum allegoriae indicium invenitur, stulta profert scholiasta Bernensis.

Ecl. IX. Menalcas carminibus suis Mantuanorum agros servasse creditur (v. 10), fuga morti se eripuit (16), Theocritum imitatione expressit (23 sqq., 39 sqq.), carmina in Varum (26 sqq.) atque in divi Iulii astrum (46 sqq.) composuit. Quae omnia nisi in ipsum poetam referuntur intellegi non possunt. Ceterae vero personae, Lycidas, Moeris, Daphnis, allegoricam interpretationem non patiuntur. Bethius quidem (Mus. Rhen. XLVII p. 584 sqq.), postquam subtiliore quam quae credi possit coniectura versus 30—54 a ceteris segregavit, Lycidam hic Vergilium significare contendit; sed cum Lycidas Vario ac Cinna minorem se profiteatur (35 sq.), non poeta sub Lycidae nomine delitescens, sed totius carminis poeta illos laudat. Moerim Vergilii familiarem esse veteres ac recentes interpretes ipsi sibi finxerunt (Serv. ad IX 1. 23; Kolster, *Vergils Eklogen in ihrer strophischen Gliederung* p. 186).

Ecl. X. Per totum carmen Galli amores ad Daphnidis exemplum cantantur nec tamen singula nomina bucolica ad singulos homines referre licet, nisi forte Menalcae persona (v. 20) ad nonae eclogae Menalcam adludit.

Haec igitur quaestionis summa est: Vergilius saepius se ipsum sub pastoris persona induxit: sub Tityri in prima ecloga atque in sextae prooemio, sub Menalcae in eclogis V. IX. X; alios homines veros ubi affert, suis veris nominibus appellat. Quod Vergilius non per casum, sed de industria fecisse mihi videtur; nam habitus atque imprimis nomen pastorale non conveniunt nisi ipsi poetae bucolico.

Caput II. Calpurnii nomina bucolica.

A. De origine nominum Calpurnianorum.

§ 1.

Post Vergilium bucolica scripsit ineunte Neronis imperio (M. Haupt opp. I 358 sqq.) T. Calpurnius Siculus. De nominibus ab eo

---

90) Codrum poetam Valgius in elegis suis commemoravit testantibus Servio et scholiis Veronensibus ad VII 22. Itaque non est, quare verum Graeci scilicet poetae nomen id esse dubitemus (contra schol. Veron. et Bern. ad VII 22). Immo in quinto quoque carmine (v. 11) poeta Codrus intellegendus est (contra veteres ad l.), ita ut puellae ac puero personis amatis malus poeta per iocum opponatur. Cum in quinto carmine obiurgatione dignus appareat et Corydonis in septimo laudes insequentibus Thyrsidis verbis rescindantur, Codrum poetam Vergilio despectum fuisse credo.

adhibitis post Wilamowitzium (*Ind. schol. Gott.* aest. 1884 p. 6) quaestionem instituit Henr. Schenkl (*Calpurnii et Nemesiani Bucolica* 1885 p. XXII sq., Index), cui magnam partem eorum quae sequuntur accepta refero.

I. Nomina Theocritea in Calpurnii eclogis expressa:

1) Aegon VI 83.
2) Alcippe III 31. 33.
3) Amaryllis IV 38.
4) Amyntas IV 17. 78. 81.
5) Corydon I 8; IV 1. 22. 64. 81; VII 1. 19. 73. 78.
6) Daphnis II 94.
7) Lycidas III 1. 8. 18. 22. 32. 46. 50. 55. 91; VI 1. 17. 74. 81.
8) Menalcas IV 11.
9) Micon V 1 bis; VI 91.
10) Nais IV 69. [135.].
11) Thyrsis II 9. 22. 98; VII 11. 15.
12) Tityrus III 19. 74. 97; IV 62. 64. 161. 163.

Omnia haec nomina etiam Vergilius praebet.

II. Nomina Vergiliana, quibus Calpurnius utitur:

1) Alcon VI 1. 6. 18. 21.
2) Alexis IV 75.
3) Alphesiboeus II 94.
4) Iollas III 7. 13. 24. 92; IV 59; VI 91.
5) Meliboeus I 94; IV 6. 29. 36. 39. 70. 153. 158.
6) Mnasyllus VI 28. 46. 48. 59. 75. 79. 86.
7) Mopsus III 9. 26. 32. 35. 59. 73. 91; VI 85.
8) Phyllis III 9. 10. 24. 32. 34. 40. 45. 50. 61. 65. 70. 91. 93; VI 74.
9) Stimicon VI 83; VII 9. 13.

Calpurnius igitur, cum multa nomina Vergilio propria praebeat, Theocriteis non utitur nisi iam a Vergilio receptis. Itaque iure quaeritur, num omnino ipsum Theocritum ante oculos habuerit. Vel Schenklius, qui in Graecis Calpurnii exemplis agnoscendis summam cautionem adhibet (p. XXI), Calpurnium non solum locos quosdam Theocriteos primum transtulisse, sed etiam a Vergilio liberius expressos ad Graecum exemplum refinxisse affirmat (p. XXII). Prioris generis sunt hi loci ab eo allati. 1) Calp. II 24 *satis hoc mercedis habeto, | si laudem victor, si fert opprobria victus* — Th. VIII 17 ἀλλὰ τί μὰν θηςεῖς; τί δὲ τὸ πλέον ἑξεῖ ὁ νικῶν; Apud Theocritum Daphnis Menalcam interrogat: quid praemii proponere vis, quo victor accepto plus habeat quam victus; apud Calpurnium praemium repudiatur: ubi latet similitudo? 2) Calp. III argumentum duxisse dicitur a Theocriti carmine XIV. In utroque carmine amator quidam invidia incitatus puellam pulsavit et, quod mirum non est, a pulsata spernitur; ceterum carminum argumenta quam maxime differunt: Theocriti adulescens abiectis amoribus militiam petit, Calpurnianus dul-



cibus carminibus puellam sibi reconciliare studet. Si cui vero maior similitudo videtur, quam quae casu orta esse possit: Calpurnius a Theocriti quodam imitatore, cuius carmen periit, pendere potest. 3) Calp. III 61 sq. *formosior illo dicor* — Th. VI 34 καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακόν, ὥς με λέγοντι. Lycidam Mopso formosiorem, Polyphemum deformem homines dicunt; quid simile? 4) Calp. IV 150 sq. *tam liquidum, tam dulce sonant, ut non ego malim | quod Peligna parant examina lambere nectar* — Th. VIII 82 sq. ἁδύ τι τὸ στόμα τεῦ καὶ ἐφίμερος, ὦ Δάφνι, φωνά. | κρέσσον μελπομένω τευ ἀκουέμεν ἢ μέλι λείχειν. Simile est, quod cantus suavitas cum mellis dulcedine comparatur. Sed praetermittendum non est, quod haec comparatio latet in Horatii *dulci sono* (c. II 13, 38), quocum conferas *dulces modos* Hor. c. III 9, 10; *dulcem strepitum* Hor. c. IV 3, 18; *dulce sonant tenui gutture carmen aves* Tib. I 3, 60 etc.: est imago poetis exercitata. Vel in vulgari sermone quamlibet rem iucundam cum melle comparari Horatii versus ostendit (sat. II 6, 32) *hoc iuvat et melli est.* Nectar pro melle dixit Vergilius georg. IV 164 *et dulci distendunt nectare cellas.* 5) Calp. VI 7 sq. *Astyle, credibile est, si vincat acanthida cornix, | vocalem superet si dirus aëdona bubo* — Th. V 136 sq. οὐ θεμιτόν, Λάκων, ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδειν | οὐδ' ἔποπας κύκνοισι. Utroque loco pastorum cantus cum avium comparantur, ipsae aves praeter lusciniam diversae sunt.

Accuratius ac Vergilius exemplum Graecum Schenklii sententia his locis Calpurnius transtulit. 6) Calp. II 67 *nec sunt grata minus, quam si caper imbuat aras* — Verg. I 8 *illius aram | saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus* — Th. epigr. I 5 βωμὸν δ' αἱμαξεῖ κεραὸς τράγος οὗτος ὁ μαλός. Caprum pro agno Calpurnius de suo imposuit, fortasse, ut iteratam vocem agni vitaret (cf. v. 62. 63. 68). 7) Calp. II 70 *per totum niveus premitur mihi caseus annum* — Verg. II 22 *lac mihi non aestate novum, non frigore defit* — Th. XI 36 τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ. Hic Calpurnius ex ipso Theocrito caseum mutuatus esse dicitur. Immo locum Vergilii allatum contaminasse videtur altero Vergiliano (ecl. I 34) *pinguis et ingratae premeretur caseus urbi.* 8) Calp. II 84 *num, precor, informis videor tibi?* — Verg. II 25 *nec sum adeo informis* — Th. III 8 ἦρά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἐγγύθεν ἦμεν; et XX 19 οὐ καλὸς ἐμμί; Calpurnius congruit cum Theocrito contra Vergilium in interrogativa enuntiati forma. Potuitne, siquidem exemplo opus est, ipsum Vergilium sequi (II 6. 7. 15. 16 etc.)? 9) Calp. III 87 *laqueum miseri nectemus* — Verg. II 7 *mori me denique coges* — Th. III 9 ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς. Calpurnius genus mortis idem ac Theocritus expressit. Si opus esset auctore, Horatii afferrem epod. XVII 72 *frustraque vincla gutturi nectes tuo* una cum epist. I 19, 31 *nec sponsae laqueum famoso carmine nectit.*

Minimae igitur res sunt, quae aliqua veritatis specie ad Theo-

critum ipsum revocari possint; potestne cogitari poesis bucolicae auctorem in imitatoris carminibus vestigia tantula fecisse?

§ 2.

Etiam nomina Calpurnii a Vergilio aliena non e Graecis, sed e Latinis exemplis manasse videntur.[91])

a) In Ovidii metamorphosibus occurrunt:

1) Astylus VI 7. 74: Ov. met. XII 308. Apud Ovidium Roscher (*Ann. phil.* 1872 p. 428) restituit *augur Asbolus*, cum in Hesiodi scuto (v. 185) Ἄσβολος οἰωνιστῆς inter Centauros appareret. Sed librarii nomina propria tam ingeniose corrumpere non solent, ut rectum nomen constituant. Fortasse Ovidius a nomine Asboli se abstinuit, quod iam canem Actaeonis ita appellaverat (met. III 219). Longus IV 10 ex Ovidii fonte nomen Astyli hausisse videtur.

2) Callirrhoe III 25: Ov. met. IX 414. 432; rem. am. 456 Alcmaeonis uxor, Acheloi filia. Chariton eroticus scriptor Graecus ad suum arbitrium nomen Callirrhoes a fabula solvit et cum Chaerea nomine comico coniunxit (Τῶν περὶ Χαιρέαν καὶ Καλλιῤῥόην λόγοι δ').

3) Crocale II 1. 52. 56. 71. 75; VI 9: Ov. met. III 169 Dianae serva. Cum Lucianus dial. meretr. 15 meretricem Crocalen vocet, comoediam Ovidii exemplum esse confido (cf. n. 84).

4) Dorylas II 96: Ov. met. V 129 sqq. Afer, XII 380 Centaurus. In exemplo quoque Ovidii fabulosum hoc nomen fuisse inde apparet, quod cum nominibus Menelai et Pterelai in unum componitur Apoll. Dysc. adv. 585, 22; Etym. Magn. 579, 20.

5) Idas II 1. 2. 27. 61: Ov. met. V 90; VIII 305; XIV 504 diversis in fabulis. De origine huius nominis, cum etiam in Vergilii Aeneide (IX 575) atque in Propertii elegis (I 2, 17) commemoretur, dubitare licet.

Haec nomina ex ipso Ovidio sumpta esse eo probatur, quod studiorum Calpurnii in Metamorphosibus positorum certa vestigia exstant.[92])

b) Aeneidi Vergilii tribui possunt:

1) Ladon I 18: Verg. Aen. X 413 Aeneae sodalis. Cum apud Ovidium nonnisi fluminis (I 702) vel canis (III 216) nomen sit, Vergilium Calpurnii auctorem puto. Vergilius, cum Romae origines uberius cantaret prioribus, nomina ducum de variis fabulis Graecis mutuatus

---

91) Maassius in *Orpheo* (1895 p. 145 n. 31), cum ad Arcadicam quandam poesin nomina Ladonis (fluvius Arcadiae), Ornyti (heros Arcadicus Paus. VIII 28, 4), Lycotae (Λυκόα oppidum Arcadiae Paus. VIII 3, 4 al.) revocaret, Latina exempla multo propiora neglexit.

92) E. Schenklii collatione locorum similium eos selegi, quibus aliquid ponderis inesse puto. Calp. I 67: Ov. met. V 112; I 68: II 113; I 84: XV 1 sq.; II 71: XIII 819; III 29: III 487; III 86: IX 677; IV 169: III 144; VI 38: X 113.

est; Ladonem debere videtur fabulae de Daphne transfigurata, quam Ladonis fluvii filiam fuisse tradunt (Serv. Aen. II 513 al.).[93])

2) Ornytus I 4. 13. 24. 89: Verg. Aen. XI 677 Tyrrhenus quidam. Horatius Ornytum appellat patrem Calaidis pueri delicati (c. III 9, 14). Cum Calais et Ornytus in Apollonii Rhodii Argonauticis occurrant (I 65. 211), Horatium hinc nomina sua sumpsisse elucet. Vergilium ab eodem pendere veri est simile, praesertim cum Apollonium tunc tractatum esse Varronis Atacini translatio ostendat. Calpurnium autem non Horatium, sed Vergilium secutum esse propterea iudico, quod Aeneidem ab eo lectitatam esse imitationes evincunt[94]), cum dubia sint Horatii vestigia.

c) De Propertio Calpurnius mutuatus est haec nomina.

1) Petale VI 9. 34. 74: Prop. V 7, 43. Πετάλη titulus est fabulae Pherecratis (I 184 Kock). E comoedia fluxit hoc nomen in epigramma Antiphanis (AP IX 245) et in Alciphronis epistulas I 35. 36; fg. 6 Hercher; Alciphronem secutus est Aristaenetus I 25 (cf. H. Reich, *De Alciphronis Longique aetate,* diss. Regim. 1894 p. 10). Ipse Propertius comoediae scientem se praestat II 6, ubi meretrices comicas affert Laidem (11), Thaidem (3; cf. V 5, 43), Phrynam (6). Itaque Propertium quoque comoediae nomen Petales debere non est quare dubitemus.

2) Acanthis VI 76: Prop. V 5, 63. Antoninus Liberalis (VII) e Boei ornithogonia refert Acanthidem vel Acanthyllidem (libri discrepant) Autonoi et Hippodamiae filiam in avem eiusdem nominis esse transformatam. Hanc fabulam Propertius ante oculos habuisse videtur, notam fortasse ex Aemilii Macri Ornithogonia.

3) Lycotas VI 26; VII 4. 55: Prop. V 3, 1. Cum Ovidius hoc nomen praestet (met. XII 350, ubi superflua est Riesii coniectura *Lycetus* [= V 86]), incertum est, uter Calpurnii auctor sit; tamen apud Propertium a fabula iam erat solutum. Praeterea non invenitur. Haec nomina e Propertii elegis Calpurnium hausisse opinor, quamvis praeterea imitationis Propertianae rarissima sint indicia.[95])

d) Haec sunt nomina, quorum auctores ignoramus.

1) Astacus II 1. 2. Notissimus est Astacus pater Melanippi aliorumque ducum, qui Thebas contra septem illos defenderunt. Pontici cuiusdam Thebaidem summis laudibus effert Propertius I 7, 1 sqq.

2) Canthus V 1. 7. 112. Canthus est Argonauta illustris in Apollonii Rhodii carmine (I 77 al.). Cf. Ornytum.

---

93) Itaque non est, quare hoc nomen commutemus; Wilamowitz l. c. proposuerat *Laconem* (Th. V), Schenkl *Ladam* (Einsidl. I). Ladon humanum nomen est AP XII 12; Mart. X 85. De fluvii nomine pastori indito cf. p. 62 sq.

94) In hoc quoque conspectu selectos Schenklianae collationis locos proposui. Calp. I 9: Verg. Aen. VII 102; I 31: IV 569; II 27: V 368; II 66: I 432; III 18: V 314; IV 12: II 49; IV 62: VIII 340: IV 163: I 1; VI 21: XII 345; VI 56: VII 808 sq.; VI 88: V 670; VII 62 sq.: VI 299 sq.; VII 81: I 169.

95) Calp. II 95: Prop. V 4, 4; IV 9: V 1, 73.

3) Leuce I 13. Leucen nympham pulcherrimam a Plutone raptam post mortem Elysiis in campis in arborem conversam esse Servius tradit (ad Verg. ecl. VII 61). Metamorphoseon igitur liber quidam Servio et Calpurnio exemplo fuisse videtur.

4) Nyctilus VI 1. 3. 6. 10. Nusquam praeterea exstat. Certo vero dicere possumus hoc nomen fabulae, non veritatis fuisse, cum de nocte infesta Graeci nomina sua non duxerint. Liberi cognomen Νυκτέλιος docere videtur personam quandam ab eius latere ita appellatam fuisse.

B. De allegorica nominum Calpurnianorum interpretatione.

In carminibus II III V VI nemo ullum sensum allegoricum indagabit; contra in primo medio ultimo septem illorum carminum (de ordine carminum bene constituto vide Schenklium p. XI) non de pastoralibus rebus, sed de Caesare eiusque imperio agitur, ita ut iure quaeratur, num in hisce eclogis sub pastorum personis veri homines lateant.

Planissima res est in ecloga quarta. Corydon celebrat aurea saecula sub novo Caesaris regno incohata; quae carmina si Meliboeus Caesari deo tulerit, item ac Tityrum in urbem deductum post ovilia rura atque arma se cantaturum esse. Tityrum significare Vergilium, qui post Bucolica Georgica atque Aeneidem (*arma virumque*) scripsit, nemo est quin videat. Corydon vero cum alter Tityrus esse ac Tityri fistula modulari velit (62 sqq.), ipse Calpurnius sit necesse est. Meliboeus igitur Calpurnii fautor est clientis carmina imperatori daturus. Sub Meliboeo Calpurnium Pisonem delitescere M. Haupt (opp. I p. 392) adstipulante Schenklio (p. XI) divinavit. Has tres personas ad veritatem referendas esse constat; ceteras personas, quarum in ecloga quarta mentio fit, Menalcam Amaryllidem Alexidem ipsumque Amyntam, non nisi ornatus pastoricii esse arbitror.

In prima ecloga Meliboeus iterum inducitur carmen ad imperatorem missurus idque, quod Corydon atque Ornytus ab ipso Fauno fago incisum repppererunt; Faunus scilicet *altera Saturni regna* pronuntiavit. Ornytus carmen recitat, Corydon laudat ac Meliboeo tradendum commendat.[96]) Meliboeus et Corydon facillime agnoscuntur, Ornytus ad amplificandum carminis argumentum additus esse videtur.

In ecloga septima Corydon miranti Lycotae describit quos Romae vidit ludos ipsumque deum i. qu. imperatorem. Cum Corydonem quam maxime imperatori blandientem poeta fecerit, certe se ipsum intellegi voluit.

Summa igitur haec est: Calpurnius ipse sub Corydonis persona latet in carminibus I IV VII, fautor eius sub Meliboei in I IV, Ver-

96) Versus 92—94 non Ornyto cum una editione Veneta, sed Corydoni cum omnibus libris mss. tribuendi sunt.

gilius sub Tityri in IV. Si Calpurnii rationem in adhibendis pastoribus personatis comparamus cum Vergilio, haec videntur commemoratione digna: Calpurnius a Vergilio differt eo, quod eundem hominem cum eodem nomine bucolico ubique inducit, cum Vergilius ipse et Tityri et Menalcae personas induerit; praeterea eo, quod non solum sibi ipsi vel alteri poetae bucolico, sed etiam viro in poesi bucolica non versanti pastoris personam accomodat. Contra Calpurnius anxie Vergilium secutus est in eligendis nominibus, quae veritatis viris imponeret. Nomen enim Tityri Vergilio impositum ad primam huius eclogam spectare patet. Sed ne se ipsum quidem Calpurnius Corydonem appellasse videtur sine alterius Vergilii eclogae recordatione. Meliboeus enim IV 74 sq. Corydonem admonet, ne, si Caesarem celebrare velit, eodem modo canat ac si Alexin laudet; — quod ad alteram Vergilii eclogam pertinere elucet. Calpurnius igitur sub Corydonis persona se induxisse videtur ideo, quod Corydonem illius eclogae Vergilium intellegebat. Denique Meliboeum primae Vergilii eclogae iam a Probo ad Cornelium Gallum poetae fautorem revocatum esse scimus (Prob. p. 7 Keil; schol. Bern. arg.), quam interpretationem Calpurnius in animo habuisse videtur, cum fautori suo Meliboei nomen daret.

Caput III. De nominibus, quae in bucolicis Einsidlensibus exstant.

Praeter Calpurnii eclogas Neronis auspiciis tribuenda sunt duo illa carmina bucolica, quae vocantur Einsidlensia (Baehrens PLM III p. 60 sqq.).[97] Mirum est, quod inter quinque quae illa praebent nomina bucolica ne unum quidem Vergilianum occurrit, quamvis Vergilii eclogas auctori lectitatas fuisse unus versus inde translatus (II 38 = Verg. ecl. IV 10) evincat. Theocritum auctori notum fuisse inde, quod non solum in exeunte, sed etiam in medio versu personas se excipientes facit (II 1—6), falso a Schenklio colligitur (p. XXI), cum id e. g. Senecae tragoediae auctorem docere potuerint; immo Theocriti vestigia in Einsidlensibus plane desunt. Nomina haec sunt.

1) Glyceranus II 7. Nomen omnino ignotum. Wilamowitz l. c. emendavit *Glycerinus,* cum *Glyceranus* nomen esse negaret. Potest vero nomen Glycerani Latina ratione derivatum esse a Glycera, notissimo meretricum nomine proprio.

2) Ladas I 20. Vereor, ut auctor cursorem, quem scriptores Romani saepius laudant (cf. Mart. II 86, 8; X 100, 5), in animo habuerit. Dolendum est, quod nomen *Lades* ad exemplum versus

97) Haec carmina utrum antiquiora sint Calpurnianis an recentiora, in nominibus recensendis nihil refert. Quamquam praetermittere nolo Buechelerum (Mus. Rhen. XXVI p. 240) falsa interpretatione nisum pro antiquioribus ea habuisse; nam *laudata chelys* I 18 non ad auctoris, sed ad Caesaris artem poeticam spectat (cf. quae Baehrens ad finem carm. I adnotat).

Vergiliani Aen. XII 343 restituere (v. 341 Thamyrus!) prioris syllabae longitudo vetat.

3) Midas I 1. Rex ille Phrygiae, qui Apollini et Pani certantibus adfuit Panisque partes cepit (Ov. met. XI 146 sqq.).

4) Mystes II 1. Puer est apud Horatium (c. II 9, 10). Μύστης cognomen est Apollinis, Herculis inque primis Liberi.

5) Thamyras I 21. Edonum ille vates fabulosus.

Nomina Midae Mystae Thamyrae facile in uno atque eodem auctoris exemplo exstitisse possunt, quod diversa certamina aetatis fabulosae producebat. Ex hoc exemplo, cum Einsidlensium carminum notitiam vix habuerit, Maximum Planudem nomen Thamyrae in eclogam suam assumpsisse puto (v. 12. 45; ed. Holzinger, *Ein Idyll des Maximus Planudes*, Wien 1893). Aliud Planudis nomen Ἀριϲταῖοϲ (v. 8), cum iam in fabulis pastoris ac modulatoris sit (Aristaeus certat cum Libero Nonn. Dion. XIII 253 sqq.; XIX 223 sqq.), eodem referri potest.[98]) Sed mittamus coniecturas.

Personatos pastores auctor Einsidlensis non induxit. Quamvis enim non pastorales res, sed Neronis laudes cantentur, tamen desunt indicia, quae certum quendam pastorem ad certum hominem pertinere doceant; immo per omnes personas ipse poeta loquitur.

Caput IV. Nemesiani nomina bucolica.

§ 1.

Tertio p. Chr. saeculo bucolica carmina composuit M. Aurelius Olympius Nemesianus, cuius quattuor eclogas a septem illis Calpurnii praeclare seiunxit M. Haupt, *De carminibus bucolicis Calpurnii et Nemesiani* 1854 (opp. I p. 358 sqq.). Cum Theocritum Nemesiano lectitatum non esse Schenklii argumentis (p. XXXIII sq.) satis superque confirmatum sit, a Vergilianis nominibus initium nobis sumendum est.

I. Vergiliana Nemesiani nomina:

1) Alcon II 1. 19. 53. 70.
2) Amyntas III 1; IV 62.
3) Iollas IV 4. 20. 72.
4) Lycidas IV 1. 4.
5) Meliboeus I 17. 21. 37. 42. 49. 64. 72. 80.
6) Micon III 1.
7) Mopsus I 16; IV 1. 4.
8) Tityrus I 1; II 84.

Omnia haec nomina iam Calpurnius in eclogas suas assumpserat.

II. Calpurniana Nemesiani nomina:

1) Idas II 1. 19. 52. 53. 60. 78.
2) Nyctilus III 1.

---

98) Tertium quod Planudes praestat [illegible] 1. 27), in Bionis c. VI 11 occurrit.



Calpurnii vestigia Nemesianum pressisse hic iam nominum conspectus docet et apertae, quas Schenklius p. XXXVI in unum composuit, mutuationes verborum evincunt. Attamen ipsum quoque Vergilium inter Nemesiani auctores fuisse in tanto numero planissimarum imitationum [99]) in dubium vocari non potest. Unum proponam exemplum. Nemesiani carmen II incipit *Formosam Donacen Idas puer et puer Alcon ardebant*, Calpurnii carmen II *Intactam Crocalen puer Astacus et puer Idas...dilexere diu*, Vergilii carmen II *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin*. Nemo erit, quin Vergilii et Calpurnii verba a Nemesiano confusa esse videat. Haec Vergilii vestigia conferat lector cum illis, quae esse putantur Theocriti in Calpurnii eclogis! Sed eo magis mirandum est, quod nullum nomen proprium ex ipsis Vergilii eclogis assumpsit, nisi forte nomen Nysae (III 26) in hoc numero posueris, quamvis Nemesianus item atque auctor Vergilii nymphae, Vergilius humanae virgini tribuat.

§ 2.

Nemesianus ipse haec nomina adiecit:

1) Donace II 1. 3. 10. 23. 26. 37. 59. 69. 85. 88. Nomen femininum ignoratur, masculinum Δόναξ exstat CIA III 1133. 2371. Cum Donax nomen comoediae sit (Ter. Eun. 772. 774), Donacen quoque per nescio quos rivos e comoedia in Nemesiani eclogam fluxisse suspiceris.

2) Meroë IV 4. 7. 14. 38. 50. 66. Praeter Nemesianum nomen est insulae et urbis in Aethiopia sitae (e. g. Ov. fast. IV 570; Prop. V 6, 78, unde falso Schenklius Nemesiani nomen ducit). Quam cum de Cambysis matre (Diod. Sic. I 33, 1) vel sorore vel uxore (Strab. XVII p. 790) nomen accepisse tradant, auctores Graecos nomen Meroës pro Persico habuisse apparet. Persicum vero nomen e. g. in comoedia exstitisse potest.

3) Mycale pharmaceutria IV 69. Fabulosa pharmaceutria eiusdem nominis ab Ovidio (met. XII 263 sq.) et Pseudo-Seneca (Herc. Oet. 525 sq.) commemoratur. Cum studii in Ovidii metamorphosibus positi vestigia non desint [100]), Ovidium Nemesiani auctorem cum Schenklio puto.

4) Thymoetas I 9. Nomen quod traditur Timetas (Τιμητᾶς) ferri

99) Hos locos Schenklius iure adnotavit. Nem. I 2: Verg. ecl. II 12 sq.; I 3: IX 32; I 4: V 2; I 28 sq.: V 13 sq.; I 58: II 32; I 72—74: I 38 sq.; VI 10 sq.; V 63 sq.; I 75 sq.: I 59 sq.; I 76 sq.: IV 30; II 1 sq.: II 1; II 5: III 45; II 16 sq.: VII 4; II 27 sqq.: V 24 sqq.; II 32: VI 48; II 45: III 63; II 53 sq.: VIII 62 sq.; II 54: III 61; II 68: III 70 sq.; II 86: I 25; III argum.: VI argum.; III 5: VII 24; III 12: VI 21; III 18 sq.: III 38 sq.; III 62: VI 15; IV 5: III 66; IV 46: VII 10; IV 50: II 15; IV 51: X 66; IV 62: III 74; IV 64: VIII 101 sq.; IV 70: VIII 71; IV 71: VIII 98.

100) Nem. I 14: Ov. met. VI 392; II 8: IX 720; II 77: XII 291; IV 44: XII 296.

non potest. Quamobrem M. Haupt (opp. I p. 399) sagaciter proposuit Thymoetae nomen in fabulis satis illustre. Exstat Thymoetas e. g. in Vergilii Aeneide (XII 364), quam Nemesiano lectitatam fuisse locorum similium conspectus docet.[101])

§ 3.

De hominibus pastorum personas gerentibus pauca nobis dicenda sunt. Eclogae III et IV ab allegorica interpretatione abhorrent. In altera vero sub Tityri nomine Vergilium induci iam verba ex quarta Calpurnii ecloga repetita (Nem. II 83 sq.: Calp. IV 160 sq.) docent. Primae eclogae allegoricam sententiam subiectam esse Schenklius (p. XXXIII n. 1) negat. Sed inepta esset sollemnis laudatio, nisi Meliboeus mitis ille senex, poeta beatus, auctoris fautor re vera fuisset: manibus praeceptoris carissimi Nemesianus primam eclogam cumque ea totum libellum sacravit. Verum Meliboei nomen detegere iam non possumus. Thymoetas, qui Meliboei laudes canat, ipse poeta sit necesse est; ceterae vero personae apparatus bucolici esse videntur. Quae si recta est interpretatio, Nemesianus novo nomine Thymoetae se ipsum significavit, traditis Tityri et Meliboei exemplum Calpurnii diligenter secutus Vergilium et fautorem suum quamvis mortuum.

Post Nemesianum non defuere poetae, qui traditis carminis bucolici formis ad res diversissimas canendas uterentur. Nomina vero propria spectantibus satis est nobis unum Sancti Severi Endelechii carmen de mortibus boum (Riese, Anth. Lat. 893) commemoravisse. Quo in carmine praeter nomina Vergiliana Tityrum (99. 101. 121) atque Aegonem (5. 13) nomen Bucoli (1. 126) occurrit, quod argumenti gratia electum esse patet. Poetas quosdam tradita argumenta bucolica semper retractantes haud illepide ludificatur epigramma incertae aetatis (Baehrens PLM IV p. 112):

Almo Theon Thyrsis orti sub colle Pelori,
semine disparili, Laurente Lacone Sabina —
vite Sabina, Lacon sulmost, sue cognita Laurens —
Thyrsis oves, vitulos Theon egerat, Almo capellas,
Almo puer pubesque Theon et Thyrsis ephebus,
canna Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodus.
Nais amat Thyrsin, Glauce Almona, Nysa Theonem,
Nysa rosas, Glauce violas dat, lilia Nais.

Auctoris adversarii (vel adversarius) de Vergilianis nominibus adhibuerunt Naidem, Nysam, Thyrsidem, ipsi praestiterunt Almonem, Glaucam, Theonem. Nomen Almonis idem fere iter absolvit ac quod

101) Nem. I 6: Verg. Aen. III 587 sq.; I 68: III 66; II 80: VIII 660; III 60: V 809; IV 14: XII 783; IV 17: IV 477.

supra tractavimus Ladonis: dei fluvialis nomine (Ov. fast. II 601) Vergilius ad ducem vocandum usus est (Aen. VII 532. 575), Aeneidem poeta bucolicus expilavit. Unde Theonis et Glaucae notitiam poetae illi petiverint, ignoramus. Coniuncta haec nomina inveniuntur in Hedyli epigrammate Athen. IV 176 d, ubi verorum hominum sunt, citharistriae (cf. Theocr. IV 31) et tibicinis; ceterum nomine Theonis philosophi utuntur ad hominem universe significandum (Plut. Aet. Rom. p. 271 e; Sext. Emp. Hypot. II 227 al.), Glauce diversis in fabulis usurpatur.

Conspectus nominum bucolicorum.

Quae Theocritus praebet nomina vera verorum hominum recepi rotundis uncis inclusa. De fabulosis ea quadratis uncis adhibitis apposui, quae aliis locis personis bucolicis data sunt. Si quod nomen in eodem carmine ter vel saepius exstat, unum locum primum adnotavi cum signo *al.* Omnia nomina in formam Latinam transtuli.

Nomina propria	Theocritus	Pseudoth. Bion	Longus	Vergilius	Calpurnius	Einsidlensia	Nemesianus	Buc. recentiores
Acanthis					VI 76			
Aegle				VI 20. 21				
Aegon	IV 2 al.			III 2 bis; V 72	VI 83			Endel. 5. 18
Aeschines	XIV 2 al.							
Ageanax	(VII 52 al.)							
Agele			IV 39					
Alcimedon				III 37. 44				
Alcippe	V 132			VII 14	III 31. 33.			
Alcon				V 11	VI 1 al.		II 1 al.	
Alexis				II 1 al.; V 86; VII 55	IV 75			
Almo								Epigr. 3 past.
Alphesiboeus				V 73; VIII 1 al.	II 94			
Amaryllis	III 1 al.; IV 36. 38		II 5 al.	I 5 al.; II 14. 52; III 81; VIII 77 al.; IX 22	IV 38			
Amyntas	(VII 2. 132)			II 35. 39; III 66 al.; V 8 al.; X 37 al.	IV 17 al.		III 1; IV 62	
Anaxo	(II 66)							
Antigenes	(VII 4)			V 89				
Apis	XIV 13							
Aratus	(VI 2; VII 98 al.)							
Aristaeus								Plan. 8
Aristis	(VII 99)							
Astacus					II 1. 2			

Nomina propria	Theocritus	Pseudoth. Bion	Longus	Vergilius	Calpurnius	[illegible]	[illegible]	[illegible]
Astylus			IV 10 sqq.		VI 7. 74			
Battus	IV 41. 56							
Bombyca	X 26. 36							
Bryaxis			II 28					
Bucaeus	X 1 al.							
Bucolus								[illegible] I 126
[illegible]					III 26			
[illegible]					V 1 al.			
Chloe			passim					
[illegible]	I 24		III 15; IV 48	VI 13				
[illegible]	[illegible] 74; V 88		IV 13 sqq.					
[illegible]		Bion. VI 11						[illegible] I 27
[illegible]	[illegible] 13							
[illegible]	[illegible] 75 sqq.; Fist. 3; V 4 al.							
[illegible]	[illegible]			[illegible] 1 al.; V 56; VII 2 al.	I 8; IV 1 al. VII 1 al.			
[illegible]	[illegible]							
[illegible]	[illegible]							
[illegible]					[illegible]			
[illegible]	[illegible]							
[illegible]	[illegible]							
[illegible]	[illegible]							
[illegible]	[illegible]			[illegible]				
[illegible]				[illegible] V 72 [illegible]				
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]			
[illegible]	[illegible]							
[illegible]	[illegible]							
[illegible]	[illegible]							
[illegible]			[illegible]					
[illegible]			[illegible]					
[illegible]								
[illegible]			[illegible]					

[illegible]

Nomina propria	Theocritus	Pseudoth. Bion	Longus	Vergilius	Calpurnius	Einsidlensia	Nemesianus	Buc. recentiores
Dorylas					II 96			
Dryas			I 4 al.					
Erotis	IV 59							
Eubulus	(II 66)							
Eucritus	(VII 1. 131)							
Eudamippus	II 77							
Eudromus			IV 5 sqq.					
Eumaridas	V 10 al.							
Eumedes	V 134							
Eunica	[XIII 45]	Th. XX 1. 42						
Eunoa	XV 2 al.							
Eutychis	XV 67							
Galatea	[VI 6; XI 8 al.]			I 30. 31; III 64. 72; VII 37; IX 39				
Glauca	(IV 31)							Epigr 3 past
Glyceranus						II 7		
Gnathon			IV 10 al.					
Gorgo	XV 1 al.							
Hippasus			III 1. 2					
Hippocion	X 16							
Hypochalcus	XIV 53							
Idas					II 1 al.		II 1 al.	
Iollas				II 57; III 76. 79	III 7 al.; IV 59; VI 91		IV 4 al.	
Labas	XIV 24							
Lacon	V 2 al.							
Ladas						I 20		
Ladon					I 18			
Lamon			I 2 al.					
Lampis			IV 7 sqq.					
Leuce					I 13			
Lycaenium			III 15 sqq.					
Lycidas	(VII 13 al.)	Th. XXVII 41; Bion. IV 10; XV 1. 5		VII 67; IX 2 al.	III 1 al.; VI 1 al.		IV 1.4.	
Lycon	(II 76) V 8							
Lycopas	V 62							
Lycopeus	(VII 4)							
Lycotas					VI 26; VII 4. 55			
Lycus	XIV 24 al.							
Megacles			IV 35 sqq.					

mina opria	Theocritus	Pseudoth. Bion	Longus	Vergilius	Calpurnius	Einsidlensia	Nemesianus	Buc. recentiores
oeus				I 6 al.; III 1; V 87; VII 9	I 94; IV 6 al.		I 17 al.	
:o	II 146							
lcas		Th. VIII 2 al.; IX 2 al.; XXVII 43.		II 15; III 13. 58; V 4 al.; IX 10 al.; X 20.	IV 11			
mon	III 35							
e							IV 4 al.	
ı	V 112			III 10; VII 30	VI bis; VI 91		III 1	
s						I 1		
ı	(IV 6. 11) X 7. 12	Th. VIII 47. 51						
yllus				VI 13	VI 28 al.			
is				VIII 96. 98; IX 1 al.				
n	(VII 125)							
ius				V 1. 10; VIII 26. 29	III 9 al.; VI 85		I 16; IV 1. 4	
on	V 65 al.							
le							IV 69	
on		Bion. VI 1; XV 4						
ale			I 3 al.					
o	(VII 97)							
es						II 1		
		Th. VIII 93. *43		II 46	IV 69. [135]			Epigr. 3 past.
ɜ			I 6 al.					
ra				III 3				
aea		Th. XXVII 41						
ilus					VI 1 al.		III 1	
ı				VIII 18. 26				Epigr. 3 past.
ı	III 26							
tus					I 4 al.			
emon				III 50. 53				
ebatis	III 32							
le					VI 9 al.			
ıtas	(VII 40)		II 3 sqq.					
nus	(II 115; VII 105 al.)							
sta	II 145							

Nomina propria	Theocritus	Pseudoth. Bion	Longus	Vergilius	Calpurnius	Einsidlensia	Nemesianus	Buc. recentiores
Philondas	IV 1; V 114							
Philopoemen			IV 39					
Phrasidamus	(VII 3. 131)							
Phrygia	XV 42							
Phyllis				III 76 al.; V 10; VII 14 al.; X 37. 41	III 9 al.; VI 74			
Physcus	IV 23							
Polybotes	X 15							
Praxinoa	XV 1 al.							
Praxiteles	(V 105)							
Pyrrhus	(IV 31)							
Rhode			IV 36 sqq.					
Sibyrtas	V 1 al.							
Sicelidas gent.	(VII 40)							
Simaetha	II 101. 114							
Simichidas gent.	(VII 21 al.)							
Simus	XIV 53							
Sophrone			IV 21					
†Stimichon				V 55	VI 83; VII 9. 13			
Syra	X 26							
Thamyras						I 21		Plan. 12.45
Theon								Epigr. 3 past.
Thestylis	II 1 al.			II 10. 43				
Theucharidas	II 70							
Thrassa	II 70							
Thymoetas							I 9	
Thyonichus	XIV 1 al.							
Thyrsis	I 19 al.			VII 2 al.	II 9 al.; VII 11. 15			Epigr. 3 past.
Tityrus	III 2 sqq.; VII 72		II 32 sqq.	I 1 al.; III 20. 96; V 12; VI 4; VIII 55; IX 23. 24	III 19 al.; IV 62 al.		I 1; II 84	Endel. 99 al.
Zopyrion	XV 13							

Appendix.

De nominum patronymicorum usu quaestiunculae selectae.

Si multi nostrorum temporum viri docti filium nomine patris vocari posse in Theocriteis certe nominibus explicandis confirmant[1]), vel scientes vel inscii testimoniis quibusdam veterum, imprimis scholiis Theocriteis nituntur. Operae igitur pretium est in haec testimonia inquirere. Quibus cum falsam de nominibus patronymicis opinionem subesse credam, pauca de his nominibus praemittam.

Nomen patronymicum apud Graecos duplici ratione in usu fuit, ita ut aut nomini proprio adiectum quo quis patre ortus esset significaret aut nominis proprii vice fungeretur. Cum hunc usum illo recentiorem esse appareat, quaeramus oportet, quonam tempore nomen patronymicum ad proprii usum abierit. Apud Homerum nomen patronymicum priore sensu usurpari satis constat nec quicquam differt, proprione nomini patronymicum adiungatur (Ἀτρεΐδης Ἀγαμέμνων) an omisso nomine proprio patronymicum solum ponatur (Ἀτρεΐδης). Contra in libris soluta oratione conscriptis ne unum quidem nomen patronymicum sensu genuino invenitur; immo omnia nomina patronymice formata propria sunt (de gentiliciis infra). Et haec nomina librorum auctoritatem secuti inde ab octavo a. Chr. saeculo repetere possumus. Inter archontes Atheniensium e. g. exstant ante saeculum sextum: Αἰσιμίδης Ol. 9, 2—11, 3: Hieron.; Μιλτιάδης Ol. 29, 1: Paus. IV 23, 10; Δρωπίδης Ol. 34, 1: Marm. Par. 34; Ἡνιοχίδης Ol. 41, 2: Dion. Hal. III 36. Item in familia Leutychidis, Lacedaemoniorum ducis a. 479, nomina propria ita formata usque ad VIII. saec. ascendunt (Herod. VIII 131): Λευτυχίδης — Μενάρης — Ἡγησίλεως — Ἱπποκρατίδης — Λευτυχίδης — Ἀναξίλεως — Ἀρχίδημος — Ἀναξανδρίδης ὁ Θεοπόμπου. Non est, quare exempla cumulemus. Difficilem illam quaestionem, num in ipsis Homeri carminibus recentioris usus vestigia exstent (mihi quidem certum videtur exemplum Euryadis Od. χ 267; cf. Εὐρύας Αἰτωλός Fick-Bechtel p. 121), hoc loco praetermittere possumus. Certe post Homerum vera patronymica in usu non retinentur nisi a poetis, qui Homerum secuti fabulas versibus persequuntur; iique rarissime etiam homines veros, quos quasi heroes faciunt, veris patronymicis appellant (e. g. Pind. Pyth. V 45 Ἀλεξιβιάδας est Carrhotus Alexibii f.). Ubi autem post Homerum in veris rebus nomen patronymice formatum a proprio distinguitur eique

---

1) Quod inde ab ultimo a. Chr. saeculo nomen patris proprium interdum filio cognominis loco datum est (Apollonius Molon, Herodes Atticus, Catilius Nicanor), cum Latino more factum sit, hic omitti potest. Hanc rem satis explicaverunt Lehrs, *Quaestiones epicae* p. 23; Dittenberger, Herm. XIII 1878 p. 67 sqq.; Diels, *Doxographi Graeci* p. 86.

adiungitur, gentilicium est, de quo conferas Wilamowitzium, *Aristoteles und Athen* II p. 180 sqq. De gentibus nomen patronymicum translatum est ad civilia aliaque corpora, quae non sanguinis, sed externarum rerum communione continentur.

Quibus praemissis accedamus iam ad ipsa veterum testimonia. Quodlibet patris nomen filio imponi posse ne unus quidem vetus auctor affirmat, sed veterum sententia haec est, nomen patris patronymice formatum filio dari loco patronymici. Et ne hanc quidem sententiam bene stare ex iis quae exposuimus elucet: eo enim tempore, quo vera patronymica a patris nomine derivabantur, proprium nomen patris patronymice formatum non erat. Quaerendum igitur est, unde falsa veterum sententia orta sit.

1) Schol. Theocr. VII 21: εἰcὶ δὲ καὶ πατρωνυμικὰ οὕτωc ἀπαραλλάκτωc λεγόμενα καὶ ἐπὶ τῶν υἱῶν ὡc ἐπὶ τῶν πατέρων. ὥcπερ ὁ Θεόκριτοc Σιμιχίδα υἱὸc ὢν Σιμιχίδαν ἑαυτὸν ὀνομάζει πατρωνυμικῶc· καὶ Ἀcκληπιάδην τὸν Σάμιον ποιητὴν Σικελίδαν καὶ αὐτὸν καλεῖ παῖδά τινοc Σικελίδα λεγομένου τυγχάνοντα. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ εἰδυλλίῳ τῷ οὕτωc λεγομένῳ Αἰπολικῷ καὶ Ποιμενικῷ τὸν Εὐμήδην υἱὸν ὄντα τοῦ Κρατίδα Κρατίδαν καλεῖ καὶ αὐτόν (cf. V 90. 134). E sola Theocriti interpretatione scholiasta hanc scientiam hausisse non potest, cum tradita nomina patronymica Σιμιχίδαc, Σικελίδαc, Κρατίδαc multo facilius ad primitiva patrum nomina Σίμιχοc, Σικελόc, Κράτηc rettulisset.

2) Schol. Pind. Pyth. VI 5 ad ὀλβίοιcιν Ἐμμενίδαιc: οὐκ ἀπὸ φυλῆc, ὁ Ἀρίcταρχοc. τοῦ κυρίου γὰρ ὄντοc Ἐμμενίδου οὐκ ἂν γένοιτο Ἐμμενίδαι· [ἡ δὲ ποιητικὴ παρέκταcιc καὶ οἱ cχηματιcμοὶ ἐπὶ τῶν κυρίωc πατρωνυμικῶν ἐπὶ τὰ αὐτῶν τρεπόμενα ὀνόματα,] οἷον Ἡρακλείδηc καὶ Ἀcκληπιάδηc ἐcτὶ μὲν cχήματι πατρωνυμικά, κύρια δέ τινων. εἴ τιc οὖν τὸν τοῦ Ἡρακλείδου υἱὸν πατρωνυμικῶc βούλοιτο cημῆναι, ὁμωνύμωc ἂν πάλιν πατρὸc Ἡρακλείδην καλοίη. Quamvis verba inde a ἡ δέ usque ad ὀνόματα corrupta sint, tamen sententia clara est: constabat auctorem gentis Emmenidarum et ipsum Ἐμμενίδην audisse; quaeritur, quomodo Emmenidae ab Emmenide nomen accipere potuerint; respondetur: cum a nominibus patronymice formatis alterum nomen patronymicum derivari non possit, filio patris ita nominati ipsum patris nomen ut patronymicum imponi. Aristarchus igitur necessitate interpretationis ad sententiam suam adductus est. Quam Aristarchi sententiam scholiasta ad nomina Theocritea explicanda adhibuisse mihi videtur.

Quod ad veterem sententiam de nomine patris filio imposito refellendam pertinet, de nominibus patronymicis satis iam diximus. Cum vero apud vetustiores quosdam viros doctos altera de patronymicis quaestio cum illa confusa sit, hanc quoque diligentius persequi mihi liceat. Multi enim viri docti, inter quos praecellunt Tib. Hem-

sterhusius, Fr. W. Sturz, Fr. Passow, testimoniis et supra allatis et aliis nisi *idioma quoddam Graecis haud inusitatum* fuisse censent *nomina propria primitiva et patronymica subinde promiscue ponere;* quam sententiam multis quae putant exemplis probare conati sunt. Inter eos, qui de hac re egerunt, solus ut equidem video G. Fr. Schoemann (*Isaei orat.*, Gryph. 1831, p. 344 sq.) contra dicere ausus est his verbis: *Sed, opinor, permutantur aut a poetis versus gratia aut ab aliis scriptoribus memoriae lapsu; neque rara sunt exempla, in quibus hanc permutationem librariorum culpae imputandam esse appareat; quae quidem singulatim persequi non est huius loci. . . . Sed haec suam sibi propriam accuratamque disputationem postulant, quam nunc quidem suscipere nec possum neque opus esse arbitror. Interim committere nolui, ut librorum lectionem cupidius mutasse viderer.* Suscipiamus tandem disputationem illam a Schoemanno postulatam.

Testimonia supra excussa falso huc afferri patet: sunt de patronymico patris nomine proprio in filium translato, non de nomine primitivo et patronymico iidem homini promiscue tributo. Reliqua veterum testimonia duabus rationibus haec nomina permutari contendunt.

1) Eust. Il. Ξ 324 (p. 989, 46): ὅτι δὲ ὁ δηλωθεὶς Ἡρακλῆς καὶ Ἡρακλείδης ἐκαλεῖτο ὡς Ἀριστείδης, ἔτι δὲ καὶ Ἥρυλλος ἐν τοῖς σατυρικοῖς, δηλοῦσιν οἱ κατὰ στοιχεῖον τὰ ῥητορικὰ ἐκθέμενοι, παρ᾽ οἷς δῆλον [καὶ] ὡς ὑποκεκόρισται ὁ Ἥρυλλος ἐκ τοῦ Ἡρακλῆς, ὡς ἐκ τοῦ Ἀριστοκλῆς ὁ Ἀρίστυλλος παρὰ τῷ κωμικῷ καὶ ἐκ τοῦ Βαθυκλῆς ὁ Βάθυλλος. Eustathius igitur nomen patronymicum interdum pro primitivo ad deminutionem usurpari putat. Sed haec sententia falsae tantum lectioni originem debet. Erat in eo, quo Eustathius utebatur, exemplari Homerico scriptum ἥ ρ᾽ Ἡρακλεῖδη κρατερόφρονα γείνατο παῖδα, cum in libris nobis servatis, imprimis codice Veneto Marciano, exstet ἥ ρ᾽ Ἡρακλῆα κ. γ. π., quod viri docti corrigere solent ἥ ρ᾽ Ἡρακλέεα κ. γ. π. Exempla vero de lexicographis rhetoricis sumpta, quibus falsam suam lectionem interpretari vult, ad formas nominum vere deminutivas in -υλλος, non ad formas patronymicas pertinent.

2) Eust. Od. κ 171 (p. 1653, 32): ὅτι δὲ ὑποκοριστικῶν τύποι διάφοροι, δῆλον ἐκ τῶν παλαιῶν. παρ᾽ οἷς κεῖται καὶ ἀρσενικῶν τύπος ὁ μὲν κατὰ τὸ πλεονάζον οἷον Ἡφαιστίων Ἡφαιστίωνος ὁ Ἥφαιστος, ὁ δὲ κατὰ τὸ ἐλλεῖπον οἷον Βάκχων Βάκχωνος καὶ Σίμων Σίμωνος ὁ Βακχυλίδης δηλαδὴ καὶ ὁ Σιμωνίδης. Eustathii igitur sententia apud veteres quosdam scriptores Βάκχων vocatur, qui ceteroquin Βακχυλίδης, et Σίμων, qui Σιμωνίδης. Quae si recta est sententia, nomina patronymice formata ut cetera nomina longiora in usu cotidiano breviore forma usurpata sunt; et haec forma brevior aut ipsum nomen primitivum erat (Σίμων) aut nomen e primitivo correptum (Βάκχων). Quod et per se verisimillimum est et hoc Luciani loco probatur (Gall. 14): ἔναγχος γοῦν ἐγὼ μὲν ἰδὼν προϊ-

όντα 'χαῖρε', ἔφην, 'ὦ Σίμων', ὁ δὲ ἀγανακτήσας 'εἴπατε', ἔφη, 'τῷ πτωχῷ τούτῳ μὴ κατασμικρύνειν μου τοὔνομα· οὐ γὰρ Σίμων, ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι'. Res haec est: cui publice nomen Σιμωνίδης erat, privatim non vocabatur nisi Σίμων, et ridicula erat novicii divitis arrogantia, qui postulabat, ut pleno nomine appellaretur. Poterat igitur apud Graecos nomen primitivum pro patronymico poni, sed ea sola ratione, ut una correptionis forma esset inter alias. Quae igitur a viris illis doctis affirmata erat permutatio nominum primitivorum et patronymicorum hoc modo terminanda est: (1) nomen primitivum pro patronymico poni potest, non patronymicum pro primitivo; (2) nomen primitivum pro patronymico positum ut forma brevior locum non habet nisi in usu cotidiano. In tabulis publicis, apud rerum scriptores, oratores publicos correpta nominis forma ferri non potest, sed in iis tantum litterarum generibus, quae vitam cotidianam imitantur.

Quibus expositis singula exempla permutatorum nominum primitivorum et patronymicorum facile diiudicari possunt.[2])

I. Utraque forma retinenda est in his exemplis:

1) Λευκολοφίδης. Forma plena Xen. Hell. I 4, 21: Ἀδείμαντος ὁ Λευκολοφίδου. Plat. Prot. p. 315 e: τὼ Ἀδειμάντω ἀμφοτέρω, ὅ τε Κήπιδος καὶ ὁ Λευκολοφίδου. CIA I 274 Ἀδειμάντου τοῦ Λευκολο[φίδου] et 276 Ἀδειμάν]του τοῦ Λε[υκ]ολοφίδου. Item ex Λευκολόφου propter numeros Λευκολοφίδου recte restituit Meinekius in fragmento Eupolidis apud scholiastam ad Arist. Ran. 1513 servato: Εὔπολις μέμνηται ἐν Πόλεσιν οὕτως περὶ τοῦ Ἀδειμάντου. 'οὐκ ἀργαλέον δῆτ' ἐστὶ πάσχειν τοῦτ' ἐμέ | τὸν Λευκολοφίδου παῖδα τοῦ Πορθάονος'. Contra idem homo Λευκόλοφος audit Arist. Ran. 1513: μετ' Ἀδειμάντου τοῦ Λευκολόφου. Aristophanes non contra usum versus gratia nomen contraxit (cf. verba Schoemanni), sed usitatam formam correptam in versum recepit.

2) Πατροκλείδης. Arist. Av. 790 sqq.: εἴ τε Πατροκλείδης τις ὑμῶν τυγχάνει χεζητιῶν, | οὐκ ἂν ἐξίδισεν ἐς θοἰμάτιον, ἀλλ' ἀνέπτετο | κἀποπαρδὼν κἀναπνεύσας αὖθις αὖ κατέπτετο. Scholia ad l., quibuscum conveniunt Suidas s. v. χεζητιῶν et Pollux V 91, cognomen Χεσᾶς ei fuisse tradunt. Non diversus ab eo esse videtur,

2) Exempla collegerunt nec tamen diiudicarunt: Tib. Hemsterhusius *ad Lucian. Tim.* 44; *ad Aristoph. Plut.* p. 325. Ruhnken, *Historia crit. oratorum Graec.* 1768, Opp.[2] I p. 372 sq. Fr. W. Sturz, *De nominibus Graecorum* 1799, Opp. p. 25. Gisb. Koenius, *Gregorius Corinthius* 1811 p. XVIII et 290. Franc. Goeller, *De situ et origine Syracusarum* 1818, p. 121. Fr. Passow, *Animadversiones in Prop. IV 11, 23 sqq.*, Opp. p. 303 sqq. Matthiae, *Griech. Gramm.* 1825, p. 215. K. Fr. Hermann, *Über den ersten Plutosdes Aristoph.* 1829, *Ges. Abhandl.* p. 47 n. 14. Lobeck, *Aglaophamus* 1829, p. 982. Th. Bergk, *Commentat. de reliqu. comoed. att. ant.* 1838, p. 374. K. Fr. Scheibe, *Die oligarchische Umwälzung zu Athen.* 1841, p. 48 n. 47. Fleckeisen, *Emendationen zu Cornel. Nepos,* Philol. IV 1849, p. 327.

de cuius psephismate anni 404 a. Chr. Andocides I 73—79 disputat. Idem fortasse, ut Scheibium secutus opinor, ab Aristophane Πατροκλῆς appellatus est in Plut. 84: ἐκ Πατροκλέους ἔρχομαι, | ὃς οὐκ ἐλούσατ' ἐξ ὅτουπερ ἐγένετο. Eodem nomine vocabatur in Ciconiis auctore scholiasta ad l.: ἦν δὲ τραγῳδίας ποιητής, ἄλλως δὲ καὶ κακόβιος καὶ φιλοχρήματος, ὡς καὶ ἐν τοῖς Πελαργοῖς εἴρηται περὶ τούτου, ὅστις ἕνεκεν τῆς φειδωλίας οὐδένα εἶα προσίεσθαι φυλακῆς ἕνεκα τῶν χρημάτων καὶ γλίσχρου βίου. Ad hunc locum spectare videtur proverbium Michael. Apost. s. v.: Πατροκλέους φειδωλότερος. Aristophanes eum, qui Πατροκλείδης audiebat, morem cotidianum secutus iterum Πατροκλῆν appellavit.

Cetera quae afferuntur exempla formae primitivae et patronymicae promiscue adhibitae ab errore aliquo orta sunt. Quamvis pauca exempla certo diiudicari possint, tamen probabilitate quadam iudicii contenti haec fere genera peccatorum distinguamus: falsam auctoris alicuius coniecturam (II), lapsum memoriae (III), lapsum calami, qui vel inter scriptores servatos (IV) vel post eos (V) accidit.

II. A falsa auctorum coniectura duplex nominis forma orta est in hisce exemplis:

3) Ἀλκαῖος. Schol. Arist. Thesm. 162 haec afferuntur verba Didymi contra Aristophanem Byzantium, qui Alcaeum Lesbium intellegebat (κἀλκαῖος): μέμνηται Ἀλκαίου τοῦ κιθαρῳδοῦ, οὗ καὶ Εὔπολις ἐν Χρυσῷ Γένει μέμνηται 'ὦ Ἀλκαῖε Σικελιῶτα Πελοποννήσιε'. Idem appellatur Ἀλκίδης ab Hesychio s. v. Ἐξηκεστιδαλκίδαι· παρὰ τὸν Ἐξηκεστίδην καὶ Ἀλκίδην τοὺς κιθαρῳδούς. Execestidem hic commemoratum esse citharoedum, diversum a sycophanta illo (contra Pape-Benseler) apparet e Polemonis verbis, quae scholiasta ad Arist. Av. 11 tradit: ὁ δὲ Ἐξηκεστίδης κιθαρῳδὸς πυθιονίκης. νικᾷ δὲ καὶ τὸν τῶν Καρνείων ἀγῶνα τὸν ἐν Λακεδαίμονι καὶ Παναθήναια δίς. De eodem Paus. X 7, 7: καὶ Ἐξηκεστίδου Φωκέως ἐνίκησεν ἡ συνωρίς. Certo igitur Alcaeus citharoedus in compositione illa audaci intellegendus est. Hesychius autem compositionis exitum -ίδαι falso in secundam compositionis partem rettulit; nomen Ἐξηκεστιδαλκίδαι compositum non est ex Ἐξηκεστίδης et Ἀλκίδης, sed ex Ἐξηκεστίδης et Ἀλκαῖος.

4) Ἐμμενίδης. Gentis Emmenidarum princeps et ab Aristarcho et ab Hippostrato Ἐμμενίδης nominatus est, ut scholia ad Pind. Pyth. VI 5 nos docent, ubi verba p. 70 citata haec excipiunt: Ἱππόστρατος δὲ ὁ τὰ περὶ τῆς Σικελίας γενεαλογῶν φησίν, ὅτι Ἐμμενίδης καὶ Ξενόδικος Τηλεμάχου υἱοί, καὶ Ἐμμενίδου μὲν οἱ περὶ Θήρωνα κτλ. Sed ad Pind. Olymp. III 68 duae adnotationes inveniuntur: (1) Ἐμμενίδαι φρατρία Θήρωνος ἐν Σικελίᾳ· λέγει δὲ τοῖς Ἀκραγαντίνοις. Τηλεμάχου καταλύσαντος τὸν τῶν Ἀκραγαντίνων τύραννον Φάλαριν παῖς γίνεται Ἐμμενίδης, οὗ Αἰνησίδαμος, οὗ Θήρων κτλ. (2) Εὐμενίδαι λέγοντα οἱ περὶ Θήρωνα, ὡς μὲν οἱ προϋπομνηματισάμενοι, ἀπὸ Εὐμένους τινὸς τοῦ τὴν Φαλάριδος τυραννίδα καθελόντος. ἦν δὲ

ὁ Εὐμένης Τηλεμάχου παῖς, οὗ γίνεται Αἰνησίδαμος, οὗ Θήρων κτλ. Alterum igitur scholion nomen primitivum principi gentis tribuit. Sed hunc scholiastam exempla sua neglegentissime exscripsisse inde elucet, quod et filium Telemachi, non Telemachum ipsum Agrigentum tyrannide liberasse dicit et pro nomine minus noto Ἐμμενίδαι notissimum nomen Εὐμενίδαι posuit. Scholiasta igitur recentissimus, cum plurimae gentes ab auctore nominis primitivi originem ducerent (cf. Εὐμολπίδαι — Εὔμολπος, Κροκωνίδαι — Κρόκων, Ἀλκμεωνίδαι — Ἀλκμέων etc.), huius quoque gentis auctori nomen primitivum sua sponte dedisse videtur.

III. Memoria auctorem defecisse videtur hisce locis:

5) Καλλίας. Qui a. 432/31 Athenienses contra Potidaeam ducebat Thuc. I 61 sqq. appellatur Καλλίας Καλλιάδου; quem sequitur Ξενοφῶν ὁ Εὐριπίδου Thuc. II 70 sqq. Contra Plutarchus Nic. 6 scripsit: περὶ Θρᾴκην μὲν ἡττήθησαν ὑπὸ Χαλκιδέων Καλλιάδου τε καὶ Ξενοφῶντος στρατηγούντων. Plutarchus, cum hos duces obiter commemoret, facillime errare potuit; verba Καλλίου τοῦ ante Καλλιάδου excidisse propterea credibile non est, quod Xenophonti nomen patris non additur.

6) Μνήσαρχος. Pater Pythagorae philosophi saepissime Μνήσαρχος vocatur. Vetustissimum testimonium est Herod. IV 95: Ζάλμοξιν ἐόντα ἄνθρωπον δουλεῦσαι ἐν Σάμῳ, δουλεῦσαι δὲ Πυθαγόρῃ τῷ Μνησάρχου. Sed Philostratus (vita Apollon. VIII p. 333, I 308 ed. K.) narrat: (Πυθαγόρας) Μνησαρχίδῃ ἐτέχθη τῷ Σαμίῳ et Lucianus (Gall. 4) auctore cod. Gorl. A scripsit: ἀκούεις τινὰ Πυθαγόραν Μνησαρχίδην Σάμιον. Quae verba si ipse Lucianus scripsisset, corrigendum esset Μνησαρχίδου. Cum vero meliores libri (Ω Γ Ups. M) praebeant οἶσθα ἄρα τὸν Πυθαγόραν et cum postea gallus appelletur ὦ Μνησάρχου παῖ, veterem quendam Luciani editorem patrem patriamque nomini Pythagorae adiecisse apparet. Talis vero editor verum nomen patronymicum falso adhibere potuit. Philostratus igitur memoria destitutus esse videtur.

IV. Iam ipsi scriptores posteriores librarii peccato decepti esse videntur his exemplis:

7) Ἀγαθαρχίδης. Scriptor ille Cnidius, cuius fragmenta Mueller FHG III 190 sqq. collegit, ab auctoribus maxime diversis semper Ἀγαθαρχίδης vocatur: Strab. XIV p. 656; Plin. hist. nat. VII 14. 29; Diod. III 11, 1; I 41, 4; Ioseph. c. Apion. I 22; ant. Iud. XII 1; Lucian. Macrob. 22; Aelian. h. an. XVI 27; Athen. XV passim. Sed Photius Bibl. cod. 213 scripsit: ἀνεγνώσθη Ἀγαθαρχίδου ἱστορικόν· ἔνιοι δὲ αὐτὸν Ἀγάθαρχον ὀνομάζουσι. Apparet falsam nominis lectionem in fontem quendam Photii irrepsisse.

8) Ἁγνωνίδης. Sycophanta Atheniensis in Plut. Phoc. 29 sqq. et in Diog. Laert. V 2, 5 audit Ἁγνωνίδης. Contra Cornelius Nepos tradit (Phoc. 3): *hic ab Agnone accusatus* (*Hagnone* restituere vult C. Keil, Philol. IV p. 744). Cum Plutarchus ac Nepos ex eodem

fonte hauserint, Diogenes ex alio, nomen Ἄγνων pro Ἁγνωνίδης in eo, quod Nepos ante oculos habebat, exemplo per errorem scriptum esse videtur. Qui apud Quintilianum (II 17, 15) commemoratur Agnon (*Agnon quidem detraxit sibi inscriptione ipsa fidem, qua rhetorices accusationem professus est*) non sycophanta est, sed philosophus, quem novimus e schol. Il. Δ 101; Plut. sollert. anim. 12; Athen. XIII 602 d.

9) Δάμων (Wilamowitz, Herm. XIV 318; *Arist. u. Athen* I 134 sq.; Kaibel, *Stil und Text der* Ἀθην. πολ. p. 183 sq.). De Damone Periclis amico Plut. Per. 4 haec tradit: Διδάσκαλον δ' αὐτοῦ τῶν μουσικῶν οἱ πλεῖστοι Δάμωνα γενέσθαι λέγουσιν...Ἀριστοτέλης δὲ παρὰ Πυθοκλείδῃ μουσικὴν διαπονηθῆναι τὸν ἄνδρα φησίν. ὁ δὲ Δάμων ἔοικεν ἄκρος ὢν σοφιστὴς καταδύεσθαι μὲν εἰς τὸ τῆς μουσικῆς ὄνομα πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐπικρυπτόμενος τὴν δεινότητα, τῷ δὲ Περικλεῖ συνῆν καθάπερ ἀθλητῇ τῶν πολιτικῶν ἀλείπτης καὶ διδάσκαλος. οὐ μὴν ἔλαθεν ὁ Δάμων τῇ λύρᾳ παρακαλύμματι χρώμενος, ἀλλ' ὡς μεγαλοπράγμων καὶ φιλοτύραννος ἐξωστρακίσθη καὶ παρέσχε τοῖς κωμικοῖς διατριβήν. ὁ γοῦν Πλάτων καὶ πυνθανόμενον αὐτοῦ τινὰ πεποίηκεν οὕτω· 'πρῶτον μὲν οὖν μοι λέξον, ἀντιβολῶ, σὺ γάρ, | ὥς φασι, Χίρων ἐξέθρεψας Περικλέα'. In Aristotelis autem re publica Athen. XXVII 4 videmus: πρὸς δὴ ταύτην τὴν χορηγίαν ἐπιλειπόμενος ὁ Περικλῆς τῇ οὐσίᾳ, συμβουλεύσαντος αὐτῷ Δαμωνίδου τοῦ Οἴηθεν (ὃς ἐδόκει τῶν πολλῶν εἰσηγητὴς εἶναι τῷ Περικλεῖ· διὸ καὶ ὠστράκισαν αὐτὸν ὕστερον) κτλ. Eundem virum intellegi sine ulla dubitatione constare mihi videtur, et caveamus oportet, ne Plutarchi stultitia perturbemur, qui quem cp. 4 Δάμωνα vocaverat, cp. 9 Aristotelem secutus Δημωνίδην appellat: συμβουλεύσαντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Οἴηθεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστόρηκε. Etiam quae cp. 4 inter Aristotelem et alterum fontem Plutarchi intercedere videbatur discrepantia, facillime tollitur, si Platonis verba de Pericle adhibemus (Alcib. I p. 118 c): λέγεται γέ τοι οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου σοφὸς γεγονέναι, ἀλλὰ πολλοῖς καὶ σοφοῖς συγγεγονέναι, καὶ γὰρ Πυθοκλείδῃ καὶ Ἀναξαγόρᾳ καὶ νῦν ἔτι τηλικοῦτος ὢν Δάμωνι ξύνεστιν αὐτοῦ τούτου ἕνεκα. Idem vir musicus et politicus Δάμων appellatur a Platone Lach. 180 d. 200 a; Rep. III 400 b. 424 c; ab Isocrate XV 235. Videtur igitur in eo, quo Aristoteles utebatur, exemplari vetustioris cuiusdam auctoris rectum nomen primitivum in patronymicum corruptum fuisse. Falso a viris doctis huc afferri puto locum Stephani Byzantii s. v. Ὄα: Δάμων Δαμωνίδου Ὄαθεν, qui e Crateri collectione inscriptionum sumptus esse videtur. Ipse enim Stephanus testatur tribum Ὄα diversam esse a tribu Ὄη = Οἴη, unde Damonem Periclis amicum ortum esse Aristoteles auctor est: Ὄα, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Πανδιονίδος φυλῆς...ἔστι δ' Ὄη τῆς Οἰνηίδος φυλῆς.

10) Εὐφρόνιος (Nauck, *Arist. Byz.* p. 2). Inter magistros Aristophanis Byzantii apud Suidam s. v. enumeratur Εὐφρονίδης: Ἀριστοφάνης Βυζάντιος...μαθητὴς Καλλιμάχου καὶ Ζηνοδότου...πρὸς

δὲ τούτοις καὶ Διονυσίου τοῦ Ἰάμβου καὶ Εὐφρονίδα τοῦ Κορινθίου ἢ Σικυωνίου. Quem primus R. Schmidt (*De Callistrato Aristophaneo,* in Nauckii *Arist. Byz.* p. 327) eundem esse censuit atque Euphronium grammaticum. Hunc enim Aristophanis magistrum fuisse Choeroboscus (Exeg. Heph. p. 78, 5 sqq. Hoersch.) testatur: Πριάπειον δὲ ἐκλήθη, ἐπειδὴ Εὐφρόνιος ὁ γραμματικὸς ἐπὶ τῶν Πτολεμαίων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔγραψεν εἰς Πρίαπον τούτῳ τῷ μέτρῳ...ἰστέον δὲ ὅτι τούτου τοῦ Εὐφρονίου γέγονεν ἀκροατὴς Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικός, οὐ μόνον Ἀριστοφάνης ὁ ἐκ τοῦ Βυζαντίου (correxi; Ἀριστοφάνης του του Βυζαντίου lib., Ἀριστοφάνους τοῦ Βυζαντίου Westph.; cum hoc loco non de Aristarchi magistris, sed de Euphronio eiusque discipulis agatur, Westphali lectio male stat). Quod autem Euphronius Corinthius vel Sicyonius fuisse dicitur, mirandum est, cum de alio Aristophanis magistro idem tradatur (Ath. VI 241 f): Μάχων ὁ κωμῳδοποιὸς ὁ Κορίνθιος μὲν ἢ Σικυώνιος γενόμενος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τῇ ἐμῇ καταβιοὺς καὶ διδάσκαλος γενόμενος τῶν κατὰ κωμῳδίαν μερῶν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ. Machon apud Suidam inter Aristophanis magistros desideratur, Machon est Κορίνθιος ἢ Σικυώνιος — praeclare Nauckius (p. 3 n. 5) verba fontis Suidae restituit: Εὐφρονίου τοῦ Χεῤῥονησίτου καὶ Μάχωνος τοῦ Κορινθίου ἢ Σικυωνίου. Neglegens ille scriptor, qui tot verba omisit, sive auctor Suidae fuerit sive ipse Suidas, facillime nomen primitivum in patronymicum corrupisse censeri potest.

11) Θέσπιος. Qui Thespias condidit, cum nomen urbi dederit, appellatus esse non potest nisi Θέσπιος. Hac forma conditoris nomen afferunt Paus. IX 26, 6: οἱ δὲ Θέσπιόν φασιν ἐξ Ἀθηνῶν ἐλθόντα τὸ ὄνομα τῇ πόλει δοῦναι· γεγονέναι δὲ ἀπὸ Ἐρεχθέως αὐτόν et Diod. IV 29: Θέσπιος ἦν ἀνὴρ τὸ γένος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, υἱὸς Ἐρεχθέως. Item Diod. V 15; Apollod. II 4, 10; 7, 6. Contra Θεσπιάδην eum vocant Steph. Byz. s. v. Θέσπια· Θεσπιάδου κτίσμα τοῦ Τεύθραντος τοῦ Πανδίονος et Suidas s. v. ἐξαναστάς· μετοικίσας. ὁ δὲ Θεσπιάδης ἐξαναστὰς ἐξ Ἀθηνῶν Θεσπίαν ἐν Βοιωτίᾳ ἔκτισεν. Stephanum, cum aliud patris nomen afferat atque Pausanias et Diodorus, una cum Suida altero ex fonte hausisse patet. In hoc autem Θεσπιάδης pro Θέσπιος scriptum erat per errorem, quem inde ortum esse puto, quod eodem loco Θεσπιάδαι commemorabantur.

12) Καλλιάδης. Archon Olymp. 75, 1 (480/79) Καλλιάδης audit Herod. VIII 51; Marm. Par. 52; Dion. Hal. IX 1; Diod. XI 1; Diog. Laert. II 5, 24: Εὐριπίδης, ὃς καὶ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη ἐπὶ Καλλιάδου. Archon idem Καλλίας vocatur (1) Γένος Εὐριπίδου (p. 1, 2 Schwartz): ἐγεννήθη...ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος. Quod mihi ortum esse videtur a confusis duobus temporibus in Euripidis vita: ἐγεννήθη ἐπὶ Καλλιάδου ἄρχοντος et ἤρξατο διδάσκειν ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος (p. 2, 14; 4, 3 Schw.). (2) Diog. Laert. II 3, 3: (Ἀναξαγόρας) λέγεται κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι...ἤρξατο δὲ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ

Καλλίου ἐτῶν εἴκοσιν ὤν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ. Quomodo hoc explicandum sit, e sequente exemplo elucebit.

13) Ξάνθιππος. Archon Olymp. 75, 2 (479/78) est Ξάνθιππος Marm. Par. 53; Diod. XI 27. Oppositus est Plut. Aristid. 5: καίτοι φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἄρξαι τὸν ἄνδρα μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ θανάτου μετὰ τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην. ἐν δὲ ταῖς ἀναγραφαῖς μετὰ μὲν Ξανθιππίδην, ἐφ' οὗ Μαρδόνιος ἡττήθη Πλαταιαῖσιν, οὐδ' ὁμώνυμον Ἀριστείδην ἐν πάνυ πολλοῖς λαβεῖν ἔστι. Demetrius igitur Phalereus in archontum tabula sub olympiade 75 scripsit Καλλίας — Ξανθιππίδης, ubi ceteri Καλλιάδης — Ξάνθιππος. Apparet exitum patronymicum in Demetrii tabula de priore nomine ad posterius aberravisse.

14) Κλεανδρίδης. Pater Gylippi Atheniensium ducis appellatur Κλεανδρίδης Thuc. VI 93; Strab. VI 264; Plut. Per. 22, Nic. 28; Polyaen. strateg. II 10; Apostol. VI 74 (Κλεανδρίας, ubi Δ ante Α excidit). Sed in schol. Arist. Nub. 859 ed. Duebn. p. 118 b scriptum est v. 33 Κλεανδρίδην, v. 44 Κλεάνδρῳ, v. 49 Κλεανδρίδην, v. 54 Κλεάνδρῳ. Hoc loco 4 adnotationes se excipiunt, quarum primae est v. 33, tertiae v. 44. 49, quartae v. 54. Unus igitur scholiasta formam patronymicam adhibuit, alter primitivam, tertius promiscue utramque. Ab eo, qui primitiva forma utitur, Suidas s. v. Δέον pendet. Est igitur nomen primitivum ab uno scholiasta ortum, quem peccasse patet.

15) Μαίανδρος. Patrem Protagorae Μαίανδρον appellant Diog. Laert. IX 8, 1: Πρωταγόρας Ἀρτέμωνος ἤ, ὡς Ἀπολλόδωρος καὶ Δείνων ἐν Περσικοῖς, Μαιάνδρου, Ἀβδηρίτης et Philostr. vit. soph. I 10 p. 210: πατὴρ ἦν αὐτῷ Μαίανδρος πλούτῳ κατεσκευασμένος παρὰ πολλοὺς τῶν ἐν Θρᾴκῃ. Contra Suidas s. v. Πρωταγόρας· Ἀβδηρίτης, υἱὸς Ἀρτέμωνος ἢ καὶ Μαιανδρίδου. Cum Suidas Diogenem exscripserit, in Suidae exemplari Diogenis Μαιανδρίδου pro Μαιάνδρου scriptum fuisse videtur. Forma primitiva Philostrati testimonio probatur.

16) Μνησαρχίδης. Pater Euripidis poetae Μνησαρχίδης nominatur Γένος Εὐρ. (p. 1 Schw.): Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς υἱὸς ἐγένετο Μνησαρχίδου καπήλου. Hoc loco Μνησαρχίδου praebet cod. Vat. 1345, qui optimus habetur, ceteri Μνησάρχου. In altera Euripidis vita (p. 3 Schw.): Εὐριπίδης Μνησαρχίδου Ἀθηναῖος omnes libri, Vatic. 1345 Μνησαρχίδης, quod corruptum ex Μνησαρχίδου. Eadem forma exstat in IGSI 1207 Εὐρειπίδης Μνη[σα]ρχίδου Σαλαμείνιος τραγ[ικὸς] ποιητής (= CIG 6052; alteram inscriptionem 6051 Εὐρειπίδης Μνησάρχου Ἀθηναῖος Kaibelius inter falsa refert IGSI 190*; cf. Robert, Herm. XVII 145 sqq.). Item in ficto oraculo patri dato (Euseb. praep. evang. V p. 227 c): ἔσται σοι κοῦρος, Μνησαρχίδη, ὅντινα πάντες | ἄνθρωποι τίσουσι κτλ. Etiam quod filius Euripidis Μνησαρχίδης ubique appellatur (Γένος p. 2 Schw.; Suid.

s. v. Εὐρ.), formam patronymicam probat. Si igitur Suidas s. v. Εὐριπίδης de nomine patris dubitat (Μνησάρχου ἢ Μνησαρχίδου), duas Euripidis vitas in manibus habuisse videtur, quarum altera recte nomen patronymicum, altera primitivum ex eo corruptum praestabat.

17) Νικόμαχος. Lysias orationem XXX composuit in Nicomachum quendam. Exstat hoc nomen primitiva forma §§ 2. 3. 5. 6. 9. 13. 17. 18. 19. 23. 24. 28. 29. 33. Idem homo intellegendus esse videtur in Arist. Ran. 1505 sq.: καὶ τουτοισὶ τοῖσι πορισταῖς | Μύρμηκι θ' ὁμοῦ καὶ Νικομάχῳ. Contra orationis § 11 scriptum est Νικομαχίδην. Quod librarii peccatum esse confido, praesertim cum Lysias uno libro Palatino ad nos propagatus sit. Difficultatem autem infert, quod Harpocration s. v. ἐπιβολή eadem forma utitur: ἡ ζημία. πολὺ τοὔνομα παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ παρὰ Λυσίᾳ ἐν τῷ κατὰ Νικομαχίδου, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. Cum Harpocration ad paragraphum 3 spectet (ἐπιβαλλόντων δὲ τῶν ἀρχόντων ἐπιβολάς), peccato paragraphi 11 ad formam patronymicam ductus esse non potest; immo in eo quo Harpocration utebatur exemplari Lysiae tricesimae orationi κατὰ Νικομαχίδου inscriptum fuisse videtur. Num haec duo peccata inter se cohaereant perspicere iam non possumus.

18) Τεύταμος (Crusius s. v. *Bias* in Pauly-Wissowa Encycl. real. III p. 385). Bias vir ille sapiens filius est Teutami auctore Heraclito apud Diog. Laert. I 88: μέμνηται τοῦ Βίαντος καὶ Ἱππῶναξ ὡς προείρηται καὶ ὁ δυσάρεστος Ἡράκλειτος μάλιστα αὐτὸν ἐπῄνεσε γράψας· 'ἐν Πριήνῃ Βίας ἐγένετο ὁ Τευτάμεω, οὗ πλείων λόγος ἢ τῶν ἄλλων. καὶ οἱ Πριηνεῖς δὲ αὐτῷ τέμενος καθιέρωσαν τὸ Τευτάμειον λεγόμενον'. Quocum convenit Satyrus apud Diog. Laert. I 82. Contra Τευταμίδην patrem Biantis appellant Stob. Floril. 1, 172 (III p. 121 Wachsm.-Hense), Dict. sept. sap. (Meineke, *Stobaei Anthol.* IV p. 298), Apostol. IV 92 a. Heraclitum rectum nomen praebere patet (Τευτάμειον). Recentiorum auctorum peccata ad unum exemplum redire videntur.

19) Φειδιππίδης. Cursorem Atheniensem, quem Persis adventantibus Miltiades ceterique duces Spartam miserunt, Herodotus (VI 105 sq.) appellat Φειδιππίδην. In Nep. Milt. 4 libri praebent *Phidippumque* (B), *Phydippumque* (Dan. AP), *Philippumque* (rell.). Apparet legendum esse *Phidippumque* (Fleckeisen, Philol. IV p. 327). Nepos vel auctor eius pendet ab Herodoto. Scriptum igitur erat in illo Herodoti exemplari Φείδιππον, non Φειδιππίδην. Rectam vero lectionem esse Φειδιππίδην inde elucet, quod vir idem ceteroquin Φιλιππίδης vocatur: Paus. I 28,4; VIII 54,6; Plut. de Herod. mal. 26; Lucian. pro lapsu inter sal. 3; schol. Aeschin. II 130; Suid. s. v. Ἱππίας. Qui auctores cum omnes vel ipsi vel per alios ex Herodoto hauserint, apud Herodotum legerunt Φιλιππίδην, quod eo tempore, quo ει et ι non distinguebantur, e Φειδιππίδην facillima corruptione oriri potuit: ΦΙΛ e ΦΙΔ. Quod imprimis apud Plutarchum videre

possumus, quem, cum de Herodoto agat, ipsum Herodotum ante oculos habuisse necesse est.

20) Φίλιστος. Notissimum illum rerum Syracusanarum scriptorem Φίλιστον audire in tanto testimoniorum numero in dubium vocari non potest. Sed in tertia epistula Platoni adscripta (p. 315 e) Platonis adversarius apud Dionysium vocatur Φιλιστίδης, quem unum esse cum Philisto scriptore Diod. XIII 91 al. satis probat. In epistula igitur Platonica vel eius exemplo nomen Philisti corruptum esse videtur. In Plin. h. n. IV 58 et 120 Philistidem a Philisto diversum afferri puto, cum is idem scriptor in indice auctorum libri IV appelletur *Philistides Mallotes*, quae eadem patriae indicatio etiam in corrupta codicum lectione IV 58 *Philistides* † *molescrates* latet, ubi recte nunc legitur *Philistides Mallotes et Crates;* ceterum Plinius Philistum, quem ipse inspexisse videtur, suo nomine appellat VIII 61. 64.

V. Post scriptorum tempora nomina a librariis corrupta esse videntur hisce exemplis:

21) Ἀνδροκλῆς. In Isaei oratione VI § 47 Ἀνδροκλείδης appellatur, qui §§ 4. 5. 10. 25. 28. 53. 57 Ἀνδροκλῆς. Librarius nomine antecedente, quod in -κλείδης exit, deceptus esse videtur: ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος. Ἀνδροκλείδης δὲ καὶ Ἀντίδωρος κτλ.

22) Ἐπαμείνων. Archon Olymp. 87, 4 (429/28) est Ἐπαμείνων in Argum. Eurip. Hipp.: ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἐπαμείνονος ἄρχοντος ὀλυμπιάδι πζ' ἔτει δ', Athen. V 214 e: Περικλῆς δ' ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου ἄρχοντος Ἐπαμείνονος, CIA I 194. 195, siquidem Kirchhoffius recte supplevit: πρῶτος ἐγραμμάτευ[εν ἐπὶ Ἐπαμεί]|νονος ἄρχοντος *(versus fuere litterarum vicenarum septenarum)*. Contra stat Diod. XII 46 (Olymp. 87, 4): ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἐπαμεινώνδου. Cum Diodorus bona archontum tabula usus sit, peccatum librario recentiori tribuere velim.

23) Εὐβουλίδης. Archonti Olymp. 96, 3 (394/93) nomen erat Εὐβουλίδης, ut lapides servati CIA II 8. 667, 27. 830. 2084 (ἐπ' Εὐβολίδο) probant, quibuscum conveniunt Diod. XIV 85: Ἀθήνησι Εὐβουλίδης ἦρξεν et Aristid. orat. XLVI p. 474 (II p. 370 Dind.): τῆς δ' ἐν Κορίνθῳ μάχης καὶ τῆς ἐν Λεχαίῳ μέσος ἄρχων Εὐβουλίδης. ἀπὸ δὲ Λάχητος εἰς Εὐβουλίδην ἕβδομος ἄρχων Εὐβουλίδης αὐτός, ἀπὸ δὲ Εὐβουλίδου πάλιν ἄρχων ὄγδοος Θεόδοτος, ἐφ' οὗ ἡ εἰρήνη ἐγένετο. Idem Εὔβουλος audit Lysiae orat. XIX 28: ἐγένετο δ' ἡ ναυμαχία ἐπ' Εὐβούλου ἄρχοντος. Cum Lysias archontem suae aetatis certo recto nomine appellaverit, peccatum librario imponendum est.

24) Μεγακλείδης (Bernhardy, *Litteraturgesch.* II 1 ed. 2 p. 260; Nauck, *Arist. Byz.* p. 2). Illustris ille Homeri interpres Μεγακλείδης appellatur Schol. Ven. Il. Π 140; Eust. Il. Α p. 84 (= Suid. s. v.

'Αθηναίας et Hesych. s. v. 'Αθηνᾶ); Schol. Il. K 274; X 37. 205; Schol. Od. Z 106; Athen. XII 512 e; Tatian. c. 48 (= Euseb. praep. ev. X 11). Idem homo intellegendus esse videtur duobus locis, quibus Μεγακλῆς vel Μενεκλῆς traditur (cf. Nauck, Mus. Rhen. VI p. 433 sq.): (1) Schol. Il. E 640: Μενεκλῆς φησὶν ἐψεῦσθαι τὴν ἐπὶ Ἴλιον στρατείαν (scil. Ἡρακλέους). Qua de re Megaclidem egisse testis est Athen. XII 512 e: διόπερ καὶ Μεγακλείδης ἐπιτιμᾷ τοῖς μεθ' Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ποιηταῖς, ὅσοι περὶ Ἡρακλέους εἰρήκασιν, ὡς στρατοπέδων ἡγεῖτο καὶ πόλεις ᾕρει. Μενε- vero pro Μεγα- scriptum est etiam in schol. Ven. Il. X 205 Μενεκλείδης, ubi cetera scholia Μεγακλείδης. Apparet corruptum esse Μενεκλῆς ex Μεγακλῆς, Μεγακλῆς ex Μεγακλείδης. (2) Argum. scut. Hesiod. γ': ὑπώπτευκε δὲ Ἀριστοφάνης, οὐχ ὁ κωμικός, ἀλλά τις ἕτερος, γραμματικός, ὡς οὐκ οὖσαν αὐτὴν Ἡσιόδου, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς τὴν Ὁμηρικὴν ἀσπίδα μιμήσασθαι προαιρουμένου. Μεγακλῆς δὲ ὁ Ἀθηναῖος γνήσιον μὲν οἶδε τὸ ποίημα, ἄλλως δὲ ἐπιτιμᾷ τῷ Ἡσιόδῳ κτλ. Megaclidem de scuto Homerico disputasse docet nos Schol. Ven. Il. Π 140: Μεγακλείδης ἐν β' περὶ Ὁμήρου προοικονομεῖσθαί φησιν Ὅμηρον τὴν ὁπλοποιίαν. Librarius indoctus hoc quoque loco falso scripsisse videtur. Contra alium virum, nominis Μεγακλῆς, intellegendum puto Athen. X 419 a: ἱστορεῖ δὲ ταῦτα Μεγακλῆς ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, cum Megaclidem de tali re egisse nesciamus (contra Muellerum FHG IV 443).

25) Ἐχεκρατίδης. Pater Timonis misanthropi est Ἐχεκρατίδης Lucian. Tim. 7: ἀγνοεῖς Τίμωνα τὸν Ἐχεκρατίδου τὸν Κολυττέα. Quem Echecratem vocari viri docti falso collegerunt e cap. 44: Τίμων Ἐχεκρατίδης Κολυττεύς, ubi Ἐχεκρατίδου restituendum esse ex iis, quae de nominis patronymici usu exposuimus, satis elucet.

26) Φιλιππίδης (Meineke, *Hist. crit.* p. 470 sqq.). Poeta comoediae recentioris, qui Φιλιππίδης audit (CIA II 975 V. 977 g), duobus locis nomine Φίλιππος per calami lapsum appellatur. (1) Stob. Floril. 108, 10 cod. A praebet Φιλίππου Φιλαδέλφων, ubi ceteri Φιλιππίδου. Philippidem alias comoedias similiter inscripsisse constat: Φιλαθήναιος, Φιλάργυρος, Φίλαρχος. (2) Poll. Onom. IX 88 ἐν μέντοι τῷ Φιλίππου Φιλευριπίδῃ. Haec comoedia ceterum Philippidi tribuitur: Poll. IX 38 Φιλιππίδου ἐν Φιλευριπίδῃ et Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 112 Περικατάληπτος γίνομαι· Φιλιππίδης Φιλευριπίδῃ. Phileuripidem comoediam esse Philippidis non meliore solum traditione, sed eo quoque probatur, quod Philippides etiam in Philadelphorum fragmento apud Stobaeum (l. c.) servato in Euripidem iocatur: ὅταν ἀτυχεῖν σοι συμπέσῃ τι, δέσποτα, | Εὐριπίδου μνήσθητι καὶ ῥᾴων ἔσει | 'οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ', | εἶναι δ' ὑπόλαβε καὶ σὲ τῶν πολλῶν ἕνα.

27) Φίλιππος. Φίλιππος ὁ γελωτοποιός nomine primitivo appellatur Xenoph. conv. 1, 11—15; 2, 14. 20. 21. 27; 4, 50. 55; Plut. quaest. conviv. II prooem.; VII 6, 3; 7, 1; Athen. XIV 614 c e;

Dio Chrys. LXVI 27. Sed Athen. I 20 b, ubi epitomes cod. Paris. C praebet Φιλίππου δὲ τοῦ γελωτοποιοῦ Ξενοφῶν μνημονεύει, in Laurent. E legitur Φιλιππίδου, quod manifestum est librarii peccatum. Falso ad hunc Philippum refertur (Meineke, *Hist. crit.* p. 343) Eust. Od. δ p. 1503, 32: θαυματοποιός... Φιλιππίδης ὁ Συρακούσιος, cum γελωτοποιός non sit θαυματοποιός.

VI. In hisce exemplis diiudicare non audeo, utrum nomen rectum sit an peccato ortum:

28) Ἀπολλώνιος vel -ίδης. (1) Diog. Laert. VII 179 Χρύσιππος Ἀπολλωνίου. (2) Suid. s. v. Χρύσιππος Ἀπολλωνίδου. Cum Suidas a Diogene pendeat, duae lectiones diversae in Diogenis libro statuendae sunt.

29) Δημοκλῆς vel -κλείδης. (1) Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 113, 7 Δείναρχος κατὰ Δημοκλέους. (2) Dion. Hal. iud. de Din. 11: ἀπ' αὐτοῦ τοῦ χαρακτῆρος εὕροι τις ἂν οὐκ ὄντα τὸν λόγον Δεινάρχου· ὑδαρής τε γὰρ καὶ ἀσθενὴς καὶ ψυχρός ἐστιν· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸν ἄν τις θείη Δημοκλείδου. Quod Democlides Dinarcho opponitur, adversarium illum, in quem orationem ab Antiatticista allatam Dinarchus habuit, intellegendum esse demonstrat. Ad eundem oratorem referendi esse videntur hi loci. (1) Plut. vit. dec. orat. Lycurg.: ἀφῆκαν αὐτοὺς (scil. παῖδας Λυκούργου) Δημοκλέους τοῦ Θεοφράστου μαθητοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογησαμένου. (2) Suid. s. ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι· Τίμαιον ἐν λη' ἱστορεῖν, ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρους εἶπον, ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεστι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι. Iam ipsi scriptores falsam nominis formam ab auctoribus suis accepisse videntur.

30) Ἐπαμείνων vel -ώνδας. (1) Hippocr. Epidem. I 14 p. 642: Φιλίσκῳ γὰρ καὶ Ἐπαμείνονι καὶ Σιληνῷ. (2) Ib. 21 p. 665: Ἐπαμεινώνδας καὶ Σιληνὸς καὶ Φιλίσκος. Peccatum postea irrepsisse apparet.

31) Φίλιππος vel -ίδης (C. F. Ranke, *De Aristophanis vita* p. CLXXXIII sqq.). (1) Pater Aristophanis poetae Φίλιππος vocatur in omnibus vitis, quae vel in scholiis vel apud Suidam inveniuntur. Quae cum ab uno exemplo repetitae sint, pro uno testimonio sunt habendae. Vitis obstat titulus hermae in Hadriani villa Tiburtina repertae insculptus (IGSI 1140): Ἀριστοφάνης Φιλιππίδου Ἀθηναῖος. (2) Filius Aristophanis poetae iisdem locis quibus avus Φίλιππος appellatur. Nomina avi et nepotis alterum ab altero pendere vita Aristophanis scholiis praemissa docet: παῖδας καταλιπὼν τρεῖς, Φίλιππον ὁμώνυμον τῷ πάππῳ κτλ. Contra vitarum testimonium stat Athen. XIII 568 f: ἐν Ναννίῳ, εἰ Εὐβούλου τὸ δρᾶμα καὶ μὴ Φιλιππίδου, quod illustratur scholio Clark. Plat. Apol. 19: τρεῖς δὲ εἶχεν υἱούς (scil. Ἀριστοφάνης), Φίλιππον τὸν τοῖς Εὐβούλου δράμασιν ἀγωνισάμενον κτλ. Ut testimonia, quae utrique viro nomen primitivum dant, inter se cohaerere patet, ita

Athenaeum cum inscriptione allata nescio qua ratione coniunctum esse confido.

32) Φίλων vel -ίδης. (1) Etym. Gudian. p. 27 ed. Sturz (= Etym. Magn. cod. Reg. Par. 2630 p. 185, 18 Sturz; Orion Theban. p. 21, 24 Sturz) s. v. ἀκόλαστος· κυρίως τινὲς ἀπαίδευτος, ὁ δίχα ἀγωγῆς καὶ κολάσεως τετυχηκώς τις ἐπὶ παιδείας (verba sunt corrupta; Orion: ὁ ἀπαίδευτος, διὰ τὸ μὴ ἀγωγῆς καὶ κολάσεως τετυχηκέναι τῆς ἐπιτηδείας). οὕτω Φίλων ἐν τῷ περὶ ἑλληνισμοῦ. (2) Orion Theban. p. 90, 9 Sturz s. v. κρούειν· κυρίως ἐπὶ τῶν κερατοφορούντων. κυρίττειν γάρ ἐστιν τὸ τοῖς κέρασι κρούειν (recte praescriptum esset κυρίττειν, non κρούειν). οὕτω Φιλωνίδης ἐν τῷ περὶ ἑλληνισμοῦ. Deest indicium veritatis.

33) Φρασικλῆς vel -κλείδης. Archon Olymp. 80, 1. (1) Dion. Hal. X 1: μετὰ δὲ τούτους ὀλυμπιὰς μὲν ἦν ὀγδοηκοστή, ἄρχοντος Ἀθήνησι Φρασικλέους. Plut. vit. dec. orat. Lys. 1: γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλῆ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀλυμπιάδος. (2) Diod. XI 77: ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Φρασικλείδου.

VII. Iam adiungam exempla, quae ad hanc quaestionem pertinere viri docti falso arbitrati sunt.

1) Ἀλέξανδρος et Ἀναξανδρίδης. De oraculo Delphico scripserunt (1) Ἀλέξανδρος. Steph. Byz. s. v. Παρνασσός: ὡς Ἀλέξανδρός φησιν ἐν πρώτῳ περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου. Id. s. v. Λύλη: Ἀλέξανδρος δευτέρῳ περὶ Λυκωρείας (Λυκώρεια, κώμη ἐν Δελφοῖς). Eiusdem libri diversa capita intellegi videntur. (2) Ἀναξανδρίδης. Plut. Lys. 18: Ἀναξανδρίδης δὲ ὁ Δελφὸς (opp. ὁ κωμικός) ἱστορεῖ καὶ παρακαταθήκην ἐνταῦθα Λυσάνδρου κεῖσθαι κτλ. Id. quaest. gr. 9: πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀναξανδρίδης ἱστορήκασι. Schol. Eurip. Alc. 1: Ἀναξανδρίδης ὁ Δελφός φησι θητεῦσαι αὐτὸν (τὸν Ἀπόλλωνα) διότι τὸν Πυθοῖ δράκοντα ἀνεῖλεν. Discrepant libri Zenob. I 57: ἡ ἱστορία παρὰ Ἀναξανδρίδῃ (BV, Ἀλεξάνδρῳ A) ἐν πρώτῃ περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων. Apparet alterum nomen pro altero non calami lapsu, sed docta coniectura positum esse; equidem Anaxandridis librum intellegendum esse puto, in quo non solum de servatis (Plut. Lys. 18), sed etiam de perditis donis agebatur. Uno autem loco Ἀλεξανδρίδης de oraculo Delphico scripsisse dicitur: schol. Arist. Plut. 925: καὶ οἱ Ἀμπελιῶται δέ, ἔθνος Λιβύης, εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου, ὥς φησιν Ἀλεξανδρίδης. Cum hoc quoque loco de donis Delphos missis agatur, nomen Ἀναξανδρίδου genuinum esse videtur, ita ut non patronymicum cum primitivo, sed duo nomina patronymica inter se permutata sint. Eadem permutatio exstat schol. Eurip. Or. 1632, ubi Polemonis liber πρὸς Ἀλεξανδρίδην commemoratur, qui sine dubio erat πρὸς Ἀναξανδρίδην.

2) Ἐξήκεστος et Ἐξηκεστίδης. Execestides ille sycophanta, quem Aristophanes illudit (Av. 11. 764. 1527), disiungendus est ab Execesto, cuius apud Hesychium mentio fit s. v. Ἐξήκεστος, ἡταιρηκώς. ὅθεν καὶ τοὺς πρωκτοὺς ὁμωνύμως Ἐξηκέστους ἔλεγον.

3) Λυσίμαχος et Λυσιμαχίδης (Mueller, FHG III 334 sqq.). Diversi sunt (1) Λυσίμαχος Alexandrinus, qui scripsit Αἰγυπτιακά, Θηβαϊκά, Νόστους, (2) Λυσιμαχίδης, qui scripsit περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν (Harpocr. s. v. Μαιμακτηριών, Μεταγειτνιών, σκίρον) et πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων (Ammon. p. 116).

4) Ὑπερίων et Ὑπεριονίδης. Sol deus et Hyperion et Hyperionides vocatur. (1) Ὑπερίων cognomen Solis est saepissime apud Homerum, e. g. Ὑπερίονος Ἠελίοιο. (2) Ὑπερίων pater Solis est, ita ut Sol ipse Ὑπεριονίδης sit, apud Hesiodum recentioresque poetas. Theog. 1011: Κίρκη δ' Ἠελίου θυγάτηρ Ὑπεριονίδαο, quod explicatur versibus Theog. 371 sqq.: Θεία δ' Ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράν τε Σελήνην ... γείναθ' ὑποδμηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι. Apparet cognomen Solis postea patrem Solis factum esse. Sed unus versus apud Homerum exstat, ubi Sol ut posteriore in fabula Ὑπεριονίδης appellatur: Od. μ 176 Ἠελίου τ' αὐγὴ Ὑπεριονίδαο ἄνακτος. Eust. ad l. p. 1710, 45 (= Suid. s. v. Ὑπ.) adnotat: Ὑπεριονίδην δὲ Ἥλιόν λέγει ἐντελῶς, ὃν ἀλλαχοῦ φησὶ συγκεκομμένως Ὑπερίονα. Hic vero versus ex argumentis de sententia ductis secludendus est (G. W. Nitzsch, *Anm. zu Hom. Od.* III 1840 p. 392): cera prioribus versibus premendo, hoc solis radiis emollitur.

Quae hic tractavi exempla nominum primitivorum et patronymicorum permutatorum multis certe possunt augeri; sed quaecumque vel in libris vel in lapidibus inveniuntur exempla, rationibus quas supra adhibui explicari poterunt.

A.

Index locorum.

	Pagina
Ach. Tat. V 10	38
Aelian. v. h. III 40	20
Alciphr. ep. 35 al.	57
Anth. Pal. V 187	41
VI 30	37
38	37
96	28
146	41
193	29
331	48
VII 321	37
415	7
518	16
IX 245	57
434	24. 26
XI 72	32
327	41
XII 161	39
XV 27	17
Antiatt. in Bekk. Anecd. p. 113, 7	81
Anton. Lib. XXIII	27 sq.
Apostol. IV 92 a	78
XIII 100	73
Aristoph. Av. 11 al.	83
790 sqq.	72
Plut. 84	73
Ran. 1505 sq.	78
1513	72
Aristot. Res publ. Athen. XXVII 4	75
Athen. I p. 20 b	81
III p. 85 d	30
IV p. 182 d	20
X p. 412 e f	8
p. 419 a	80
XIII p. 568 f	81
XIV p. 620 e	6. 8.
Calpurn. I	58
I 18	56 sq.
92—94	58
II 24	54

	Pagina
Calpurn. II 67	55
70	55
84	55
III	54
III 61 sq.	55
87	55
IV	58
IV 150 sq.	55
VI 7 sq.	55
VII	58
Choerob. Exeg. Heph. p. 78, 5 sqq. Hoersch.	76
Dict. VII sap. (Meineke, Stob. IV p. 298)	78
Diod. IV 84	21 sq.
XI 77	82
XII 46	79
Diog. Laert. II 3, 3	76
VII 179	81
Diomed. I p. 486 sq. Keil	21
Dion. Hal. ant. Rom. X 1	82
ind. de Din. 11	81
Einsidl. I 18	59
II 7	59
Etym. Gudian. s. ἀκόλαϲτοϲ	82
Etym. Magn. s. ἀκόλαϲτοϲ	82
p. 815, 43	28
Eust. ad Dion. Perieg. 558	48
ad Il. Ξ 324, p. 989, 46	71
Il. Σ 495, p. 1157, 38	20
Il. Σ 550, p. 1162, 21	33
Od. δ 401, p. 1503, 32	81
Od. κ 171, p. 1653, 32	71
Harpocr. s. ἐπιβολή	78
Herod. VI 105 sq.	78
Hesych. s. Ἐξηκεϲτιδαλκίδαι	73
s. Ἐξήκεϲτοϲ	83
Hippocr. Epidem. I 14 p. 642	81
I 21 p. 665	81
Hom. Il. Ξ 324	71
Od. μ 176	83
χ 267	69

	Pagina
Horat. carm. I 5, 3	39
13	39
17, 10	39
Horat. carm. I 19	38
23, 1	41
27, 11	39
32	38
33, 14	39
III 7, 10	41
9	41
9, 14	57
10	38
14	38
15, 11	38
19, 27	38
23, 2	39
epod. 11, 24	38
12, 17	38
14, 16	39
sat. I 6, 38	39
II 7	38
Iambl. vit. Pyth. 241	23
IGSI 1140	81
Isaeus VI 47	79
Long. II 3 sqq.	37 sq.
IV 21	39
Lucian. dial. meretr.	39 sq.
dial. mort. 27, 7	39
gall. 4	74
14	71 sq.
pro lapsu inter sal. 3	78
Tim. 22	38
44	80
Lys. XIX 28	79
XXX 11	78
Manil. astron. V 304 sqq.	48
Nemes. I	62
I 9	61
II 1	61
Nep. Milt. 4	78
Phoc. 3	74
Nic. Ther. 4 sq.	11
Nicet. Eugen. III 263	38
Nonn. Dion. XXIX 270	38
272	47
XXXIV 158	38
Orion Theb. s. ἀκόλαστος	82
s. κρούειν	82
Ovid. ep. II	49
met. III 169	56
XII 308	56
350	57
Paus. I 28, 4	78
VIII 54, 6	78
Philostr. vit. Apoll. VIII p. 333	74
Phot. bibl. cod. 213	74
Plat. ep. III p. 315 e	79

	Pagina
Plin. h. n. IV 58	79
120	79
Plut. Aristid. 5	77
de Herod. mal. 26	78
Nic. 6	74
Per. 4	75
9	75
vit. dec. orat. Lycurg.	81
Lys. 1	82
Poll. Onom. IX 88	80
Prob. comm. Verg. p. 2 Keil	21
Prop. III 34, 73 sq.	51
V 5, 63	57
7, 43	57
Quint. II 17, 15	75
Schol. Aeschin. II 130	78
Aristoph. βίοι	81
Nub. 859	77
Plut. 84	73
925	82
Ran. 1513	72
Dion. Perieg. 64	48
Eurip. p. 1, 2 Schw.	76
Or. 1632	82
Hes. scut. argum.	80
Il. Ε 640	80
Ρ 218	28
Pind. Isthm. II 9	26
Olymp. III 68	73
Pyth. VI 5	70
Theocr. εὕρεσις	21
III arg.	20
III 2	20
25	32
31	33
32	32
35	33
IV 34	8
V 2	32
5	32
VI 40	31
VII 21	15. 70
72	20
78	15
79	15
83	15
X 16	31
XIV 53	33
Steph. Byz. s. Θέσπια	76
s. Ὄα	75
Stob. Floril. 1, 172	78
108, 10	80
Strab. X p. 466	20
p. 468	19
p. 470	20
Suid. s. Ἀριστοφάνης Βυζ.	75 sq.
s. Δέον	77

	Pagina
Suid. s. ἐξαναστάς .	76
s. Ἐπίχαρμος	22
s. Εὐριπίδης	78
s. Ἱππίας	78
s. Πρωταγόρας	77
s. Σωτάδης	6. 8
s. Χρύσιππος	81
s. ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ	81
Theocr. I	4 sqq.
I 55—57	4 sq.
64 sqq.	22
85	22
II	2
II 70	30. 34
115	3
III	2 sqq.
III 26	32
31	33
32	32
35	33
IV	3. 6 sqq.
IV 5 sq.	6
11	6
20 sqq.	6
30 sqq.	6. 7 sqq.
62 sq.	9 sq.
V	2. 3
V 1 al.	32 sq.
10 al.	29
15	30
105	2
VI	2
VI 40	31
VII	11 sqq.
VII 11 sqq.	16 sq.
27 sqq.	17
40	11. 16
71 sqq.	13 sqq.
78—89	13 sq.
98 al.	11
99 sq.	13. 17 sq.

	Pagina
Theocr. VII 103	12
122 sqq.	13
VIII	1. 35 sq.
VIII 93	36
IX	1
X	10 sq.
X 1 al.	10 sq.
16	31
26	31
41	10
XIV 53	33
XV 11	29
XVI 104 sq.	25
XX	36
XXVII	36
epigr. 9	30
fistul. 3	15
12	15
Theoph. Simoc. 11	38
Vergil. Aen. VII 532 al.	63
X 413	56 sq.
XI 677	57
catal. IX 13 sqq. Ribb.	46
ecl. I	51
II	51
III	51 sq.
III 67	50
V	52
V 11	53
55	50
86 sq.	52
VI	52
VI 31 sqq.	48
VII	53
VII 21 sqq.	53
VIII	53
IX	53
X	53
georg. I 437	47
Zenob. I 57	82

B.

Index rerum potiorum.

Pagina

Aegon Th. IV 7
Aratus Theocriteus 11 sq.
Aristis Th. VII 17 sq.
Artemidorus Aristophaneus 19 sq.
Asclepiades = Sicelidas Th. VII 16
Battus Th. IV 7
  nomen fabulosum 27
  nomen carmini Th. X falso adiectum 10 sq.
Bucaeus Th. X nomen proprium 10 sq.
Bucolicorum inventio 21
Callimachi hymnus in honorem Carnei Apollinis 18
Calpurnius Siculus
  = Corydon ecl. I IV VII 58
  Ovidii metamorphoses lectitavit 56
  Propertium lectitavit 57
  Theocriti carminibus usus non est 54 sq.
  Vergilii Aeneidem lectitavit 56 sq.
  ratio in adhibendis personatis pastoribus comparatur cum Vergilio 59
Codrus poeta 53
Comatae fabula 13 sqq.
Comatas Th. V 2
Comica nomina
  apud Horatium 38 sq.
  apud Longum 38 sqq.
  apud Lucianum 39 sqq.
Corydon Calp. I IV VII
  = Calpurnius 58
  Th. IV 7 sqq.
Daphnidis fabula ad cultum non pertinet 21
  Th. I 22
  Th. VII 19
  Th. VIII 35 sq.
  Verg. ecl. V 52

Pagina

Einsidlensia carmina Theocritum ignorant 59
Endelechii ecloga 62
Epigramma trium pastorum 62 sq.
ἐριθάκη 34
ἐριθακίς 33 sq.
Euphorio Galli auctor 47 sqq.
Gallus Vergilio exemplo fuit 46 sqq.
Horatius nomina comica adhibet 38
Iterata nomina
  apud Theocritum 2 sq.
  apud Vergilium 50
Iterata verba apud Theocritum 3
Lacon Th. V 2
  nomen explicatur 32
Longus comoediam imitatur 38 sqq.
Lucianus in dialogis meretricum comoediam imitatur 39 sqq.
Lycidas Th. VII 13. 16 sq.
Maximi Planudis ecloga 60
Meliboeus
  Calp. I IV = Calpurnii fautor 58
  Nemes. I = Nemesiani fautor 62
Menalcae fabula 35
Menalcas = Vergilius
  Verg. ecl. V 52
  Verg. ecl. IX X 53
Messala Vergilii imitator 46
Milon athleta 6 sq.
Nemesianus
  Ovidii metamorphoses lectitavit 61
  = Thymoetas Nem. I 62
  Vergilii Aeneidem lectitavit 62
  Vergilii eclogas imitatur 61
Ovidii metamorphoses lectitatae a Calpurnio 56
  a Nemesiano 61

Pagina

Patronymicum nomen
correptam formam habet primitivam 71 sq.
duplicem habet usum 69 sq.
patris proprium filio dari dicitur 70
permutatur cum primitivo apud scriptores 71 sqq.
Philinus cursor Cous 3
Praxiteles artifex 2
Propertius a Calpurnio lectitatus 57
Pyrrhus Milesius 6. 7 sqq.
Sicelidas Th. VII
= Asclepiades 16
nomen explicatur 24 sqq.
Simichidas Th. VII
= Theocritus 15
nomen explicatur 24 sqq.
Theocriti nomina vera verorum hominum ab imitatoribus pro bucolicis habita 36. 37. 46
Theocriti pater 24
Theocritus
iteravit nomina 2 sq.
verba 3
non adhibitus
a Calpurnio 54 sq.
ab Einsidlensium auctore 59
res quasdam non satis probabiliter finxit 5
= Simichidas Th. VII 15

Pagina

Thymoetas Nemes. I = Nemesianus 62
Thyonichi nomen explicatur 22
Thyrsis Th. I 4 sqq.
nomen explicatur 22
τίτυρος = σάτυρος 19 sq.
vocabula ab hac stirpe derivata 22 sq.
Tityri nomen explicatur 22 sq.
Tityrus Th. III 2 sqq.
Th. VII 13 sqq. 19 sq.
= Vergilius
Calp. IV 58
Nem. II 62
Verg. ecl. I 51
VI 52
Vergilii Aeneis lectitata
a Calpurnio 56 sq.
a Nemesiano 62
Vergilii eclogae a Nemesiano imitatione expressae 61
Vergilius iteravit nomina 50
= Menalcas ecl. V 52
ecl. IX X 53
Messalae exemplo fuit 46
Theocritea nomina ad arbitrium adhibuit 43 sqq.
Theocritum expilavit 44
= Tityrus Calp. IV 58
Nem. II 62
Verg. ecl. I 51
VI 52

Conspectus.

Pars I.

De Theocriti nominibus bucolicis.

Pagina

Praemittenda 1

Caput I. Quae personae Theocriteae ad veros homines referendae sint 1

Caput II. Quibus veris hominibus *ficta* nomina data sint 15

Caput III. Quomodo *aliena* nomina intellegenda sint 20

§ 1. Nominum *fictio* nulla ratione satis intellegitur 20

§ 2. Ipsa nomina, si ficta sunt, non satis intelleguntur . . . 24

§ 3. Nomina Simichidae et Sicelidae gentilicia sunt 26

Caput IV. De nominum bucolicorum origine 26

§ 1. Nomina de litteris accepta 26

§ 2. Nomina fabulosa 27

§ 3. Nomina veritatis 28

§ 4. Qua ratione nomina electa sint 34

Pars II.

Nomina bucolica Graecorum Theocriti imitatorum.

Caput I. Quae in carminibus Pseudotheocriteis et Bioneis inveniuntur nomina bucolica 35

Caput II. Longi nomina bucolica 37

§ 1. Nomina Theocritea 37

§ 2. Nomina comica 38

§ 3. Cetera Longi nomina 41

Pars III.

De nominibus bucolicis a Romanis eclogarum poetis adhibitis.

Caput I. Vergilii nomina bucolica 43

A. De origine nominum Vergilianorum 43

§ 1. Quae sint et qua ratione tractentur nomina a Theocrito accepta 43

§ 2. Unde sumpta sint nomina a Theocrito aliena 46

§ 3. De nominibus iteratis 50

B. De allegorica nominum Vergilianorum interpretatione 51

Pagina

Caput II. Calpurnii nomina bucolica 53
A. De origine nominum Calpurnianorum. 53
§ 1. Nomina Theocritea ac Vergiliana 53
§ 2. De nominibus a Vergilio alienis 56
B. De allegorica nominum Calpurnianorum interpretatione . . . 58
Caput III. De nominibus, quae in bucolicis Einsidlensibus exstant . 59
Caput IV. Nemesiani nomina bucolica. 60
§ 1. Nomina a Vergilio et Calpurnio accepta. 60
§ 2. Nômina ab ipso Nemesiano adiecta 61
§ 3. De allegorica nominum Nemesiani interpretatione . . . 62
Minorum quorundam poetarum nomina bucolica 62
Conspectus nominum bucolicorum 64
Appendix. De nominum patronymicorum usu quaestiunculae selectae 69
Index locorum 84
Index rerum potiorum 87




INCERTI AUCTORIS EPITOME

RERUM GESTARUM ALEXANDRI MAGNI.

E CODICE METTENSI EDIDIT

OTTO WAGNER.



Prolegomena.

Incerti auctoris 'epitome rerum gestarum Alexandri Magni' in uno, ut nunc res est, libro manu scripto inuenitur, qui nunc numero 500 (olim G 53) signatus inter libros bibliothecae publicae Mettensis asseruatur anteaque monasterii Sancti Arnulphi olim prope illam urbem siti erat. est liber membranaceus, formae octonariae, saeculo decimo scriptus, quem anno huius saeculi XLI. inspexit atque descripsit Iulius Quicherat (cf. 'Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements,' tom. V 1879 p. 187 sqq.), neque tamen ea adhibita cura et diligentia, ut acta egisse mihi uidear, si quae hoc libro continentur paucis enumerauerim. atque ut de externa libri specie primum dicam, constat foliis centum septuaginta sex iisque diuersae originis ac uarii argumenti per quaterniones complicatis, quorum tamen ordo bibliopegi stupore pessime turbatus est. compositus enim est tribus ex libris eadem fere aetate, quod decimum esse saeculum iam diximus, exaratis; quibus diuulsis ac truncatis quicquid eorum supererat uno hoc, quod exstat, uolumine comprehensum est, prout fors uel libido pusillas reliquias operarii manibus obtulerat. iam igitur restituto pristino ordine quae ex tribus illis libris supersunt enumeremus. atque primi libri haec sunt:

a) 'eulogium Hubaldi de caluis' (fol. 1^{a}—5^{r}) quod carmen (cf. Ad. Ebert 'allg. Gesch. d. Litt. des MA's im Abendlande' III p. 167) ex Casp. Barthi 'aduersariorum commentariorum libris' Francof. 1624 p. 2175 sqq. ad uerbum expressit J. P. Migne in 'collectionis patrum Latinorum' uol. CXXXII 1853 p. 1041 sqq. constat carmen, quale in libro Mettensi legitur, uersibus CXLIV, omissis uersibus XLIIIo ('cessa caluastrum, cessa corrodere cessa') et CXXIo ('conquiniscе, canis, confingens crimina caluis'), insertis tamen post uersum XXXIII. uersibus decem, quorum nonnullos iam Ang. Mai 'ex antiquis quibusdam Vaticanae bibliothecae membranis' publici iuris fecit in 'classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum' uol. V 1833 p. 460. quos uersus hoc loco afferre supersedeo.

b) epistulae quae feruntur Sancti Pauli ad Senecam et Senecae ad Paulum cum praefatione Sancti Hieronymi (fol. 6^{a}—8^{r} et 25^{a}—27^{a}). neque huius codicis neque eius, qui numero 300 signatus

(saec. XI.) eadem in bibliotheca asseruatur, rationem habuit in editione quam fecit harum epistularum Eugenius Westerburg 'der Ursprung der Sage, dafs Seneca Christ gewesen sei' 1881 p. 41 sqq.

c) 'ratio quorundam XII poaetarum de IIII temporibus anni' (fol. 27^{r}—28^{r}); cf. Baehrensii 'Poet. lat. min.' uol. IV p. 131 sqq.

d) 'incipiunt strictim labores Aeneae a supradictis XII poetis elimatae' [sic] (fol. 28^{r}—30^{a}); cf. Baehrensii 'Poet. lat. min.' uol. IV p. 136 sqq.

e) uersus Alcuini ad Samuhelem Sennensis ciuitatis episcopum (fol. 30^{a}—30^{r}), quibus in edendis hoc codice usus est Ernestus Duemmler in 'Poet. lat. aeui Carolini' uol. I p. 228.

f) uersus Sedulii Scoti ad Hartgarium (fol. 30^{r}—31^{a}). incip.: 'Gloria nostra redit, clementia luxque serena; cuncti laetemur, gloria nostra redit' etc.

Altero autem libro continetur:

glossarium Aynardi, ex quo fluxerunt excerpta illa quae in 'Corp. gloss. lat.' uol. V p. 615 sqq. leguntur (fol. 9^{a}—24^{r} et 136^{a}—160^{r}). cui glossario haec inscriptio praefixa est: 'incipit glosarium ordine elementorum agregatum ab Aynardo anno ab incarnatione Domini DCCCCLXVIIII. indictionis XII. imperio Magni Ottonis' etc. etc.

Tertii denique libri haec sunt:

a) Symmachi relationes (fol. 85^{a}—87^{r}; 72^{a}—79^{r}; 64^{a}—71^{r}; 48^{a}—55^{r}; 40^{a}—47^{r}; 32^{a}—39^{r}; 56^{a}—63^{r}; 170^{a}—175^{r}). usus est hoc codice Seeck in Symmachi editione (cf. ibid. praef. p. XIX).

b) inuectiuae quae feruntur Sallustii in Ciceronem et Ciceronis in Sallustium (fol. 91^{a}—95^{r} et 80^{a}—85^{a}).

c) epistula quae fertur Alexandri Magni ad Aristotelem (fol. 162^{a}—169^{r}; 128^{a}—135^{r}; 120^{a}—126^{a}).

d) haec 'epitome rerum gestarum Alexandri Magni' (fol. 119^{r}; 104^{a}—111^{r}; 96^{a}—103^{r}; 88^{a}—90^{r}; 126^{a}—127^{r}; 112^{a}—119^{r}).

Et quoniam de libri Mettensis forma fatis argumento disserui, ad ipsam hanc epitomen uenio. prima illius notitia mihi ex Curtii Wachsmuthii libro qui inscribitur 'Einleitung in das Studium der alten Geschichte' Lips. 1895 p. 576 obuenit; dixit autem Didericum Volkmannum epitomen se editurum esse promisisse nec nullius pretii ex eis, quas inspexisset, partibus libellum sibi uideri. quibus uerbis incitatus cum Metti in urbe patria uersarer, totum librum perlustraui et epitomen descripsi. tum Brunone Keilio benignissime intercedente impetraui ab Diderico Volkmanno, ut epitomen remoto illiberalitatis crimine edere mihi liceret. neque enim, uir ille doctissimus liberalissimusque rescripsit, sese repugnare, ne ego quod ipse sibi proposuisset munus edendae epitomes susciperem, neque omnino ineditam eam esse, nam paucis ante annis se uerba epitomes publici iuris fecisse eo libello, quo praeceptores gymnasii Portensis Bonitzio magisterii annum quinquagesimum exactum lustrandi congratulati essent. qui liber publice non ueniit nec mihi eius copia facta est. gratias

igitur Diderico Volkmanno ago sincerissimas propter benignam eius humanitatem et liberalitatem, qua uiros non nisi uere artis litterarumque amantissimos praeditos esse scimus. spero autem me ita rem egisse, ut non praeriperem, quae potissima uiro illi doctissimo dicenda sunt. continui enim operam meam in edendis recensendisque uerbis epitomes. id autem potissimum in hac editione adornanda egi, ut scripturam codicis iis tantum locis mutarem, quos deprauatos esse mihi persuasum esset, multasque coniecturas probabiles quidem, nec tamen certas in appendice indicare, quam in uerborum ordinem recipere mallem. quod uero meam in hoc opere expoliendo industriam spectat, neque omnia libri manu scripti menda intacta reliqui neque omnibus, quae etiam me ipsum offenderunt, fortiora adhibere remedia conatus sum; τὰ δὲ ἀγνοηθέντα τυγχανέτω διορθώσεως ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων. in adnotatione autem critica, nisi ad rem uisum est, discrepantias orthographicas aliasque minutias non commemoraui exceptis nominibus propriis omnibus iisque locis, ubi de lectione uera dubitari potuit. denique sedulo caui, ne in animaduersionibus nimis prolixus essem, praesertim ne in disputatione mea, qua de singulorum locorum condicione disserui, in quaestiones illas difficillimas grauissimasque deferrer, quae sunt de auctoribus ac necessitudine fabularum, quae de Alexandri historia feruntur. quare ceterorum, qui de Alexandri rebus gestis exposuerunt, scriptorum libros non adhibui nisi ad emendandos uel explanandos singulos epitomes locos. Volkmanniana quod est uere dignum scientia atque doctrina non tetigi, qua spero fore, ut edoceamur, quae totius sit epitomes condicio quaeque inter eam et ceteras Alexandri historias ratio ac necessitudo intercedat. hoc autem loco pauca tantum de ea re proferre libet. exstitisse uidetur antiquitus liber quidam, qui inscribebatur 'de rebus gestis Alexandri Magni', cuius auctor quis fuerit quaue aetate floruerit nescimus. apparet autem hunc scriptorem iisdem fere auctoribus in enarranda Alexandri Magni historia usum esse, ex quibus fluxerunt, quae a Curtio Diodoro Iustino Plutarcho tradita sunt, eumque artius cum relationibus Curtii et Diodori quam cum Iustini et Plutarchi cohaesisse, quibusdam tamen locis plura quam Curtium et ceteros praebuisse, aliis quamuis paucis cum Arriano consensisse, in exitu denique uitae Alexandri exponendo proxime ad eas fabulas accessisse, quas de ea re scriptores quidam deteriores Graecorum commenti sunt. quarum fabularum ii scriptores, qui ad nostram aetatem peruenerunt, nisi paucissimis locis mentionem non fecerunt earumque uestigia ampliora adhuc tantum exstabant in libro illo, quo historia Alexandri in fabulae dulcedinem a quodam scriptore, qui uulgo, ne prorsus nomine careat, 'Pseudo-Callisthenes' uocatur, composita est, cuius libri complures recensiones aetatem tulerunt. atque haec quidem de hoc scriptore dixisse sufficiat. iam redeamus ad illum 'rerum gestarum' auctorem. cuius librum quarto fere quintoue p. Chr. saeculo a nescio quo parum accurate epitomatum,

quoad inuida fata eum nobis seruauerunt, in manibus esse gaudemus magisque gaudebimus, si cui uiro ampliore doctrina ornato contigerit, ut nouis melioribusque subsidiis criticis adiutus epitomes uerba emendatiora et integriora, quam a nobis edita sunt, repraesentet. quae de dicendi consuetudine hoc loco proferre possumus, in posterum seponenda esse putauimus. neque tamen hac praefatione ad finem perducta facere possum, quin hoc loco cum Guilelmo Krollio quas per litteras egi gratias publice quoque profitear, cuius liberalitate factum est, ut uerba tertii libri Pseudo-Callisthenis inde a capite tricesimo ad fidem libri Parisini littera A uulgo signati cum extrema epitomes parte conferre possem, tum gratias quam maximas agam Brunoni Keil Ricardo Reitzenstein Eduardo Schwartz, qui quae ad uerba epitomes et emendanda et explananda docte et sagaciter excogitauerunt liberalissime mecum communicauerint.

Alexandri Magni Macedonis
epitomae rerum gestarum
liber II.

Magnus Alexander rex Macedoniae postquam omne imperium Asiae ad se redegisse credidit, ... neque id quidem Dario uiuo ostendere ausus esset, postea patefecit uoluntatem. deinde corporis sui custodes multos instituit itemque Darii fratrem Oxyatrem instituit deditque eis .... diadema et tunicam mesoleucon et caduceum ⟨et⟩ zonam Persicam ceteraque ornamenta regia omnia, quae Darius habuerat, itemque equites stipatores quos habebat ‖ Persico ornatu [et] sequi iussit. deinde Alexander audiuit Besum uestem regiam sumpsisse. Agrianos et † Gabisios armari iussit eiusque confidentiam admiratus exercitum per montes, qua proximum putauit, ad eum ducere intendit. deuenit ad Arios, ubi erat Ariobazanes, qui cum Beso Darium interfecerat. aduentum Alexandri pertimuit atque in Indiam profugit. deinde Alexander exercitum ad Euergetas, qui antea Arimaspi uocabantur, duxit. ibi oppidum, qua in Indiam iter est, constituit et nomen Alexandriam imposuit. deinde peruenit ad oppidum † tarmantidem, quod est positum in flumine † medorum. Stiphamenes, qui proximus erat Beso, postquam audiuit Alexandrum adesse, Dataphernen et Cattenen ceterosque Darei propinquos conuenit demonstrans tempus aduenisse Darii ulciscendi et Alexandri amicitiam ‖ insinuandi Besumque cohortabatur conprehensum ut Alexandro quam primum traderent. quibus id facile et cito persuasit, nam cotidie ⟨magis⟩ magisque Darium desiderantes Beso iniquiores fiebant. itaque Stiphamenes, quod fami-

fol. 119r 1 2 7 fol. 104a 8 12 15 4 19 5 ‖ fol. 104r 25 6

1 INCIPIT ALEXANDRI MAGNI MACEDONIS EPITHOMAE RERVM GESTARVM LIBER · I ·   3 LIBER II] LIBER I; corr. Reitzenstein   5 redigisse | lacunam statui | quidem] quod   6 ostenderet   8 eis] ei; corr. Keil | lacunam significaui | mesoleucon] 'mesoleucum' ex 'mosoleucum' corr. pr. m.   9 ⟨et⟩ addidi   10 stipatores] statores; corr. Schwartz   11 [et] deleui   12 argianos   14 Arios] agros | Ariobazanes] ex 'ariobaxanes' corr. ut uidetur   17 uergetas | Arimaspi] remaxii   18 qua] quia | [littera 'i' eluta]   21 bataphernen   23 Besumque cohortabatur] cohortabatur besumque; transposuit Keil   24 tradenti   25 ⟨magis⟩ inserui

liarissimus Beso erat, facile custodes ab tabernaculo ablegauit. de-
inde ipsi uniuersi introierunt et Besum constrinxerunt ornamentaque
regia ademerunt itaque ad Alexandrum profecti sunt. hosque ubi
repente aduenientes Alexander Besumque uinctum adduci conspexit,
5 [et] ex ea re summa laetitia adfectus eos, qui adduxerunt, collaudatos
7 donatosque dimisit. deinde iter ⟨ad⟩ Tanaim flumen facere coepit
et quartum post diem ad Maracanda deuenit, quod abest a flumine
Tanai dierum ... uia. id oppidum pulcherrimum ac munitissimum
est propter multitudinem fluminis eius, quod oppidum circumfluit.
fol. 105ª || quod circuitu || murus stadium LXX continuus continebat. ibi
8 praesidio relicto ad Tanaim, quo contenderat, perrexit castraque se-
12 cundum flumen collocauit. interim Scytharum imperator fratrem
suum Carcasim cum copia magna misit, qui Alexandrum flumen
9 transire prohiberet. deinde Alexandro nuntiatur Stiphamenen et
15 Cattenen ab amicitia discessisse et Graiorum copiam, quam in agro
regio cum praesidibus reliquerat, fugasse multosque occidisse; re-
liquos in quendam locum munitum cuneatim confugisse in praefec-
tura Bactrina eosque Stiphamenen oppugnare. haec ubi Alexander
audiuit, praeter consuetudinem indignissime tulit noctemque circa
10 offensas peruigilauit in cogitando. itaque ante utilissimum uisum
21 est id, quod coepisset, perseuerare. itaque postridie rates in flu-
mine iubet apparari. quod Macedones studiose regi parentes breui
fol. 105ʳ || tempore fecerunt; || nam duo milia ratium secundum fluminis ri-
pam destinata appulerunt. postea exercitum in ratis ascendere iussit
11 signoque dato omnes uniuersas soluere iussit. itaque in altum
26 prouecti ratium multitudine ut agmine quadrato per campum ac non
per flumen ire uidebantur, barbari autem mentibus destinati non pati
eos in terram descensionem facere, sed in ripa telis contentis praesto-
labantur. postquam medium iter fluminis praestiterunt, signo dato
30 Macedones clamorem sustulerunt; simul strepitu remorum ac signo-
rum sono remigumque cohortatione animi militum exacuebantur.
12 barbari autem clamore facto Macedones sagittis ceterisque telis figere
coeperunt; multos sauciarunt conpluresque occiderunt ideo, quod tela
fol. 106ª || euitare propter angustias nullo modo || poterant. deinde simul
35 rates ad ripam accesserunt, Alexander turmas impressionem fa-
cere phalangesque consequi iussit breuique tempore, postquam primi
animo constanti impressionem fecerunt, omnes barbari se in fugam

2 constrincxerunt 3 adhimerunt 5 [et] deleui 6 ⟨ad⟩ suppleui | tanai [corr. ex 'tanęi' pr. m.] 7 diem ad Maracanda] diem ≡ $\overset{d}{a}$marcadam [fuit d in ras.] 8 lacunam statui 10 stadia | continuus] coniugius 12 scytarum 16 praesidus 17 cuneatim] genuatim 20 offensas] offensus; corr. Reitzenstein | in cogitando] in ≡ cogitando [fuit g in ras.] 21 id] et | quo | post tridie 24 destinatam 25 uniuersa 26 profecti 30 strepitum 31 sonum | exacuebantur] exaequabantur; corr. Reitzenstein 32 fingere 34 angust$\overset{i}{a}$s 35 turma 37 impressionem] littera ultima paene eluta

dederunt. eos Macedones per noctem sequentes usque ad Liberi Patris columnam peruenisse dicuntur. inde ad flumen Tanaim et castra reuersionem fecerunt. dein post triduum ad Maracanda uer- 13 sus iter festinans facere intendit, ut Stiphamenen inprudentem opprimeret. quem ubi Stiphamenes reuerti audiuit, Graios oppugnare 5 destitit. ille autem ad Maracanda profectus quarto die deuenit. Graiorum caedes erant factae. mortuos sepeliri Menedemoque praefecto sepulchrum fieri iussit. deinde per agrum Sogdianum agmen 14 duxit. ex eo porro in Bactrinam peruenit et Besum adduci iussit ¦ eumque suspensum more Persarum fundis necauit. deinde post ‖ fol. 106ʳ diem undecimum ad flumen Ochum peruenit. id transit. inde ad 11 Oxum flumen deuenit. ex eis regionibus quaedam hominum multitudo 15 timore inpulsa in quendam montem praeruptum atque excelsum confugerant, cuius horribilem altitudo aspectum in se habebat, nam ab imo ad summum non minus XX stadiis . . . eo aditus uno loco 15 per speluncam patebat. reliquae partes inpendentibus saxis erant praeruptae. hoc ubi Alexander expugnari non posse uidit, de cuncto 16 exercitu homines CCC quos fortissumos esse putauit elegit hosque grandi praemio inpulsos post montem adduxit demonstrauitque, ut in saxis clauos ferreos † angulis actos figerent et lineas transducerent 20 atque ita minutatim ⟨aditum⟩ scandentium adleuando in summum montis uerticem reperent; id in nocte adgrederentur et, cum diluxisset, ¦ linteis candidis sibi significarent. id illi citius Alexandri opi- ‖ fol. 107ᵃ nione fecerunt. cum plures praecipitantes perissent, reliqui perfece- 17 runt. Alexander cum primo mane mittit quendam ex suis Daren 25 ad Ariomazen hostium ducem, qui ei persuaderet, uti se dederet; si id impetrare non potuisset, iubet Daren, uti eos qui in summo essent significaret. id ubi Ariomazes conspexit, admiratus est, quasi Alex- 18 ander in exercitu homines uolaticos haberet. cum de ea re timidus consultaret, quid ageret, multitudo hominum, quae ibi erat, Arioma- 30 zen interfecerunt. deinde ipsi ⟨se⟩ dediderunt. Alexander autem eo interfecto reliquis ignouit. deinde diebus post paucis partem exer- 19 citus in Bactros Nautacen in hiberna praemisit, ipse cum reliquis Xeiniptam eiusdem rei causa concessit. ibi cum Sissimithre, qui

3 triduo | marcadam 6 marcadam 8 sogidianum 9 Bactrinam] baceriam 11 Ocetum 12 quaedam] quidam (per comp. scr.) 14 cuius] quorum | altitudo] multitudo 15 non minus] nominus | lacunam indicaui 17 expugnari] ex 'expugnare' corr. pr. m. | uidit de] uidro di 18 fortissumos] fortes summos | hosce 19 inpulsos] pulsos; corr. Reitzenstein 21 ⟨aditum⟩ inserui 22 repperent | nocte] noctu | deluxisset 23 id] at | opinionem 24 praecipitantes] ex 'peraecipitantes' corr. pr. m. 25 Daren ad Ariomazen] dare nadariobazanen 26 se dederet] redderet 27 impraetrare | Daren uti] dare nuti 28 significarent ariobazanes 29 habere 30 ariobaᶻxanen 31 se dediderunt] redierunt; corr. Reitzenstein 33 Bactros] ex 'bactcos' corr. pr. m. | hibernia 34 concessit. ibi] concessit. Tibi | Sissimithre qui] sis·sime requi [inter 'sis' et 'sime' spatium unius litterae uacuum]

fol. 107r ‖ more barbaro e matre sua duos ‖ filios et tres filias produxerat,
20 foedus fecit. deinde hieme exacta exercitum ⟨ad⟩ Dahas duxit [quo].
Stiphamenes ex eo loco ob hanc causam non profugerat, quod uxorem
quandam Bactrinam forma praecellenti, quam magnificabat, ibi habe-
5 bat. hanc in omnibus itineribus et laboribus secum ducebat. ea
cum Alexandri aduentum audisset, negat se ex oppido exituram;
deinde post uirum multis precibus orare coepit, ut Alexandri fidei
21 se traderet, at ille noluit. id ubi impetrare non potuit, in conuiuio
eum coegit, ut poculum biberet, eumque defessum somno dedit. at
10 ubi silentium esse sensit, de lecto surrexit et puluinar uiro a
capite subduxit. ita gurgulione extenso caput a corpore gladio
abscidit et ita cum uno seruulo porta progressa ad Alexandrum
22 in castra deuenit. eam custodes ad regem deduxerunt decoram
fol. 108a ‖ ornatu ac formae dignitate, ⟨etsi⟩ ‖ cruenta erat. at ubi Alexan-
15 der repente conspicatus est multimodisque admiratus, quae esset
23 uel quid uenisset, tum illa caput uiri extulit. tum rex exclama-
uit: 'o piissime Stiphamene, tandem poenas pro sceleribus pepen-
disti!' deinde mulieris manum adprehendit gratiasque egit. ne-
que quicquam honoris habuit, ne existimaretur ob eius formae cupi-
20 ditatem fecisse. quod ubi factum Dahae Stiphamenen occisum audi-
erunt, Cattenen et Dataphernen conprehensos ad Alexandrum addux-
24 erunt. ideo Alexander exercitum in oppidum ducere noluit. deinde
Alexander ex eo loco profectus est. cum iam tertium diem iter
faceret, repente nocte caelo obducta niuis multitudo terram contexit;
25 deinde undique uis uentorum cum turbinibus maximo cum caeli
fol. 108r ‖ strepitu creberrimisque cum fulgoribus ‖ exorta est, ut omnia
25 euerti ac perturbari uiderentur. cum frigore omnis humor terrae
coiret ac glaciesceret, ut tabernacula ac uestimenta militum rigida
obdurescerent, eum laborem aliquandiu Macedones perpessi sunt. at
30 ubi frigus augescit ac uis tempestatum non intermittitur, ad quos
26 quisque potuit uicos ac uillas passim profugit. partim se ad arbores
adplicabant, nonnulli sub rupes atque inpendentia saxa confugiebant.
alii cum ex equo descendere conarentur, ob torporem nequibant ac
uestigio se mouere non poterant. tum si qui cubuerat, cum exsur-
35 gere conaretur, ueste concreta ad terram haerebat, ut neque in ma-
nibus arma habere possent, ita ut uento differrentur, [ut] neque
27 quisquam se neque alterum adiuuare posset. huius ui tempestatis
miserrima morte ad hominum XXX milia, iumentorum IIII milia

1 sua] rua 2 ⟨ad⟩ addidi | Dabas] daaeas | [quo] deleui 8 con-
uiuio] conuiuium 12 portam 13 decoram] quorum; corr. Schwartz
14 ⟨etsi⟩ suppleui 15 multis modisque 19 ob] ab | formae] 'forma'
corr. ex 'forme' pr. m. 20 Dahae] danaide | stephamenen 21 cat-
tane | adduxerunt] corr. ex 'addexerunt' pr. m. 24 obducto 28 co-
hiret 30 intermittit 33 equo] eo quo 34 ex[s]urgere 36 diffe-
rentur | [ut] deleuit Reitzenstein 37 alteri | adiuuari | uis 38 at

perierunt || consumpti; praeterea multi, qui aut corporis dolore || fol. 109a
aut aliqua parte membrorum debilitati essent, in castra reuerteban-
tur. deinde iter coeptum ad † Gaesetas perseuerare intendit. huic 28
in itinere satrapes quidam Chorienes obuiam uenit. cum eo amici-
tiam fecit. isque cum Alexandrum hospitio apud se accepisset, in 5
conuiuium filias duas uirgines ⟨cum⟩ ceteris amicorum filiis uirgini-
bus saltatum introduxit. in his fuit Oxyatris filia Roxane omnibus 29
formosissima, cuius aspectu captus Alexander in cupiditatem adduc-
tus est. tum quaesiuit, quis ea aut cuius filia esset. ⟨inueniebat⟩
Oxyatris, eius qui ibidem cenabat, esse. tum poculum prehendit 10
deosque conprecatus haec dicere coepit: multa multis insperantibus
obtingere solere; multos reges ex captiuis procreatas filias suas ad 30
exteras gentes nuptum misisse et ita communicatione facta ami-
citias firmasse. || 'quare' inquit 'neque Macedones uobis genere || fol. 109r
antestare neque uos, si uicti in amicitiam uenissetis, adfinitate in- 15
dignos ducerem. hoc cum ego, idem quoque ut ceteri faciant Mace-
dones curabo.' his uerbis amicos cohortabatur et sibi quisque in 31
conuiuio uirginem matrimonio iunctam abduxit. quod factum Ox-
yatres ceterique barbari magno opere gauisi sunt. his rebus gestis 32
Alexander in agrum † Beionem profectus est. castra praeterit et 20
† Oxurum flumen transit. deinde stadia XXX per loca sola exerci-
tum transduxit, ut Indiam uersus iter faceret. peruenit † Drapim.
huic rex † Arines cum liberis maximoque commeatu obuiam uenit,
quem exercitui diuisit, ipsique Alexandro plurimam uestem bar-
baricam et equorum tria milia et argenti talentum L milia adpor- 25
tauit. cum ab eo quaereret Alexander, quid || uellet, Indus re- || fol. 110a
spondit: 'tuam' inquit 'magne rex amicitiam.' Alexander dixit: 33
'pater' inquit 'uester moriens hanc pecuniam tradidit eamque ego
uobis condono. equis in bello utar. uos nostri memineritis; officium
hoc erit uestrum.' hinc progressus † per Phuten, quod abest ab 34
India dierum VIIII uia. tum id hi, qui trans flumen habitabant, ubi 31
uident Alexandrum aduenisse, gauisi sunt. primum Iouis filium .....
alterum Herculem, tertium Alexandrum uenisse commemorabant.
id rex gauisus fluuium transit et ducibus sumptis ad flumen Indum
peruenit. ibi naues aedificare iussit exercitumque transportauit. ipse 35
cum equitatu et leui armatura secundum flumen antecessit; Cratero 36
cum reliqua copia ut sequeretur imperauit. deinde ad oppidum pri-

4 Chorienes] corianus 5 isque] in ras. 6 ⟨cum⟩ addidi
7 saltatum] salutatum | oxiatris 9 ⟨inueniebat⟩ addidi 10 oxia-
tris | qui] ex 'quae' corr. pr. m. 11 conprecatus] 'conprecatos' ex 'con-
precatus' corr. pr. m. (sic) | insperantibus] sperantibus; corr. Reitzen-
stein 12 captiuis] captuis | procreatos 13 factas 14 neque] ne-
que ~~neque~~ 16 ut] ut ut 17 et] uti | quisque] quique 18 oxiatres
22 transduxit] ex 'trancduxit' corr. pr. m. 23 rex] raex | commeatu]
comitatu 24 ipsi] ipse; corr. Reitzenstein 25 talenta 26 idus
31 uia · tum id hi] uiatum · et hi 32 lacunam statui

mum Indiae Silicem cum accederet, ex oppido armati exierunt. hos
effugatos intra portam redigit. postea exercitum eorum consecutus
fol. 110r || est. || oppidum expugnauit puberesque omnes, ut metum iniceret,
occidit. inde progressus ad oppidum praecinctum uenit. ibi obsidi-
36 bus acceptis praesidium collocauit. ex eo protinus ⟨progressus⟩
6 CCXXX stadia per agrum Nysaeum peruenit ad oppidum Nysam
inprudentibus Nysaeis. oppidani ubi id senserunt, legatos ad eum
maiores natu pacificatum miserunt hisque placuit in deprecando regi
demonstrare, quem ad modum Liber Pater, cum perambulasset, oppi-
10 dum Nysam et ciuitatem Nysaeorum, hominum L milia, consti-
tuisset, montemque procul ostendunt, quem ille ex progenie sua
Meron appellasset, quantaque amoenitate esset demonstrauerunt.
37 deinde simul omnes flentes, ne Liberi Patris monimenta ac beneficia
tolleret, obsecrare coeperunt, hisque Alexander oppidi libertatem
15 suaque omnia reddidit Augypemque imperio praeficit. eumque Alex-
fol. 111a || ander petit, ut uiros bonos centum electos || secum mitteret.
38 Augypes respondit nullam ciuitatem stare posse, ex qua optimi C ab-
ducti essent. 'si nos' inquit 'uis saluos, potius inprobissimos abduc
ducentos.' id Alexandro ridiculum et uerum uisum est. deinde et
20 Meron ascendit. totus ager aqua abundabat et omnium generum
39 arborum feracissimarum [et] ubertate erat repletus. inde pro-
fectus Cordiaeos montes transit. ad satrapeam Assacanam deuenit;
deinde ad oppidum Mazaga accessit, in quo regnauit Mesagenus,
cuius post mortem mater Cleopis cum eius filio patrium imperium
25 obtinebat [in quo]. regis frater Amminais mercennariorum VIIII milia
introduxerat in ciuitatem. cohortatus contra Alexandrum armauerat.
[pugna Indorum et Alexandri. Alexander et rex Indorum Aminais
40 in]. oppidum in circuitu XXXV [milia] ⟨stadium⟩ murus ex saxo cinge-
fol. 111r || bat fossaque erat uasta munitum. hoc || Alexander militum co-
30 rona circumdata oppugnare intendit. hic dum ipse circum moenia ade-
quitans suos hortatur, repente a muro missa sagitta crure sinistro
percussus est. id telum postquam euolsum est, uis magna san-
guinis secuta est. neque eo magis male adfectus proelio discessit.
deiecto uulnere eoque magis magisque .... milites hortatur, testu-
41 dines[que] ac turris ut ad murum appellant. tum Macedones eo cupi-
36 dius rege saucio scalis appositis oppido potiri nituntur. alii e tur-

4 praecinctum] procinctum | obsidibus] ex 'obsedibus' corr. pr. m.
5 ⟨progressus⟩ addidi 6 nyseum 8 pacificandum 10 nisaeorum |
constituisse 12 meroen 14 libertate 15 praeficit] praecipit
16 centum] ạcentum 17 quo 18 essent] sunt 20 meroen 21 [et]
deleuit Reitzenstein | iḍnde [sed littera prior d expuncta est et eluta]
22 Assacanam] saganam 23 Mazaga] mazanam 25 [in quo] deleui |
mercennariorum] ex 'mercennarium' corr. pr. m. 26 ciuitate | cohor-
tatus] ex 'cohortatur' corr. 27—28 [pugna ... in]] deleui 28 [milia]
it
deleui | ⟨stadium⟩ addidit Reitzenstein 30 adaequans 34 lacunam
i
statuit Reitzenstein 35 [que] deleui | appellent 36 nutuntur | alię‿turrib;

ribus tela tormentis concitata in defensores mittunt, alii machinationes ad murum applicant. id ubi Cleopis animaduertit turris tanta multitudine ad oppidum accurrere uimque tantam[que] telorum tormentis missorum re inuisitata pertimuit. credit ea saxa neruis missa (4) † scorpionis catapultas arcu extensas uolare. cum || tantis uir- (|| fol. 96a) (42) tutibus hostes esse putaret, Ariplicem ceterosque amicos conuocat; cohortatur, ut oppidum Alexandro dedant. mercennarii contra reclamantes impedire ac seditionem facere coeperunt. postero die Cleopis clam legatos ad Alexandrum ⟨de⟩ deditione mittit oratum, uti ignos- (9) ceret ipsis; ui conductorum adactos. quae fecerunt referri id mer- (43) cennarii suspicati de suo numero ad Alexandrum legatos miserunt oratum, uti ex oppido exire suaque exportare liceret. his utrisque quod postulauerunt concessit. illi cum uxoribus liberisque et cum impedimentis porta foras exierunt et ab oppido haud longe consederunt. postero die Alexander copias expeditas ad eos ducere (15) coepit pronuntiauitque, ut omnes interficerentur. illi ubi quid age- (44) retur senserunt, || inpedimentis in medium collectis ipsi armati (|| fol. 96r) circumsteterunt parati aut iniuriam refutare aut pro uxoribus ac liberis mortem fortiter obire. simul clamare coeperunt Alexandrum in fide non manere. Alexander dixit se ex oppido ex- (20) eundi, non abeundi potestatem fecisse. itaque impressione facta (45) † multi diu paucosque resistentes acerrimo certamine aegre superatos omnes interfecerunt. deinde ad oppidum reuersionem fecerunt. eis obuiam uenit Cleopis cum populi principibus ac nepote paruo, prae se uelatas uerbenas ac fruges supplicii signa portantes. tum (25) Alexandro facies mulieris pulchra uisa est. erat enim statu ac dignitate ea, ut ⟨haud⟩ ignobili loco orta atque imperio digna uideretur. deinde Alexander cum paucis in oppidum introiit ibique || com- (|| fol. 97a) plures dies commoratus est. hinc profectus † Bagasdaram oppidum (46) deuenit, quod dicebatur Hercules expugnare non potuisse. hunc ubi (30) barbari conspexerunt, in montem Auernum confugerunt, cui circuitus stadium XVII [milia] erat in summo uertice. hic plenissimus omnium generum auium, quae uoces imitarentur hominum [psittaci erant multi]. eum cum montem Alexander adire conaretur, barbari (47) e loco superiore dictitabant, si Alexander se fortiorem quam Her- (35) culem putaret. itaque Alexander exercitum cohortatus ad montem adduxit. ipse primus maximo cum labore ac periculo uersari ....

1 machinationes] machinationib; [littera b ex 's' corr.] 2 adnimaduertit [sed prior littera d eluta] 3 accurrere] occurrere | [que] deleui 5 extensas] ex 'extensus' corr. pr. m. 9 ⟨de⟩ inserui | deditionem 10 ipsis; ui] ipsi sui | conductorum] conductorem; corr. Reitzenstein | adactos] adactus; corr. Reitzenstein | que | referri] referre 18 refutari 20 fidem | exundi 21 abeundi] habeundi; corr. Keil | impresione 22 multidiu | a[illegible]cerrimo 24 princibus 25 suppliciis igne 27 ⟨haud⟩ suppleui | ignobili] innobili 31 cuius 32 stadia | [milia] deleui | erant 33 psitaci — [psittaci erant multi] deleuit Reitzenstein 36 cohortatur 37 lacunam statui

mum Indiae Silicem cum accederet, ex oppido armati exierunt. hos
effugatos intra portam redigit. postea exercitum eorum consecutus
fol. 110r || est. || oppidum expugnauit puberesque omnes, ut metum iniceret,
occidit. inde progressus ad oppidum praecinctum uenit. ibi obsidi-
36 bus acceptis praesidium collocauit. ex eo protinus ⟨progressus⟩
6 CCXXX stadia per agrum Nysaeum peruenit ad oppidum Nysam
inprudentibus Nysaeis. oppidani ubi id senserunt, legatos ad eum
maiores natu pacificatum miserunt hisque placuit in deprecando regi
demonstrare, quem ad modum Liber Pater, cum perambulasset, oppi-
10 dum Nysam et ciuitatem Nysaeorum, hominum L milia, consti-
tuisset, montemque procul ostendunt, quem ille ex progenie sua
Meron appellasset, quantaque amoenitate esset demonstrauerunt.
37 deinde simul omnes flentes, ne Liberi Patris monimenta ac beneficia
tolleret, obsecrare coeperunt, hisque Alexander oppidi libertatem
15 suaque omnia reddidit Augypemque imperio praeficit. eumque Alex-
fol. 111a || ander petit, ut uiros bonos centum electos || secum mitteret.
38 Augypes respondit nullam ciuitatem stare posse, ex qua optimi C ab-
ducti essent. 'si nos' inquit 'uis saluos, potius inprobissimos abduc
ducentos.' id Alexandro ridiculum et uerum uisum est. deinde et
20 Meron ascendit. totus ager aqua abundabat et omnium generum
39 arborum feracissimarum [et] ubertate erat repletus. inde pro-
fectus Cordiaeos montes transit. ad satrapeam Assacanam deuenit;
deinde ad oppidum Mazaga accessit, in quo regnauit Mesagenus,
cuius post mortem mater Cleopis cum eius filio patrium imperium
25 obtinebat [in quo]. regis frater Amminais mercennariorum VIIII milia
introduxerat in ciuitatem. cohortatus contra Alexandrum armauerat.
[pugna Indorum et Alexandri. Alexander et rex Indorum Aminais
40 in]. oppidum in circuitu XXXV [milia] ⟨stadium⟩ murus ex saxo cinge-
fol. 111r || bat fossaque erat uasta munitum. hoc || Alexander militum co-
30 rona circumdata oppugnare intendit. hic dum ipse circum moenia ade-
quitans suos hortatur, repente a muro missa sagitta crure sinistro
percussus est. id telum postquam euolsum est, uis magna san-
guinis secuta est. neque eo magis male adfectus proelio discessit.
deiecto uulnere eoque magis magisque .... milites hortatur, testu-
41 dines[que] ac turris ut ad murum appellant. tum Macedones eo cupi-
36 dius rege saucio scalis appositis oppido potiri nituntur. alii e tur-

4 praecinctum] procinctum | obsidibus] ex 'obsedibus' corr. pr. m.
5 ⟨progressus⟩ addidi 6 nyseum 8 pacificandum 10 nisaeorum |
constituisse 12 meroen 14 libertate 15 praeficit] praecipit
16 centum] àcentum 17 quo 18 essent] sunt 20 meroen 21 [et]
deleuit Reitzenstein | idnde [sed littera prior d expuncta est et eluta]
22 Assacanam] saganam 23 Mazaga] mazanam 25 [in quo] deleui |
mercennariorum] ex 'mercennarium' corr. pr. m. 26 ciuitate | cohor-
tatus] ex 'cohortatur' corr. 27—28 [pugna ... in]] deleui 28 [milia]
it
deleui | ⟨stadium⟩ addidit Reitzenstein 30 adaequans 34 lacunam
i
statuit Reitzenstein 35 [que] deleui | appellent 36 nutuntur | alię turrib;

ribus tela tormentis concitata in defensores mittunt, alii machinationes ad murum applicant. id ubi Cleopis animaduertit turris tanta multitudine ad oppidum accurrere uimque tantam[que] telorum tormentis missorum re inuisitata pertimuit. credit ea saxa neruis missa 4 † scorpionis catapultas arcu extensas uolare. cum ‖ tantis uir- ‖ fol. 96ᵃ tutibus hostes esse putaret, Ariplicem ceterosque amicos conuocat; 42 cohortatur, ut oppidum Alexandro dedant. mercennarii contra reclamantes impedire ac seditionem facere coeperunt. postero die Cleopis clam legatos ad Alexandrum ⟨de⟩ deditione mittit oratum, uti ignosceret ipsis; ui conductorum adactos. quae fecerunt referri id mer- 43 cennarii suspicati de suo numero ad Alexandrum legatos miserunt oratum, uti ex oppido exire suaque exportare liceret. his utrisque quod postulauerunt concessit. illi cum uxoribus liberisque et cum impedimentis porta foras exierunt et ab oppido haud longe consederunt. postero die Alexander copias expeditas ad eos ducere 15 coepit pronuntiauitque, ut omnes interficerentur. illi ubi quid age- 44 retur senserunt, ‖ inpedimentis in medium collectis ipsi armati ‖ fol. 96ʳ circumsteterunt parati aut iniuriam refutare aut pro uxoribus ac liberis mortem fortiter obire. simul clamare coeperunt Alexandrum in fide non manere. Alexander dixit se ex oppido ex- 20 eundi, non abeundi potestatem fecisse. itaque impressione facta 45 † multi diu paucosque resistentes acerrimo certamine aegre superatos omnes interfecerunt. deinde ad oppidum reuersionem fecerunt. eis obuiam uenit Cleopis cum populi principibus ac nepote paruo, prae se uelatas uerbenas ac fruges supplicii signa portantes. tum 25 Alexandro facies mulieris pulchra uisa est. erat enim statu ac dignitate ea, ut ⟨haud⟩ ignobili loco orta atque imperio digna uideretur. deinde Alexander cum paucis in oppidum introiit ibique ‖ com- ‖ fol. 97ᵃ plures dies commoratus est. hinc profectus † Bagasdaram oppidum 46 deuenit, quod dicebatur Hercules expugnare non potuisse. hunc ubi 30 barbari conspexerunt, in montem Auernum confugerunt, cui circuitus stadium XVII [milia] erat in summo uertice. hic plenissimus omnium generum auium, quae uoces imitarentur hominum [psittaci erant multi]. eum cum montem Alexander adire conaretur, barbari 47 e loco superiore dictitabant, si Alexander se fortiorem quam Her- 35 culem putaret. itaque Alexander exercitum cohortatus ad montem adduxit. ipse primus maximo cum labore ac periculo uersari ....

1 machinationes] machinationib; [littera b ex 's' corr.] 2 adnimaduertit [sed prior littera d eluta] 3 accurrere] occurrere | [que] deleui 5 extensas] ex 'extensus' corr. pr. m. 9 ⟨de⟩ inserui | deditionem 10 ipsis; ui] ipsi sui | conductorum] conductorem; corr. Reitzenstein | adactos] adactus; corr. Reitzenstein | que | referri] referre 18 refutari 20 fidem | exundi 21 abeundi] habeundi; corr. Keil | impresione 22 multidiu | a≶cerrimo 24 princibus 25 suppliciis igne 27 ⟨haud⟩ suppleui | ignobili] innobili 31 cuius 32 stadia | [milia] deleui erant 33 psitaci — [psittaci erant multi] deleuit Reitzenstein 36 cohortatur 37 lacunam statui

paulatim scandentes. cum multi utrimque interirent, locum summum ac planitiem penetrauit et ita uictoria potitus omnes interfici
fol. 97r || iussit. postquam haec transegit, XVI. die ad Indum flumen || re-
48 uersionem fecit: offendit naues aedificatas, ut imperauerat, magnum-
49 que commeatum ab Hephaestione comparatum. ultra id flumen
6 quidam Mothis, Taxili filius, qui iam patre uiuo Alexandri amicitiae ob eius res gestas cupidus fuisset, patre mortuo legatos ad Alexandrum misit iterum, qui renuntiarent, quid uellet, utrum se regnum paternum obtinere, an aliquem missurus esset. id ubi Alex-
10 ander audiuit, animum eius ac sententiam singularem admiratus est. Mothis autem neque nomen mutare neque uestem regiam uolebat
50 sumere itaque Alexandri aduentum expectabat. deinde Alexander commeatu militibus dispertito exercitum in nauis onerauit flumenque
14 transportauit. id ubi Mothis audiuit Alexandrum aduenisse, libens
51 cum exercitu ac elephantis profectus est. hunc ubi Alexander
fol. 98a || agmine conferto || obuiam uenientem conspexit, ueritus est, ne hostis aduentasset. continuo pronuntiare iussit, ut milites armarentur et ita armati sub signis loco suo irent. hoc tumultu metu commoti Macedones taciti in loco constiterunt. id ubi Mothis intellexit,
20 iussit suos consistere atque hastas erigere, ipse solus adequitans
52 longe antecessit. [item] Alexander ubi id uidit, item contra suos antecessit solus soli parem se existimans. ibi Alexander et Mothis, rex Indorum, qui postea Taxiles appellatus est, pacem fecerunt. deinde congressi dextras dederunt et amicitiam fecere. deinde ex-
25 ercitum atque equitatum omnem et elephantos LVIII et argenti talenta DC, tauros infulis uelatos . . ., multa praeterea uasa aurea et argentea et uestimenta omnis generis compluraque animalia sil-
fol. 98r || uestria inusitata Ale || xandro tradidit. his acceptis Alexander
53 cum quae causa fuisset exercitum comparandi . . . quoniam id ⟨in⟩
30 animo habuisset quod uoluerat ut faceret. at Alexander eum interrogauit, num quis ei finitimus molestus esset. ille respondit trans flumen [esse] duos reges sibi bellum parare; alterum in montibus
54 habitare, Porum autem in campo secundum flumen imperare. Alexander autem pro eius bonitate animi ei gratiam restituit dixitque
35 uti regnum paternum obtineret, nomenque mutare iussit Taxilemque eum appellari. tunc deinde ad fluminis ripam cum Taxile accessit uiditque hostium copias in campis passim secundum fluuium consedisse. cum ⟨a⟩ Taxile quaereret, quid copiarum in castris esset, inuenit Porum LXXXV elephantos habere, quadrigas CCC, pedita-

2 ac] ad 4 offendit] inde 5 ephestione | comparatum] comparauerat 6 motis | amicitiam 8 iterum] oratum | renuntiarent] ei nuntiarent 11 motis 13 honerauit 16 conserto [ut uidetur] 17 aduentasset] aduentus esset 21 [item] deleui 26 numerus excidit: in codice spatium septem litterarum uacuum relictum est 29 cumque | lacunam indicaui | ⟨in⟩ addidi 31 quis] corr. ex 'quid' pr. m. 32 [esse] deleui 38 ⟨a⟩ addidi 39 peditatum] peditum

tum XXX milibus ampliorem; ipsum Porum cubita V esse altum. 55
ea cum || Taxiles narrasset, ille studio incensus nihilominus, || fol. 99a
qua flumen transiret, cogitabat. non multis post diebus Abissares
fratrem suum legatum ad Alexandrum de amicitia misit. cum hoc
Alexander Nicoclen et alterum ad Porum, Cleocharen, legatos remisit, 5
qui ab utrisque stipendium et obsides postularent. simul Poro iubet
dici, ut ad fines sibi praesto sit. Abissares legatum remittere no- 56
luit, Porus autem ubi audiuit, ira commotus Cleocharen caesum
plagis uulnerauit. simul et epistulam conscriptam tradidit hoc ex-
emplo: 'Rex Indorum Porus Alexandro dicit: quisquis es — nam te 10
audio Macedonem esse — procul, opinor, abesse satius est et alias
miserias spectare, non alteri inuidere. Porus ad hoc tempus inuictus 57
dicitur. Darius me non commouet. proinde, stulte, noli imperare.
sed infer modo hostilem pedem || in meum agrum et cog- || fol. 99r
nosces me Indorum regem esse, mihi autem dominum neminem nisi 15
Iouem. et per ignem magnum rectorem caeli Porus iurat: si quem
tuorum in meo agro deprehendero, eius sanguine meam hastam
cruentabo ac tua bona seruis meis diuidam; nam mihi diuitiae super-
sunt. unum id quod iubes faciam: ut tibi armatus ⟨in⟩ confiniis
praesto sim.' hac epistula perlecta incensus Alexander dicit quibus- 58
dam coactis cohortibus ac turmis, ut confestim sequerentur. apud 21
exercitum reliquit Attalum quendam Macedonem non dissimilem sui
eique imperauit, ut suam chlamydem atque ornamenta regia sumeret
et interdiu identidem ad fluminis ripam cum comitatu accederet.
imperat Cratero, cum se trans flumen conspexisset, exercitum ut 59
transportaret. || ipse cum delecta copia prima nocte secundum || fol. 100a
amnem circiter stadia CL progressus in loco deserto ac siluestri 27
quodam consedit. ibi follibus inflatis ac materia multa deiecta copias
flumen transduxit. deinde expeditos ad hostem ducere coepit. tunc
Craterus, qui castris praeerat, ubi uidit, ipse quoque flumen in his 30
nauibus, quarum copiam habuerat, ac ratibus exercitum transpor-
tauit. Porus ubi repente duos exercitus uidit, commotus proelium 60
cum Alexandro committere intendit. interim Craterus descensione
facta impetum ex altera parte dat. ita ancipiti periculo Pori copiae
cum urguerentur, fugae se mandauit. Alexander imperat his, quos 35
hippotoxotas dicunt, sagittas in Porum uti conicerent, ceteris par-
cerent. ille ubi eorum multitudinem ire ad se uidit, cum ipse in
elephanto ..... instaret, ne se hosti || dedere cunctaretur, manus || fol. 100r

1 milibus] milia 2 supra 'narrasset' scripsit pr. m.: 'uel — ret' 3 Abissares] abissa rex 5 nicoclen [litterae 'co' in corr. et ras. ex parte] 7 Abissares] abissa rex 8 Cleocharen] ex '—em' corr. ut uidetur 10 te] ut 12 inuideri 14 meum] medium 19 ⟨in⟩ inseruit Volkmann | confiniis] confinis; corr. Volkmann 20 quibusdam] quibus 21 cohactis 23 clamidem | sumeret] sumat 24 ad] a | commeatu 26 ipse cum] ipse secum 35 arguerentur 36 in Porum] imporum | coni⫺cerent [fuit 'c' in ras. ut uidetur] 38 lacunam statuit Reitzenstein | cunctaretur] conaretur

61 ambas alte uitam deprecans sustulit. ita fine facta elephantos atque iumenta exercitumque Alexandro tradidit, de se ipso ut animo regio consuleret, obsecrare coepit. Alexander ita facturum pollicitus est fecitque, nam non modo ei suum regnum reddidit, sed et alias
5 quoque finitimas regiones eius regno attribuit. eo proelio de exercitu Pori XII milia ceciderunt, elephanti LXXX; de Alexandri
62 pedites DCCCC, equites CCC occisi, saucii multi facti; item[ere] equi occisi multi, in quibus equus Alexandri nomine Bucephalus occisus est, quo equo omnibus proeliis semper uicerat. igitur in eo loco
10 oppidum eo cognomine condidit, quod nunc Bucephala nominatur. post, ut solitus erat, mortuos sepeliri iussit suos atque hostium for-
63 tissimos. hac pugna Alexander cogitabat ad ultimos fines Indiae
fol. 101ᵃ ‖ atque Oceanum penetrare, ut, cum inde redisset, ‖ ad mare Rubrum atque ad Atlanticum mare [ut] deueheretur. eius rei causa
15 multas naues aedificare iussit. itaque XXXIII diebus nauis prima
64 perfecta est. interim ⟨Poro⟩ postquam ex uulneribus melius factum est, eum ad se accersiri iussit. ille ubi uenit, petiit ab eo, ut suum in agrum proficisceretur. 'uti' inquit 'patriam tuam o magne Alexander uideam? dimidium uitae amittere uelim, ut me ⟨ne⟩ tui
20 ciues captiuum uideant. immortalis fieri nolo; si me exempli causa deportare uis, habes potestatem deportandi mortuum.' huic Alex-
65 ander denegauit contra uoluntatem suam facturum. interim ab rege Abissare, legati uenerunt, qui eum omnia facturum, quae imperasset, dicerent, praeterquam ut in conspectum ueniret. eo Alexander ex-
25 ercitum duxit eumque subiugauit. deinde protinus cetera oppida
66 adit. multa ui subegit ⟨et⟩ cepit, partem obsidibus acceptis stipen-
fol. 101ʳ ‖ dium exegit, cum aliis pacem fecit. ita ‖ progressus peruenit ad oppidum, in quo Sophes regnabat. hic cum multis muneribus obuiam uenit Alexandro. in his canes maximos fortissimosque do-
30 nauit. horum cum uirtutem ostendere regi uellet, in clusum quendam locum intromisit leonem. deinde canes admisit duo. cum leonem ad terram datum urguerent, interim cani crus ferro abscidi praecepit, cum ille neque uocem mitteret neque leonem ideo magis amitteret. ita dentibus appressis eo usque tenuit, dum anima et
67 sanguis ipsi crure secto omnis effluxit. horum uirtutum causam
36 cum rex quaereret, Sophes tigrim esse quandam bestiam dixit ⟨eam⟩que in his locis formidolosissimam mirabili cum uelocitate

5 finitimas] finium 6 XII] $\overset{\text{II}}{\text{XX}}$ 7 saucii] sautiati | facti] corr. ex 'fecti' pr. m. | item equi] temere equi; corr. Reitzenstein 9 uicerant [sed littera 'n' eluta est] 10 bucephalum 13 ut] et | cum] eum; corr. Keil | redisset] pedisse; corr. Keil 14 ad Atlanticum mare] ad adlanticum montem mare | [ut] deleui 16 ⟨Poro⟩ suppleui 17 suum] secum 18 agro 19 ⟨ne⟩ inserui 23 Abissare] abissa 26 ⟨et⟩ addidi 30 inclusum 34 admitteret | oppressis | et sanguis] e sanguinis 35 crure] ex 'cruce' corr. ut uidetur 36 tigrem 37 ⟨eam⟩ addidi | que] quae

ac uiribus esse. ob celeritatem id nomen esse impositum. ideo Persas sagittas tigres uocare eademque causa flumen Tigrin appellari, quod hic rapidissimus || esset omnium fluminum. his canes ||fol. 102ª feminas solere noctu in siluis alligatas relinqui hasque ab ea bestia partim interfici partim iniri et quod inde natum esset, eum fetum 5 canum multo acerrimum esse demonstrauit. hinc progressus per- 68 uenit in regnum Phegi. is quoque cum multis donis obuiam uenit. deinde cum eo prodit ad flumen Hyphasin, qui fluit ⟨apud⟩ oppidum, quod dicitur Alta Sacra, [a] latitudine stadiorum VI [milia]. tum rex a Phege quaerere coepit, quid trans esset. inueniebat ab 10 eo flumine XII dierum per solas terras .... flumen † ab rege Gangen latum stadiorum XXX; trans habitare Prasios et Gangaridas, quorum rex † Sacram CC ⟨milia⟩ peditum, XX equitum coegisset, quadrigarum II ⟨milia⟩ comparasset. praeterea elephantorum 14 habere .... CLXXX. id rex usque eo non credidit, donec a Poro 69 eadem omnia percontando repperit. re cognita || aras conplures ||fol. 102ʳ secundum fluuium constituit turresque aedificare iussit, quae signa suae militiae forent. hinc re diuina facta fossas pro castris maiores lecticarumque uestigia ampliora, quam hominis status postulabat, scutaque omnium generum maiora frenosque item equorum ampliores, 20 quam usus postulabat, fieri atque in castris † pauca relinqui iussit. ipse ad flumen Acesinem reuersionem fecit. ibi naues quas Porus 70 ac Taxiles aedificauerunt, offendit, biremes DCCC, penarias CCC, hasque commeatu et militibus onerauit. interim filius Alexandri ex Roxane moritur. hoc sepulto ac re diuina facta priusquam ad Ocea- 25 num proficisceretur, Porum et Taxilem in gratiam reduxit eosque inter se affinitate coniunxit. deinde classe uelis discoloribus passis flumine secundo deuehi coepit. ubi ad Eleumezen cum classe uenit, exercitum trans flumen || exposuit. interim Indorum philo- ||fol. 103ª sophi, qui in his regionibus habitabant, qui amiculo duplici contenti 71 reliquo uestitu carebant, litteras Alexandro hoc exemplo miserunt: 31 'Indorum philosophi Alexandro Macedoni. auditum est te ab amicis 72 induci, nostris ut regionibus bellum inferas nobisque uti manus adferas, quibus nostrae modus uitae ne in somnum quidem uenit umquam. quibus si ⟨nos⟩ obieceris, corpora modo nostra loco mouebis, 35 animos quidem neque deduces neque inuitos facere quicquam coges ui maxima. si humanus — humanus, inquimus, superas nosmet, 73

3 hic] his 6 accerrimum 8 Hyphasin] hidaspen | ⟨apud⟩ suppleui | oppidum] opido 9 altusacra; corr. Reitzenstein | [a] deleui | [milia] deleui 11 Gangen latum] gangelatum 12 Prasios] persidas | Gangaridas] candaras 13 CC ⟨milia⟩] CC 14 II ⟨milia⟩] II | compar esset 15 quaedam intercidisse uidentur 17 que 20 frenos] ex 'fcenos' corr. pr. m. 22 Acesinem] athesim 23 penurias 24 honerauit 27 classem | passim 31 parebant 32 macedono 34 somnium 35 ⟨nos⟩ inseruit Volkmann | obiecerit; corr. Keil | mouebis] modis 36 coges] cogi; corr. Keil 37 inquimus] inq | superas nosmet, tibi cedimus] super hos met insedimus; corr. Keil

tibi cedimus et corporis nostri partes superati mouemus, quarum per terram est potestas. quod uero diuinitus tributum est, id potissimum in manu deorum erit. nos, quae cara atque utilia in uita
4 esse putamus, ea damus operam ut cognoscamus hisque gratis ab-
74 utimur, quae ceteri possident. quae cum impensa consequi nequi-
fol. 103r || uerint, nos laudant libenter. neque nos || Graecorum philosophorum modo, qui uerbis ualent, sumus similes. apud nos digna uerba factis, ⟨facta⟩ similia uerbis existunt. itaque maximum pretium accipimus, quod ueritatem ac libertatem habemus antiquis-
10 simam. noli igitur studere uim adhibere his, quibus inuitis adimere nihil potes. haec si contra tendes, iniustus atque alienus uirtute
75 uidebere, quam uiri boni colunt studiose.' his litteris commotus Alexander exercitum ad eas regiones ducere intendit, quo in loco hostium Oxydracarum ac Mallorum milia peditum consederunt C,
15 equitum XX milia. cum his paratus, ut confligeret acie, ex Macedonibus quidam catapulta telum tripedale misit. id accidit ut eorum imperatorem Sambum utrumque femur transfigeret, uti procedere
76 nequiret. id ubi barbari conspexerunt, perterriti ac fugientes se par-
fol. 88a || tim . . . . . in oppidum confugerunt. || hos persecuti Macedones
20 oppidum corona circumdata oppugnare adorti sunt. deinde Alexander scalas erectas ad murum ponit celeriterque eo cum tribus ascendit ac muro potitus protenus in oppidum desiluit. reliqui non
77 sunt subsecuti. quos ubi barbari conspicantes circumsteterunt, illi ad murum adplicati repugnantes multos occiderunt, plurimos sauci-
25 auerunt. multisque telis contra missis Leonnatus saucius fit femore dextro. Alexander item per loricam pectore aduerso stomachum ac caput uehementer ictus est. cum malo accepto in summis periculis uersaretur, Macedones portis refractis regi subsidio cucurrerunt
29 oppidanisque omnibus interfectis suos saucios in castra abstulerunt.
78 sed ubi Alexandro melius factum est, rebus, quas uoluerat, transactis
fol. 88r || Mallos atque Oxydracas, qui proelio || superfuerant, regi praedicto ⟨dicto⟩ audientes iussit esse. tum philosophos, qui in oppido erant deprehensi numero X — hosce adortus sic est: 'quandoquidem, Indi philosophi, uos hostes nobis esse declarauistis . . . . . me-
35 lius est enim animaduertere, quae dicam: unumquemque uestrum quod

1 superati] si partim 2 per terram] patriā [lineola fere erasa]; corr. Keil | est] esset; corr. Keil 3 nos quae] nosque | cara] cura 5 quaecum] quacum; corr. Volkmann 8 factis] facti | ⟨facta⟩ addidit Keil | existant 9 antiquissimum 11 potest | tendis 14 oxudracetanorum | metallorum 15 aciem 16 catapultam | trepidale: corr. Keil 17 femur] remus 18 se partim] separatim; corr. Reitzenstein 19 lacunam statuit Reitzenstein 20 adhortati 22 potitus] potius | oppido 25 Leonnatus] legatus | 'fit' paene euanuit 26 auerso | stomacum | ac] ad; corr. Keil 27 ictum | mali accepti 28 postis 29 socios 30 uoluerant 31 mallotas | oxidragas | proelio] pro illo; corr. Schwartz | superfuerant] suprafuerant; corr. Schwartz 32 ⟨dicto⟩ inserui 33 adortus] aduersus 34 declaruistis | lacunam indicauit Reitzenstein

interrogauero, ad id respondeat, ... ceteri moriantur.' deinde prin- 79
ceps eorum petiit, ut unicuique eorum responsum addere liceret. id
Alexander permisit. ut eorum principem eum interrogauit. Alex-
ander dixit: utrum mortuorum an uiuorum numerus esset maior.
Indus respondit: 'uiuorum. nam' inquit 'illis, qui nulli sunt, nullus 5
numerus potest esse.' Alexander dixit: marinae an terrenae bestiae
plures essent. Indus respondit: 'in terra' inquit 'ipsum mare con-
tinetur.' Alexander dixit: 'quae bestiarum sapientissima est?' Indus
respondit: 'ea ⟨quam⟩ quicquid hominum ⟨est⟩, quae sit, ⟨non⟩ 9
nouit.' || Alexander dixit: 'quam ob causam Sambo regi || fol. 89[a]
consilium dedistis, ut mecum bellum gereret?' Indus respondit: 'ut' 80
inquit 'aut honeste uiueret aut honeste moreretur.' Alexander dixit:
'utrum nox an dies prior natus?' Indus respondit uno die prius
diem quam noctem natum. deinde cum Alexander dubitaret, quid
interrogaret, animaduertit Indus et ait: 'dubitationem interrogandi 15
dubitatio solet respondendi sequi.' Alexander dixit: 'quid homo 81
debet facere, ut omnibus iocundus sit?' Indus respondit: 'si' inquit
'cum iocundus erit, dabit operam, ne acerbus esse uideatur.' Alex-
ander dixit: quo pacto ipse [potest] deus posset existimari. In-
dus respondit: 'si' inquit 'quod mortalium facere nemo potest, feceris.' 20
Alexander dixit, utrum plus mors an uita ualeret. Indus respondit:
'uita' inquit. 'ideo quod uita ex nullis, ut sint, facit, mors autem ex
his, qui sunt, ut nulli sint, efficit.' || Alexander dixit: 'quandiu || fol. 89[r]
utile est homini uiuere?' Indus respondit: 'adeo', inquit 'dum ipse 82
intellegit sibi utiliorem mortem esse quam uitam.' deinde Alex- 25
ander cum nollet suo iudicio quemquam perire, reliquus qui erat,
eum interrogauit, quis eorum, qui dixerant, uideretur deterrime re-
spondisse. simul interdixit, ne quid gratiae causa iudicaret. et ille 83
cum nollet suo iudicio quemquam perire, dixit alium alio deterrime
respondisse. Alexander dixit: 'uide sis' inquit 'omnes ⟨ne⟩ emo- 30
riantur et tu princeps, qui tam male iudicasti'. Indorum princeps:
'at' inquit 'Alexander, non est regium mentiri. tu dixisti: 'quem
de uobis iudicare iussero, si recte iudicarit, eum missum faciam'.
non igitur falsum, sed uerum iudicaui. non est enim aequum aliquem
nostrum meo iudicio damnari. neminem igitur nostrum ex tuo prae- 35
scripto perire conuenit. nam ne iniuria interficiamur, || non nobis, || fol. 90[a]
sed tibi est praeuidendum.' hos ubi Alexander audiuit, sapientes 84

1 ad id] uti | lacunam statuit Reitzenstein | moriuntur 6 bestiae] bestiae opes [a pr. m. supr. scr.] 9 ⟨quam⟩ suppleuit Reitzenstein | ⟨est⟩ suppleuit Reitzenstein | que | ⟨non⟩ addidi 14 diem quam noctem] noctem quam diem 18 aceruus 19 [potest] deleui | deos | posset] posse 20 fecerit 22 uita ex] uitae ex 26 reliqui | erant 27 eos 30 uide sis] uideri[s] | omnes] homines | ⟨ne⟩ inserui 32 quem] cum 33 iudicari | iudicarit] iudicari 35 iudicio damnari] iudicio ~~iudicari~~ damnari

esse existimans uestimenta dari ac missos fieri iussit. deinde exer-
citum in naues iussit conscendere et signo dato soluere iussit [unde
⟨ad⟩ Atlanticum ac Rubrum mare flumine Indo deuehitur]. cum
inde progressus aliquot dies nauigaret, uenit ad insulam Patala
5 quae appellatur †in ophiorum. in ea regione dextra fluminis †Bi-
gandar inest; habitant in sinistra †Mamalces. ab his commeatum
85 et duces propter latitudinem fluminis sumpsit. deinde diebus ali-
quot post deuenit in insulam desertam. iussit requiri, si quem loco-
rum possent non ignarum inuenire. ubi neminem inueniunt, deos
10 conprecatus ex insula profectus est. iamque stadia CCCC decucur-
rerant, cum repente auram marinam eius rei non inperiti senserunt.
fol. 90r ‖ spe salutis iniecta ‖ laeti regem .... atque inter se alius alium
86 hortari, ut remigarent, cum mare non longe abesset. deinde naues
ad ripam applicare iussit et, si quem locorum peritum ⟨inuenire pos-
15 sent⟩, quaerere iussit. diu cum quaesissent, quosdam agrestes in-
uentos ad regem adduxerunt. ei interrogati, quam longe nauigan-
dum esset, negauerunt se scire, sed tridui iter esse, dum ad aquam
commixtam peruenirent. tum intellectum est eos aquam marinam
demonstrare. animis libentibus properantes naues conscenderunt, ut
20 quam primum ad mare peruenirent. itaque post diem tertium fluc-
tus marinos conspexerunt et sitientes campos aqua salsa conpleri
uimque fluminis citatim supprimi senserunt — — — — — — —
87 — — — — — — — — — — — — — — — — — —
fol. 126a ‖ .... litterae ab Olympiade matre Alexandri afferuntur, in quibus
25 perscripserat iniurias Antipatri, qui praefectus in Macedonia erat
relictus, eumque inde nisi abduceret, adfirmauerat ire in Epirum
profugam. id cum Alexander aegre ferret, uoluit inimicitiarum mi-
nuendarum causa Antipatrum ad se accersire Craterumque in eius
88 locum submittere. Antipater suspicans criminationem factam et,
30 quod Alexandrum audierat fortuna secunda sublatum superbiorem
crudelioremque esse factum, sibi praemetuens iniit consilium, ut
Alexandrum interficeret, eique uenenum paratum in pyxidem ‖
fol. 126r ‖ ferream coniecit. hanc in ungulam mulinam ferro uinctam clu-
89 sit, ut uim ueneni continere posset. hanc filio Cassandro tradidit
35 remque edocet simulque dona regi, quae Babylonem portaret, dat prae-

2 naues] ex 'nauis' corr. pr. m. | uerba 'unde ... deuehitur' deleuit Reitzenstein 3 ⟨ad⟩ addidi | Atlanticum⟩ etlanticum 4 Patala] catacam 5 fluminis] flum̄ 10 iamque] namque | decucurrēr 11 inmeriti 12 spe] se | iniectae | lacunam statuit Reitzenstein 14 ⟨inuenire possent⟩ suppleui; in cod. exstat tantum 'esse' 16 ei] et 17 negauerunt] corr. ex 'nauigauerunt' | iter esse] interesse; corr. Reitzenstein 21 sitientes] redientes | aquam salsam 22 supprimi] supremi 24 litterae] in nomine dī summi rerum· litterae | olimpiade | quibus] 'qui —' in ras. a manu rec. 26 a(b)duceret [b add. a manu rec.] 27 profugum 30 superiorem 31 pretermetuens 32 pyxidem] lycasidem; corr. Schwartz 33 hanc in ungulam] hanc ·(in) ungulam 35 regi quae] regique

scribitque, cum ueniret, cum [illo] fratre minore Iolla, praeministro
Alexandri, uti colloqueretur et ita communi animo negotium trans-
igerent. interim Alexander cum aliquot dies Babylone esset ⟨et⟩ in **90**
meridiano tempore in cubiculo quiesceret, mulier quaedam rustica
in regiam uenit. haec monstrum, quod pepererat, secum inuolutum 5
attulerat. id erat huiusmodi figura: pars superior inguinum fine
puerilis, inferior circumdata bestiarum partibus prioribus, in quibus
erat una leonis, altera lupi, tertia pautherae, quarta canis, quinta apri,
ita ut tota figura simillima uideretur, cuiusmodi pingitur ⟨Scylla⟩. ‖ **91**
sed hae bestiae uiuebant, omne puerile corpus mortuum erat ‖ fol. 127[a]
ac liuidum. haec mulier cubicularios regis conuentos rogat, ut nun- 11
tient se eum de mirifica re conuentum uelle facere. id ubi Alexan-
dro nuntiatum est et uocata introiit, rogat, ut iubeat ... foras exire.
his summotis portentum regi ostendit ac se peperisse dicit. Alex- **92**
ander ubi id uidit, pertimuit. simul et magos Chaldaeosque fami- 15
liares conuocari iussit. IIII uenerunt; Philippus, qui aetate ante
ceteros antecedebat familiarissimusque erat regis, minus cito fuit
conuentus. deinde [fuit] Alexander iis, qui uenerunt, id prodigium
ostendit mortemque interminatus est, nisi omnia, quae ex ea re por-
tenderentur, sibi dixissent. tum illi responderunt ostentum pulcher- 20
rimum esse eumque, ut illud corpus humanum supernatum feris
bestiis esse, item eum nationes feras barbarasque esse omnium gen-
tium sub suam ‖ dominationem habiturum. haec ubi dixerunt, ‖ fol. 127[r]
foras abierunt. non multo post superuenit ille, quem supra scripsi- **93**
mus. haec ubi aspexit, maxima uoce conclamauit; simul et uesti- 25
menta sibi dilaniauit et manu utraque comam scindens regem tan-
tum ac talem hominem cum ⟨in⟩ extremo uitae fine uideret, lamen-
tatus est. haec ubi Alexander uidit, animo aduertit conturbatusque
est, sed tamen cohortatur, ut animo forti, quae uiderentur, diceret;
se hominem esse; quae fato acciderent mutari nequire. ille grauiter **94**
suspirans ait: 'o rex' inquit 'nihil ⟨est⟩, quod te in uiuorum numero 31
adnumeres, nam tuum corpus prope iam ex humanitate excessit.'
tunc interrogatus, qua ratione id diceret, respondit: 'o mortalium uir
summe, adtende, quae dicam. haec humana pars, quam uides, tu es;
bestiarum simulacra, quae uides, gentes sunt ferae ac barbarae, qui- 35
bus tu imperas. quae ‖ si humana pars uiueret, esset, ut tu ‖ fol. 112[a]
imperium in eas obtineres. sed ut hae bestiae humano generi sunt

1 cum ueniret] conuenire se | [illo] deleui | praemi[ni]stro 3 baby-
lonem | ⟨et⟩ addidi 5 peperat 9 pingitur] pinguitum, correxi sua-
dente Keilio | ⟨Scylla⟩ addidi 11 libidum | cubiculares | conuentos]
mutauit pr. m. in 'conuentus' (sic) 13 lacunam indicaui 15 magis |
cha[l]deosque 16 phippus 18 [fuit] deleuit Keil | is 19 quae]
que | prote[n]nderetur 27 ⟨in⟩ suppleui 28 aduertit] corr. pr. m. ex
'adurtit' 30 quae] que | facto | mutare: corr. Keil 31 ⟨est⟩ inserui
36 quae] qui 37 eos | sed ut] et [·ut·]

infestae, ita hi, quos circum te habes, sunt inimici breuique spatio
95 tua morte orbis terrae imperia commutabuntur.' haec ubi dixit,
foras excessit monstrumque secum, ut combureret, abstulit. tum
Alexander ait: 'o Iuppiter' inquit 'utinam conatus meos me perficere
5 passus esses! sed quoniam ita tibi uisum est, accipe me ut tertium
mortalem.' (his, ut uidetur, Liberum Patrem primum adnumerabat
immortalem factum, secundum Herculem, tertium se non minoribus
factis dignum deorum mensis dixerat). itaque post illa uitae diffi-
96 dens animo forti futura expectabat. interim Cassandrus, Antipatri
10 filius, Babylonem uenit muneraque, quae attulerat, regi dedit. deinde
Iollam fratrem eductum conuenit, patris mandata, Olympiadis ||
fol. 112r || inimicitias, Alexandri animum ac superbiam, periculum totius
familiae proponit et ueneno tradito cohortatur, uti occasionem ne
97 quam praetermitteret. deinde Alexander † adpollos effecturum dixit
15 eum diem festum agens cum amicorum conuentum habere uellet.
iam non alienum uidetur qui fuerint demonstrare, quorum Onesi-
critus fugiens simultatem mentionem facere noluit. fuit Perdiccas,
Medius, Leonnatus, † erat teon, Meleagrus, Theoclus, Cassandrus, Phi-
lippus, Nearchus, † staion, Heraclides, † oratheus, Polydorus, † ilicus,
98 Menander .... quorum quid ageretur nemo fuit ignarus praeter Eume-
21 nem et Perdiccam et Ptolomaeum et Lysimachum et Cassandrum et
Olciam ceterique omnes conscii Iollae fuerunt et rerum nouarum
studentes potentiamque Alexandri uerentes, quo exitu futura fo-
99 ret; et iam antea inter se erant collocuti, ut eum interficerent. in
fol. 113a || conuiuio accubanti Iollas poculum || uenenatum tradit. quod
26 ille ubi ebibit, sermone paruo interiecto repente dolore commotus
conclamauit, ueluti sagittatus esset. deinde ipse ⟨se⟩ conprimens in
cubiculum abiit. illi continuo discesserunt animo conscio timentes
exitum rerum. interim Alexandro male factum est. cum uomere
30 uellet ac posceret pinnam, eam pinnam Iollas ueneno perunctam
tradidit regi. ille ubi in fauces demisit, quod ..., redintegratis dolo-
ribus acrioribus non intermittitur cruciari. ita noctem peruigilauit.
100 postero die cum intellegeret linguam obturgescere, cunctos e
cubiculo exire iussit, ut, quod uellet, secum posset solus excogitare.
35 sed Cassandrus ut uenenum tradiderat, de nocte erat profectus in
Ciliciam. ⟨Iollam⟩ ibidem expectare coepit, nam ita constituerat,
fol. 113r || ⟨ut⟩ Alexandro mortuo statim profugeret || atque ad se ueniret.
ipse quendam de suis Macedoniam ad patrem praemisit itaque in-
uersis uerbis rem gestam descripsit. sed Alexander ubi nox facta

4 iupiter 6 his] is; corr. Reitzenstein 8 mensis] mentibus 10 Babylonem] babiloniam 11 olimpiadis 12 ac] ad 13 uti occasionem] ut ioccansionem 15 conuentu 16 iam] nam | uidetur] uideretur 17 uoluit 21 ptholomeum | lisimachum 22 iolciam 24 forent | et iam] etiam 25 accubanti] occubantibus; corr. Reitzenstein 27 ⟨se⟩ addidi 31 dimisit | lacunam statui | redintegratus 33 intelleret | obiurge^{c}sere 36 ⟨Iollam⟩ suppleui 37 ⟨ut⟩ addidi

est, Roxanen uxorem ceterosque amicos a cubiculo iubet recedere, **101**
quo facilius ipse quiescere posset. ubi silentium esse sensit, ipse,
ut potuit, exsurrexit et lumen extinxit. deinde quadrupes ostium,
quod ad flumen Euphratem exitum habebat, aperuit — nam id flu-
men per medium oppidum fluit — ac protinus progressus interim 5
respexit. uidit Roxanen uxorem currentem. conquieuit, ut ea se
posset praeterire. at illa ubi ad lectum uenit, tum, quoniam eum **102**
non inuenit ostiumque patens uidit, nancta per tenebras gemitum
flentis prosequensque eum, cum repente Alexandrum iacentem in
terra conspexisset, eum amplexa flens alleuauit. ille se in eam in- 10
iecit et uix locutus est: 'o Roxane, paruum fructum cum tibi lar-
giris, mihi inmortalitatem || ademisti. sed caue, ex te hoc quis- || fol. 114[a]
quam audiat.' ita ea adiutrice nisus in cubiculum redit. at ubi **103**
diluxit, iussit ad se uocari Perdiccam, Olciam, Lysimachum, Ptolo-
maeum hisque interdixit, ut ne quem introire ad se paterentur, do- 15
nec ipse, quae uoluisset, fecisset. illi exierunt. ipse Hermogenem et
Combalum pueros impuberes, alterum ad testamentum scribendum
alterum ad lumen curandum retinuit. ita diem et noctem testamento
scribendo consumpsit. interim in exercitu clamor et seditio orta **104**
est minante se eos, qui circum regem essent, interfecturos, nisi Alex- 20
andri corpus in conspectum daretur, cum eum mortuum celari pu-
tarent. itaque ad regiam concursus erat maximus factus cum tu-
multu. ubi Alexander audiuit, percontatus est, quid esset. tunc Per-
diccas Macedonum suspicionem et concursum denarrauit. Alexander 24
iussit se proferri et in excelso loco poni, ita uti multitudo intromissa **105**
per alteram portam emitti posset. || hunc milites centuriatim || fol. 114[r]
uisitabant cum singulis tunicis intromissi lacrimantesque eum salu-
tabant. deinde altero ostio foras exibant. ille omnes manu ac nutu,
utpote qui iam in extremo uitae fine esset neque loqui posset, tacitus
salutabat. inter hos quidam Peuculanus ... natus ante eum adstitit 30
lacrimans et ait: 'o Alexander' inquit 'pater tuus rex fuit Macedo-
niae utilissimus, qui cum partem .... laudium extulisti, ut deum
gloriam aequares. nunc quoniam' inquit 'tu nos relinques, et nomen
patriae et omnes Macedones perierunt. utile est igitur omnibus nobis
tecum una mori.' ea ubi dixit, Alexander conlacrimauit et manum **106**
Macedonis apprehendit et conpressit significans, ut animo forti esset. 36
postquam omnes milites transierunt et in cubiculum relatus est, iussit
Perdiccam ceterosque intro uocari. Olciae testamentum ut sibi per-

1 proxane 3 quadripes | hostium 6 pronaxem | eam | se] si 7 praeteriret 8 hostiumque 9 flentis] flens; corr. Keil 11 pronaxae 14 deluxit | hiolciam | ptholomeum 15 ne quem] neque 16 hermogene 19 horta 20 minante se] minantes; corr. Reitzenstein 25 ita] et 26 portam] partem | posset] potuisset | centuriatum 27 uisitabant] salutabant; corr. Reitzenstein 28 nuto 29 utpote] ut poterat; corr. Reitzenstein | loqui] id qui; corr. Keil 30 lacunam indicaui 32 quaedam interciderunt | laudium] ladium; corr. Reitzenstein 38 hiolciae

legeret tradidit et prius epistulam, quam ad Rhodios scripserat, ||
fol. 115ª || clare recitari iussit. hoc fuit exemplo: 'Rex Alexander senatu et
107 populo Rhodiensi salutem. nos ultra columnam Herculis patrii nostri .... finibusque ab hostibus abeuntes regni ac rerum nostrarum
5 diuisionem fecimus. quarum rerum procuratores custodesque uos maxime idoneos duximus, quod fide et uirtute singulari cognitos uos habuimus, et ideo urbem uestram maximi fecimus. quocirca ....
† iacebat in eius, ex oppido praesidium educere descripsimus reliquisque in rebus uestris me ut memorem intellegeretis testamento
108 prospeximus, cuius exemplar uobis misimus. nos iudicio, prout
11 cuiusque meritum ac dignitas postulabat, ei terras insulas agrosque adtribuimus hisque omnibus praescripsimus, ut ex pecunia regia, quod cuique dari iussimus, dandum curarent, in his uobis ad urbem ornandam auri signati talenta CCC, in annos singulos tritici me-
fol. 115ʳ || dimmum CCCC milia et naues longas XL. || item scripsimus,
16 corpus uti nostrum in Aegyptum portaretur ibique sacerdotes id componendum curarent. uos igitur aequum est uestra uirtute, ut
109 ea ita fiant, operam dare nostraque mandata cum cura curare.' cum haec in epistula scripta essent, testamentum ad aurem sibi iussit
20 recitari. id obsignatum signis multis tradidit Olciae eique imperat, ut aliquem fidelem inueniret, qui epistulae exemplar et testamenti Rhodum quam primum perferret. Olcias Thebanum quendam nomine Ismenian introduxit eique litteras tradidit et ut rex Thebaeorum ....
† testamentum tractasset, eo diligentius celeriusque Rhodum epistulam
110 pertulit Ismenias. Alexandrum cataplasma ab Roxane uxore in
26 praecordia elaboratum leuabat doloresque eius dies V produxerat. deinde cum bibere uellet, poculum ueneno constitutum ei ab Iolla
fol. 116ª || dabatur. || ille ubi ebibit, dolore renouato exclamauit; deinde se continuit et desperari se .... apud amicos locutus est: 'ego quae post
30 mortem meam fieri uellem, testamento scripsi. nunc interim tu Per-
111 dicca et Antipater uidete ac negotia procurate.' deinde Alexander Lysimachum ad se uocauit eique uti proficisceretur in Thraciam mandauit. Lysimachus autem lacrimans e cubiculo excessit.

1 ad] at | rhodius 2 ho (c supra) | exemplo] exemplar 3 rodiensi (‡) | patrii] patris 4 lacunam statui | nostrarum] noüarum 5 costodesque 6 maxime idoneos] maximos idoneosque | uirtute singulari] uirtutes singulari 7 maxime | quocirca] quod circa; corr. Schwartz | lacunam indicaui 9 intelleretis 10 exemplar] exempla 11 cuiusque] quisque | ei terras] inter; 'ei' ego, 'terras' Schwartz 12 hisque] hescae 13 curaret 14 signati] significati 16 aegiptum 18 curate 20 hiolciae 21 testamento 22 rhodo | hiolcia 23 Ismenian] ismetan | thebeorum | lacunam statui 25 Ismenias] is quedam | roxani 26 elaboratum] larbortitum 27 costitutum | ei] et 28 renouato] nudato 29 lacunam indicauit Reitzenstein | que 32 thaciam (r supra) [c ex r corr. pr. m.] 33 cubiculo] cubile ('—le' corr. pr. m. in ras. ut uid.)

itemque Ptolomaeum ad se uocari iussit. 'tu quoque' inquit 'proficiscere Aegyptum et corpus meum ut diligenter curetur fac curae habeas.' cetera, quae uoluit, in aurem dixit. iamque uis ueneni lin- **112** guam debilitabat tenebraeque oculis obuertebantur: conixus aegre cum gemitu dixit: 'accipe me, sancte Hercules ac Minerua, uosque 5 amici boni ualete!' tunc ipse sibi anulum de digito detraxit et Perdiccae tradidit. at Roxane || maximo cum clamore capillos sibi || fol. 116[r] ipsa scindens collapsa est et ad Perdiccae pedes se aduoluit. hanc Olcias excepit et eam ad Alexandrum adduxit. ille dentibus frendens cum se iam in extremo spiritu uideret, eam complexus osculari 10 coepit dexteramque eius tenens in dexteram Perdiccae tradidit nutuque commendationem fecit. deinde cum morte opprimeretur, oculos eius Roxane oppressit animamque eius ore suo percepit. ita **113** Alexander Magnus annos tres et XXX natus, cum annos XIII regnasset, uitam commutauit. cum exercitus regem mortuum nondum etiam 15 sciret, terror ac tumultus sine causa exortus. neque enim quid rei esset, quisquam sciebat. interim Perdiccas cum his, qui in gratia erant, regem mortuum in alueum collocant tunicamque et chlamydem purpuream induunt caputque diadema uinciunt. in eundem multos 19 odores ac || mille combustus addiderunt alterumque pallium || fol. 117[a] purpureum insuper Babylonicum pertenderunt. post ipsi capitibus **114** coopertis terram intuentes ad exercitum in suggestum processerunt. hic concursu magno et ⟨per⟩ praeconem silentio facto uerba Perdicca fecit: 'scitote, Macedones, regem uestrum Alexandrum ad deos abisse. uos igitur conuenit inter uos bene dicere et obscoenis parcere.' deinde 25 iterum per praeconem silentio facto Olcias testamentum recitari iussit: 'Rex Alexander Hammonis filius Olympiade matre testamentum **115** fecit. si mihi ex Roxane uxore mea natus ⟨filius⟩ erit, is potissimum Macedoniae rex esto. tantisper Arrhidaeus Philippi filius Macedonibus imperator sit. si mihi filia ex Roxane uxore mea nata 30 erit, Macedones ex fide sua meaque dignitate educandam collocandamque curent ipsique sibi regem, quem uidebitur, cooptent. ualete. | **116** Olympiadi matri meae potestatem facio Rhodi degendi, alibi || fol. 117[r]

1 Ptolomaeum] iolaum (fuit l. in ras.); corr. Schwartz 2 diligenter] ex 'dilegenter' corr. pr. m. | fac curae] facturae 3 que 5 gemitum 7 roxana 8 collapsa] conata; corr. Keil 9 Olcias] leoncias; corr. Schwartz 11 dexteram] dextreram | nautuque 12 oculus 13 proxane 15 cum] tum 16 quod 17 gratia] greciam (sed littera 'm' erasa) 18 clamidem 19 induunt] ex 'induent' corr. pr. m. | uinciunt] uinctum; corr. Keil | eundem] eo dum 20 alterumque] alii eumque 21 babylonicam | pertenderunt] peruenerunt 22 suggestu | processerunt] processum 23 ⟨per⟩ inserui 26 hiolcias 27 olimpiadi matri 28 proxani | natus] corr. ex 'notus' pr. m. | ⟨filius⟩ addidi | erit] fu^{er}·it 29 arrideus 31 educandam] medicandam 32 uidebitur] uidentur; corr. Reitzenstein 33 olimpiadi | degendi] redeundi | alibi] alıuı; corr. Keil

⟨ni⟩ uoluerit, denturque ei in annos singulos quae me uiuo dabantur. Leonnato satrapeam ⟨Phrygiam⟩ in Hellesponto eique uxorem †tanquam Cleonicam Olciae sororem do. Cappadociae, Paphlagoniae imperatorem facio Eumenem, qui mihi gratus fuit. insulas omnes liberas
117 esse iubeo: sua quaeque possideant et legibus suis utantur. Pam-
5 phyliae Lyciae ⟨Phrygiae⟩ maioris Antigonum imperatorem facio. Cariae Cassandrum praeesse iubeo. ager est contra flumen, qui †farus uocatur; in eum agrum Antipatrum imperatorem do. Ciliciae imperatorem facio Nicanorem. [Cariae Cassandrum praeesse]. Syriae
10 ad eum finem, qui Mesopotamius uocatur, Pithonem imperatorem facio. Babylonem et agrum Babylonicum, qui postea adiunctus est, Seleuco, qui mihi armiger fuit, sub imperium do. Phoenicen et
fol. 118ª ‖ Coelesyriam Meleagro ‖ adtribuo. Aegyptiorum regnum Ptolo-
118 maeo trado et Cleopatram sororem meam uxorem do. regiones, quae
15 inter Babylonem ⟨et⟩ Bactrianos fines intersunt satrapae, quam quisque obtinet habeant hisque omnibus summum imperatorem Perdiccam facio eique uxorem Roxanen Oxyatris filiam Bactrinam, quae mihi uxor fuit, trado. populo Rhodiensi ad urbem ornandam ex pecunia regia auri signati CCC ⟨talenta⟩ dentur et naues longae
20 triremes XXXX frumentique ex Aegypto in annos singulos gratis medimmum ⟨CC milia⟩ et ⟨ex⟩ Asiae locis proximis item gratis in annos singulos tritici medimmum CC ⟨milia⟩ praesidiumque, quod
119 ibi reliqui, ex oppido exigere iubeo. sacerdotibus, qui Aegypti sunt, auri signati talenta . . . ex pecunia regia dentur corpusque meum
25 Ptolomaeus portandum curet. id sacerdotes Aegyptii, uti iis uide-
fol. 118ʳ ‖ bitur, procurent. ubi id corpus ‖ ponatur . . . fieri iubeo ex auri
120 talentis CC. Thebanis Boeotiis ad clarissimam urbem reficiendam auri signati talenta . . . do exulibusque qui inde profugerunt bona sua, quae ademeram, reddo: eos satis suppliciorum ob temeri-
30 tatem, quod mihi aduersati sunt, dedisse existimo. Atheniensibus dentur in aedem Mineruae sella aurea atque amictus † speculis ex auro. in aedem Iunonis Argis dentur arma atque insignia mea et

1 ⟨ni⟩ inseruit Keil | ei] et | que 2 satrapeam] strathemon, corr. Schwartz | ⟨Phrygiam⟩ inserui | eique] si quem; corr. Keil 3 hiolciae 5 queque | pamphiliae 6 ⟨Phrygiae⟩ addidi | maioris] maiorem | Antigonum] anthiochū [supr. scr. l = uel] 9 [Cariae Cassandrum praeesse] deleui | siriae 10 Pithonem] tithonem 12 imperio 13 coelesiriae | melaeagro | ptholomeo 15 babilonem | ⟨et⟩ inserui | bactriani | strapae | quam] q; [a] corr. Reitzenstein 16 habeat 17 roxaden [N supr. d] | xyatris | bactri·am [n supr.] [b ex h corr. pr. m.] 19 ⟨talenta⟩ addidi | naues] ex 'nauis' corr. pr. m. | longa 20 XXX | que] quae | egipto 21 medimma | ⟨CC milia⟩ suppleui | ⟨ex⟩ add. Keil | gratis] oratis 22 medimma | ⟨milia⟩ inserui 23 reliquae; corr. Keil 24 in codice spatium quinque litterarum uacuum 25 ptholomeus | id] et | aegipti | iis] his 26 lacunam statui 27 clarissimam] classem ad; corr. Schwartz 28 in codice spatium trium litterarum uacuum 29 eos] eo; corr. Reitzenstein | suplicio 31 eadem | amictu 32 eadem

argenti talenta . . . Apollini Delphis dentur dentes eburnei omnes et coria duo serpentium et paterae aureae C, Milesiis argenti talenta CL, Cnidiis argenti talenta CL. Indiae quae partes sunt se- **121** cundum flumen Indum, ⟨ibi⟩ imperator sit Taxiles. Indiae quae partes sunt intra flumen Hydaspen atque Indum, ibi imperator sit 5 Porus. Parapanisadarum imperatorem Oxyatrem Bactrinum patrem Roxanes uxoris meae facio. || Arachosiis et Gadrosiis imperet || fol. 119a [et] Siburtius. Stasanori Solei Arium et Drangarum imperium do. Bactrianis imperet Philippus. Parthyaeam ⟨et⟩ quod proximum est intra flumen Hyrcaniae do Phrataphernі. Persis omnibus imperet 10 Peucestes. ex eis imperiis excedant Argiades. sit † pro Mediis imperator Craterus. excedat item † exussannis. Argeus imperator sit Paeonibus. Illyricis omnibus imperatorem do Olciam, cui et equo- **122** rum . . . deuectionem et argenti signati talenta CCC do. ex ea pecunia Olcias statuas faciat Alexandri, Hammonis, Mineruae, Herculis, 15 Olympiadis, Philippi patris. eas in fano Olympico ponat. imperatores, summos quos feci, statuas inauratas Alexandri dent Delphis, Athenis, Olympiae. Ptolomaeus ponat in Aegypto statuas inauratas Alexandri, Hammonis, Mineruae, Herculis, Olympiadis, Philippi patris. **123** his rebus omnibus testes sint Iuppiter || Olympius, Hercules || fol. 119r patrius noster, Minerua, Mars, Hammon, Sol et Alexandri regis For- 21 tuna. si quis horum aduersus meum testamentum fecerit, Iouem deosque Olympios obtestor, id ut ne inpune fecerit utique hic aduersus deos hominesque impius periurusque sit.'

1 numerus excidit 3 CL, Cnidiis] CLC·nidiis 4 ⟨ibi⟩ inserui 5 hidaspen 6 Parapanisadarum] pano | imperatore moxyatrem 7 Roxanes] roxanis | arachois | drachotis 8 [et] deleui | tiburtibus | Stasanori] sisandro | Solei Arium] olearium | Drangarum] dragentanum 9 Parthyaeam] cartusaeuum | ⟨et⟩ addidi 10 hircaniae | prataphernen 11 peucesten | larciades | sit] et 13 Paeonibus] poenis; corr. Schwartz | illiricis | hiolciam | cui et] et cui; transposuit Reitzenstein 14 numerus excidit 15 hiolcias | status 16 olimpiadis | olimpi; corr. Keil 17 fecit 18 Olympiae] hiolce; corr. Schwartz | ptholomeus | egipto 19 olimpiadis 20 sunt | olimphius 21 patruus | Hammon Sol] hammonis solus 23 olymphios | his 24 que] qui | periurusque] perpetuusque; corr. Reitzenstein

Appendix adnotationum.

97, 2 epitomae] ad formam 'epitoma' cf. Georges 'Lexikon der lat. Wortformen' p. 248 s. u. ceterum de 'rerum gestarum' auctore eiusque libri epitomatore iam in prolegg. diximus, quo loco de industria ne hariolari uideremur Suidae locum omisimus, qui s. u. Βάῤῥων haec praebet: ἱcτορικόc. ἐπιτομὴν τῶν καθ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα. sed quae inter hunc Varronem et epitomes auctorem intercedat necessitudo, uideant sagaciores.

97, 3 liber II] ab iis quae secuntur uerbis librum alterum epitomes incipere intellexit Reitzenstein. libro igitur primo res ab Alexandro gestae inde ab auspiciis regni usque ad necem Darei narratae erant, altero autem libro quae deinde facta sunt usque ad mortem Alexandri, quamquam non magnopere repugnabo, si quis ea quae inde a § 87 traduntur tertii libri fuisse contenderit.

97, 4 magnus ... rex Macedoniae] secludenda esse uidentur haec uerba fortasse ex inscriptione libri huc translata, ne aptum narrationis exordium desideraretur.

97, 5 ad se redegisse] 'ad se' i. q. 'in suam potestatem'. pro 'redegisse' coniecit Schwartz 'rediisse', sed illud quoque ferri posse uidetur. ad 'redire' cf. Herzog. ad Caes. bell. civ. 1, 4 p. 19 et Doberenz. ad h. l., ad 'redigere' ex gr. Flor. 1, 9, 8 'totam Italiam sub se redegerunt'.

'neque id' et quae secuntur] haec etsi in codice misere truncata et grauissimis mendis foedata sunt, ego tamen his uerbis eundem sensum subesse pro certo habeo ac uerbis Diodoreis 17, 77, 4 μετὰ δὲ ταῦτα δόξας ἤδη κεκρατηκέναι τῆς ἐπιβολῆς καὶ τὴν βαcιλείαν ἀδήριτον ἔχειν, ἤρξατο ζηλοῦν τὴν Περcικὴν τρυφὴν καὶ τὴν πολυτέλειαν τῶν Ἀcιανῶν βαcιλέων. itaque mihi persuasum est illis uerbis significari Alexandrum Dareo mortuo non dubitasse nomen et iura regis Persarum usurpare. itaque haec fere supplenda sunt: 'cum iam antea regem Persarum se appellari uoluisset neque id' etc. eis autem, quae secuntur, fusius narratur, quid Alexander facere in animo habuerit, ut se regem legitimum Persarum esse appareat.

97, 6 Alexandri animus quo modo eo tempore commutatus sit, narrant etiam Curt. 6, 6, 1 sqq. Diod. 17, 77, 4 sqq. Iustin. 12, 3, 7 sqq. Plut. Alex. 45, 1 sqq.

97, 7 Darii fratrem Oxyatrem] Curt. 7, 5, 40 'Oxathren, fratrem Darei, quem inter corporis custodes habebat'. id. 6, 2, 11 'fratrem Darei recepit in cohortem amicorum omni uetustae claritatis honore seruato'. Diod. 17, 77, 4 καὶ πρῶτον μὲν περὶ τὴν αὐλὴν εἶχε ῥαβδούχουc Ἀcιαγενεῖc, ἔπειτα τοὺc ἐπιφανεcτάτουc τῶν ἀνδρῶν δορυφορεῖν ἔταξεν, ἐν οἷc ἦν καὶ ὁ Δαρείου ἀδελφὸc Ὀξάθρηc. Plut. Alex. 43, 3 τὸν δ' ἀδελφὸν Ἐξάθρην εἰc τοὺc ἑταίρουc ἀνέλαβεν. ceterum Graecis audit Ὀξυάθρηc Ὀξυάρθρηc Ὀξυάρτηc Ὀξάθρηc. ad 'instituit ... instituit' cf. ex. gr. § 10 et § 84 'iussit ... iussit'.

deditque eis] post haec uerba quaedam intercidisse iam supra adnotaui. neque enim ueri simile est Alexandrum ornamenta illa regia, quae enumerantur uiro cuidam dedisse nobilissimo quidem, sed cui more Persarum ea nullo modo conueniebant (cf. Xenoph. instit. Cyr. 8, 3, 13 προυφαίνετο ὁ Κῦρος ἐφ' ἅρματος ἔχων ... χιτῶνα πορφυροῦν μεσόλευκον, ἄλλῳ δ' οὐκ ἔξεστι μεσόλευκον ἔχειν). neminem igitur ea ornamenta gessisse nisi regem ipsum his praeterea locis confirmatur: Curt. 6, 6, 4. Iustin. 12, 3, 8. Diod. 17, 77, 5. Plut. Alex. 51, 3. Ephipp. apud Athen. p. 537 E. iam nobis quaerendum est, quid interciderit. apud Curtium 6, 2, 11 legimus Oxathrem ab Alexandro in cohortem amicorum receptum esse 'omni uetustae claritatis honore seruato'. quamobrem putauerim hoc loco narratum fuisse Alexandrum Oxathri omnia insignia pro eius dignitate reddidisse et in primis eum ueste purpurea ornasse, ut colligi potest ex Curt. 6, 6, 7 'amicos ... Persicis ornauerat uestibus'. Iustin. 12, 3, 9 'amicos quoque suos longam uestem auratam purpureamque sumere iubet'. Diod. 17, 77, 5 διέδωκε δὲ καὶ τοῖς ἑταίροις περιπορφύρους στολάς. quibus locis firmatur etiam Keilii sententia, qui pro 'ei' coniecit 'eis', ut sit 'deditque eis' i. e. 'corporis sui custodibus'. itaque hoc loco haec fere supplenda sunt: 'deditque eis ⟨longam uestem auratam purpureamque, ipse autem sumpsit⟩ diadema' e. q. s. 97, 8

diadema] Curt. 6, 6, 4 'purpureum diadema distinctum albo quale Dareus habuerat capiti circumdedit'. Iustin. 12, 3, 8 'diadema ... adsumit'. Diod. 17, 77, 5 τὸ Περσικὸν διάδημα περιέθετο. Arriani denique locos afferre supersedeo cum tot eius rei testes exstent.

tunicam mesoleucon] Curt. 6, 6, 4 'uestem Persicam sumpsit.' Iustin. 12, 3, 8 'habitum regum Persarum . . . adsumit.' Diod. 17, 77, 5 τὸν διάλευκον ἐνέδυ χιτῶνα. Plut. Alex. 51, 3 τὸν διάλευκον αὐτοῦ χιτῶνα. Ephipp. ap. Athen. p. 537 E: Ἀλέξανδρος . . . ἐφόρει . . . χλαμύδα τε πορφυροῦν καὶ χιτῶνα μεσόλευκον. ceterum forma 'mesoleucon' exstat apud Plin. n. h. 27, 102. ad rem autem cf. Salmasium in 'Plinianis exercitationibus' tom. I p. 497 E: 'purpurea tunica quae clauis candidis intertexta est πορφυροῦς χιτὼν μεσόλευκος dicitur. et πορφύρεος quidem ab area uel fundo, ut uocant, qui huius coloris est; μεσόλευκος uero, quod medium habeat albo interspersum . . . tales erant tunicae regum Persidis. Hesychius: Σάραπις, Περσικὸς χιτὼν μεσόλευκος, ὡς Κτησίας. omisit quod dicendum fuit πορφυροῦς.' omisit etiam auctor epitomes.

caduceum] h. l. i. q. 'sceptrum.' cf. Suid. s. u. 'κηρύκειον· σκῆπτρον.' ita etiam quod proprie reges habere dicuntur (ex. gr. apud Homerum) σκῆπτρον saepissime sacerdotibus uatibus legatis oratoribus tribuitur.

zonam Persicam] Diod. 17, 77, 5 et Plut. Alex. 51, 3 inter ornamenta regia etiam τὴν Περσικὴν ζώνην commemorant. ad 'ornamenta regia omnia, quae Darius habuerat' cf. Ps.-Call. II 14 p. 69. Iul. Val. p. 92, 18 sqq. equites] Curt. 6, 6, 7 'amicos uero et equites — hi namque principes militum — aspernantes quidem, sed recusare non ausos Persicis ornauerat uestibus.' Diod. 17, 77, 5 τοῖς ἵπποις Περσικὰς σκευὰς περιέθηκε. stipatores quos habebat] scripsit Schwartz. neque enim hic ullum locum habere possunt 'statores' illi, cf. Cic. ad fam. 2, 17, 1. 2, 19, 2. Forcellin. s. v. 'stipatores' autem sunt σωματοφύλακες (cf. Corp. gloss. lat. II p. 188). ad rem cf. praeterea Iustin. 13, 4, 18 'stipatoribus regiis satellitibusque.' 97, 9

ornatu] codicis scriptura est 'ornatu et'. fuit igitur, cum crederem esse supplendum 'uestitu' (cf. § 71) et conferri posse Nep. Dat. 9, 3 'ornatu uestituque militari,' cf. Bremium ad h. l. ceterum uox 'ornatus' hoc loco fortasse ad equorum ornatum referenda est, cf. Diod. 17, 77, 5 et Plin. 8, 42, 164 'regio instratu ornatus.' 97, 11

deinde Alexander audiuit] Curt. 6, 6, 13 'Bessus ueste regia sumpta Artaxerxen appellari se iusserat.' Diod. 17, 74, 2 ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα. id. 83, 3 ἀκούων τὸν Βῆσσον διάδημα ἀνειληφέναι. Arr. 3, 25, 3 ἐν τούτῳ δὲ ἀφικνοῦνται παρ' αὐτὸν Περσῶν τινές, οἳ ἤγγελλον Βῆσσον τήν τε τιάραν ὀρθὴν ἔχειν καὶ τὴν Περσικὴν στολὴν φοροῦντα Ἀρταξέρξην τε καλεῖσθαι ἀντὶ Βήσσου καὶ βασιλέα φάσκειν εἶναι τῆς Ἀσίας.

Besum] ita semper apud hunc auctorem traditum est id nomen. alibi: Βῆσσος, 'Bessus.'

97,12 † Gabisios] Agriani, quae gens Thraciae in exercitu Alexandri stipendia meruit multis locis apud Alexandri Magni rerum scriptores commemorantur, sed quod nomen sub 'gabisios' lateat, nescire me fateor. Keil aliquando 'Cabesios' reponendos esse censuit, qui tamen populus Thraciae disertis uerbis apud nullum scriptorem historiae Alexandri (uisi fallor) commemoratur. de Cabeso uel Cabesso cf. Hom. Il. 13, 363 et schol. ad h. l.

armari iussit] cf. § 51 'iussit ut milites armarentur.'

97,13 confidentiam] cf. Krebs. 'Antibarbarus' I p. 293. s. v.

admiratus] cf. Fabri-Heerwagen ad Liu. 22, 30, 1 p. 332. Fabri ad Sall. Iug. 2, 4 p. 161.

97,14 deuenit] quae antecedunt et quae secuntur parum accurate narrata esse colligi potest ex Arr. 3, 25, 4 sqq. cf. etiam Diod. 17, 78, 1. Curt. 6, 6, 20 sqq.

ad Arios] in iis quae secuntur quin 'Satibarzanes' intellegendus sit, dubium non est. itaque pro 'agros' scripsi 'Arios' (cf. Diod. l. c. τὸν Ἀρείας σατράπην Σατιβαρζάνην. Curt. 6, 6, 20 'Satibarzanen, quem satrapeae Ariorum ipse praefecisset.' Arr. 3, 25, 5 Σατιβαρζάνης ὁ Ἀρείων σατράπης).

Ariobazanes qui cum Beso Darium interfecerat] 'Ariobazanes' semper traditum est in hac epitome, alibi Ἀριοβαρζάνης, 'Ariobarzanes.' ad rem cf. Arr. 3, 21, 10 Δαρεῖον μὲν Σατιβαρζάνης καὶ Βαρσαέντης κατατρώσαντες αὐτοῦ ἀπέλιπον etc., quo tamen loco Schmieder. (apud Krueger. ad h. l. p. 154) pro 'Σατιβαρζάνης' scribere uoluit 'Ναβαρζάνης' improbante Niesio 'Gesch. Alex. d. Gr.' p. 102 not. 2. praeterea silentio non praetereundus est Pseudo-Callisth. II 20, qui narrat Bessum et Ariobarzanen Dareum interfecisse (cf. Iul. Val. p. 103, 18 sqq.).

97,15 aduentum Alexandri pertimuit] cf. Curt. 6, 6, 22 'cuius cognito aduentu Satibarzanes — — — Bactra perfugit.' Diod. 17, 78, 2 τοῦ δὲ βασιλέως ἐπιστάντος κατεπλάγη τό τε μέγεθος τῆς δυνάμεως καὶ τὰς διαβεβοημένας τῶν Μακεδόνων ἀνδραγαθίας. διόπερ αὐτὸς μὲν — — ἐξίππευσε πρὸς Βῆσσον. Arr. 3, 25, 7. quibus ex locis facile colligi potest uerba quae secuntur 'atque in Indiam profugit' de Satibarzane dicta esse nequire, uerum ea referenda esse ad Barzaentem, de quo uide Curt. 6, 6, 36 'adit Drangas . . . satrapes erat Barzaëntes, sceleris in regem suum particeps Besso: is suppliciorum, quae meruerat, metu profugit in Indiam.' Arr. 3, 25, 8 Βαρσαέντης δὲ ὃς τότε κατεῖχε τὴν χώραν, εἷς ὢν τῶν ξυνεπιθεμένων Δαρείῳ ἐν τῇ φυγῇ, προσιόντα Ἀλέξανδρον μαθὼν ἐς Ἰνδοὺς τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἔφυγε. statuendum igitur est eum, qui 'res gestas' epitomauit, tanta socordia fuisse, ut quae in iis de Satibarzane et de Barsaente narrabantur ad unum Satibarzanen transtulerit. quin autem nomina Satibarzanis et Ariobarzanis, non Barzaentis et Ariobarzanis hoc loco inter se confusa esse uideantur, dubium non est, si recte pro 'agros' scribendum esse duximus 'Arios.'

97,17 ad Energetas qui antea Arimaspi uocabantur] notissima res est, cf. Arr. 3, 27, 4 ἀφικνεῖται ἐς τοὺς πάλαι μὲν Ἀριάσπας καλουμένους, ὕστερον δὲ Εὐεργέτας ἐπονομασθέντας, Strab. 15, 2, 10 p. 724, Diod. 17, 81, 1; Curt. 7, 3, 1; Iustin. 12, 5, 9 'Euergetas uel Arimaspos' (ex coni. Gutschmidii). apud Diod. et Curt. l. c. l. c. dicuntur Ἀριμασποί uel

'Arimaspi', quam formam huius nominis, etsi eam ueram atque genuinam non esse constat hoc quoque loco retinui, quia propius ad litterarum ductus qui traditi sunt accedit.

ibi oppidum, qua in Indiam iter est constituit] 'ibi' ad Arimasporum ciuitatem referendum non esse per se perspicuum est. immo uero et hoc loco et totius epitomes natura atque indole saepissime monemur, nobis narrationem ex uberiore historia parum diligenter in artius contractam in manibus esse. hoc autem loco oppidum illud intelligendum est quod 'Αλεξάνδρεια πρὸς Καυκάςῳ uel ἐν Παραπανιςάδαις dicebatur. cf. Arr. 3, 28, 4; Curt. 7, 3, 23; Diod. 17, 83, 1 πόλιν ἔκτιςε κατὰ τὴν εἰςβολὴν τὴν φέρουςαν εἰς τὴν 'Ινδικήν [codd.: Μηδικήν; corr. Reiske], ἣν ὠνόμαςεν 'Αλεξάνδρειαν. Alexandriam autem sub radicibus Caucasi sitam fuisse constat, quamquam Curtius et Diodorus superatis montibus eam ab Alexandro conditam esse tradunt.

deinde peruenit ad oppidum †tarmantidem] per quas gentes Alexander tum iter fecerit, ex. gr. ex Strab. 15, 2, 10 p. 724 discimus: εἰς γὰρ τὴν 'Αριανὴν ἧκεν· εἶτ' εἰς Δράγγας . . . εἶτ' ἐκ Δραγγῶν ἐπί τε τοὺς Εὐεργέτας ἧκεν . . . καὶ τοὺς 'Αραχωτούς, εἶτα διὰ τῶν Παροπαμιςαδῶν. Parapanisadarum igitur hoc loco mentionem fecisse uidetur. ceterum suspicetur quispiam ordinem sententiarum inuertendum esse, ut enuntiatum 'ibi . . . imposuit' post illud, quod sequitur, ponatur. 97,19

flumine † medorum] uerba aperte uitiosa sunt, quae mihi ut probabiliter emendarem non contigit. Schwartz coniecit 'finibus Indorum.' qua coniectura recepta ego pro uerbis 'quod est positum in' conieci 'quod est proximum finibus Indorum.' Stiphamenes] ita semper apud hunc auctorem, alibi Σπιταμένης, 'Spitamenes' traditum est. ad ea, quae secuntur cf. Curt. 7, 5, 19 sqq. (Arr. 3, 29, 6). 97,20

qui proximus erat Beso] Curt. 7, 5, 19 'Spitamenes erat inter omnes amicos praecipuo honore cultus a Besso.' infra § 6 'quod familiarissimus Beso erat.' Fabri ad Sall. Cat. 14, 3 p. 38.

Dataphernen] Curt. l. c. § 21 'Dataphernem et Catenem, quibus a Besso maxima fides habebatur, in societatem cogitatae rei adsciscit.' etiam Arrian. 3, 29, 6 eius mentionem facit. 97,21

Cattenen] Curt. l. c. 'Catenem'.

ceterosque Darei propinquos] intelligendi sunt οἱ ξυγγενεῖς οἱ βαςιλέως (Arr. 3, 11, 5), quo nomine non solum ipsi consanguinei regis, sed etiam alii honoris causa utebantur. cf. ad rem Arr. 7, 11, 6. Muetzell. ad Curt. 3, 3, 14, ubi 'cognati regis' appellantur. Iustin. 10, 3, 7 de Dareo: 'a cognatis occisus'.

tempus aduenisse Darii ulciscendi] Curt l. c. § 20 'titulus facinori speciosus praeferebatur, uindicta Darei'. 97,22

amicitiam] dubitanter retinui, cum uerbum 'insinuandi' aut cum praepositione 'in' sequente accusatiuo (ex. gr. 'in familiaritatem alicuius insinuare') aut cum datiuo coniungatur (ex gr. 'plebi se insinuare'). exempla dabit Krebs. 'Antibarbarus' I 690 sq. s. v. sed quominus hoc quoque loco 'amicitiae' scribamus, impedit Lucret., qui 1, 408 sq. dicit 'caecasque latebras insinuare omnis et uerum protrahere inde', cf. Munro ad Lucret. 1, 116. 97,23

quibus id facile et cito persuasit] Curt. l. c. § 21 'illi promptius adnuunt, quam rogabantur'. 97,24

magis magisque] scripsi coll. § 40, quamquam etiam 'cotidie magis' ferri potest, quod coniecit Keil. 97,25

itaque Stiphamenes] ea quae secuntur fusius narrantur a Curtio l. c. inde a § 22. 97,26

quod familiarissimus erat] cf. § 5 'qui proximus erat Beso.'

ablegare] etiam apud Ciceronem et Liuium de eo dicitur, qui malo animo aliquem remouet. 98,1

98, 2 uniuersi] eos VIII fortissimos iuuenes adsumpsisse adicit Curt. l. c. § 21.
constrinxerunt] Curt. l. c. § 24 'frustra repugnantem uinciunt'.
ornamentaque regia] Curt. l. c. 'derepto ex capite regni insigni' etc.
98, 3 itaque] Curt. l. c. § 26 'in equum inpositum Alexandro tradituri ducunt'. Diod, 17, 83, 8. Arr. 3, 30, 5.
hosque] Curt. 7, 5, 36 sqq. Diod. 17, 83, 9.
98, 5 conspexit[et]] mera dittographia uidetur esse.
adduxerunt] cf. de hoc perfecti usu quae adnotaui ad § 39 'regnauit'.
collaudatos donatosque] Curt. l. c. § 43 'dona deinde omnibus, qui Bessum adduxerant, data sunt'. ibid. § 38 'multum conlaudato Spitamene'. Diod. 17, 83, 9 ὁ δὲ βαcιλεὺc τούτουc μὲν ἐτίμηcεν ἀξιολόγοιc δωρεαῖc. Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 43, 18 p. 155. Zumpt. ad Curt. 6. 7, 19 p. 259.
98, 6 ⟨ad⟩ Tanaim] 'ad' omitti nequit, cf. ex. gr. § 8 'ad Tanaim perrexit'.
98, 7 quartum post diem] Curt. 7, 6, 10 'hinc quarto die ad urbem Maracanda peruentum est'.
Maracanda] ueram huius nominis, quod in codicibus uarie corruptum esse solet (cf. Muetzell. ad h. l. p 678), formam constat esse (Μαράκανδα).
quod] cf. § 34 init.: 'quod abest' Eutrop. 9, 9, 1 'Mogontiacum, quae' et 7, 13, 2 'Britannis quam', quos locos Ruehl (cf. praef. p. XVI) in suspicionem uocare non debuit.
98, 8 dierum .... uia] numerus excidit. ceterum ap. Arr. 4, 6, 4 (cf. paulo infra § 13) Alexander idem iter tribus diebus confecisse narratur, sed hoc est celerrimum Alexandri iter (cf. Francisc. de Schwarz 'Alex's Feldzüge in Turkestan' p. 46 et p. 63 sqq.).
98, 9 propter multitudinem fluminis] cf. Polyb. 1, 75, 5 διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ῥεύματος. Ov. met. 8, 583 et 11, 140 'plurimus'.
98, 10 circuitu] infra § 40 'in circuitu'.
murus stadium LXX] scripsi coll. § 40 'XXXV milium murus' et Curt. 8, 10, 25. ad rem cf. Curt. 7, 6, 10 'LXX stadia murus urbis amplectitur.'
continuus] conieci coll. Arr. 4, 3, 2 αὐτὸc δὲ ὡc κατεῖδε τοὺc ἔκρουc τοῦ ποταμοῦ, δc διὰ τῆc πόλεωc χειμάρρουc ὢν διέρχεται, ξηροὺc ἐν τῷ τότε ὕδατοc καὶ οὐ ξυνεχεῖc τοῖc τείχεcιν, ἀλλ' οἵουc παραcχεῖν πάροδον τοῖc cτρατιώταιc διαδῦναι ἐc τὴν πόλιν κτλ.; ubi Raphelius (ap. Krueger. p. 169) adnotat ne fornicato quidem muro, quod alias in huiusmodi fluuiis soleat fieri, hunc alueum uideri iunctum fuisse. sed Maracanda 'continuo' muro circumdata erant. cf. ad rem Francisc. de Schwarz p. 52: 'die Mauern von Uratuebe führten ununterbrochen über den Fluſs und die aus demselben abgeleiteten Kanäle hinüber, wie dies bei allen turkestanischen Stadtmauern der Fall ist' et id. p. 50 'die Mauern werden ohne irgend welche Unterbrechung über die Kanäle und Flüsse hinübergeführt; die Wasserläufe werden zu dem Ende mit dicken Baumstämmen überbrückt, auf welchen die Mauern ganz in derselben Weise aufgebaut werden, wie auf dem festen Boden.'
98, 11 ibi praesidio relicto] Curt. l. c. 'praesidio urbi relicto'.
secundum] cf. Woelfflin. ad auct. bell. Afr. 1, 1. Curt. 7, 8, 1.
98, 12 interim Scytharum imperator] ad rem cf. Curt. 7, 7, 1 sqq. Arr. 4, 3, 6. 4, 4, 1 sqq.
98, 13 Carcasim] Curt. 7, 7, 1 'Carthasim'.
cum copia magna] Curt. l. c. 'cum magna equitum manu'.
98, 14 nuntiatur Stiphamenen] cf. Fabri ad Sall. Iug. 113, 5 p. 390. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 54, 9 p. 401.
98, 15 Stiphamenen et Cattenen ab amicitia discessisse] ad rem cf. Curt. 7, 6. 24. 7, 30 sqq. Arr. 4, 3, 6.

Graiorum] cf. § 13. erant autem maxima ex parte μιcθοφόροι, pauci Macedones (Arr. 4, 3, 7). 98,15

in agro regio] 'ager' uocabulum hoc loco idem significare uidetur atque apud Cic. ad Att. 3, 15, 6 'in tuosne agros confugiam' (apud Homer. ψ 139. ω 205 ἀγρόc, cf. Paeanium Eutropii interpretem p. 141, 27 Droys.) i. e. 'Landgut, Besitztum'. sed monendum est ea, quae illo tempore Maracandis gesta sunt, nostro loco parum accurate narrata esse. quae quo modo re uera se habuerint, intellegi potest ex. gr. ex iis quae exposuerunt Guil. Geiger 'Alexanders Feldzüge in Sogdiana' 1884 p. 7 sq. et Niese p. 118 sq., quorum ad uolumina, ne de rebus tritissimis longus sim, lectores delego. ex his, quae uiri doctissimi, quos laudaui, exposuerunt, apparet auctorem epitomes praesidium ab Alexandro Maracandis relictum perperam cum exercitu illi ab rege auxilio misso confudisse. sed iam ad propositum redeamus. 'ager' igitur ille 'regius' uidetur nihil aliud esse quam παράδειcοc ille, in quo Aristobulo teste (ap. Arr. 4, 6, 1) Macedones Spitamenem imprudentius persecuti oppressi sunt. quae sententia iis, quae Curt. 7, 7, 32 ('siluestre iter' e. q. s.) narrat, firmatur. denique apud Arr. quoque uestigia similis narrationis deprehendi possunt, nam uerbis illis a uiris doctissimis saepius in suspicionem uocatis 4, 5, 3 ἐc τὰ βαcίλεια τῆc Coγδιανῆc nihil aliud subesse putauerim quam mentionem huius παραδείcου. iam Schmieder (apud Krueger. ad h. l. p. 171) adnotauit: 'nonne Arrianus sibi contradicit 3, 30, 6 scribens: τὰ δὲ Μαράκανδά ἐcτι βαcίλεια τῆc Coγδιανῆc χώραc et nunc dicens Spitamenem a Maracandis recedentem petere Sogdianae regiam?' quam difficultatem Francisc. de Schwarz p. 41 sq. sustulisse sibi uisus est, sed ualde errauit. neque enim primum ex Graeci sermonis usu articulus hoc loco poni potest neque quicquam colligere licet ex eo, quod uocabulum βαcίλεια nude usurpatum est. deinde Schwarzium fugit satrapeam Bactrianorum non 'Bactra' uocatam esse, sed 'Bactrianam' (ἡ Βακτριανή sc. χώρα), quamquam concedendum est nonnumquam nomen capitis, i. e. Bactra, pro regione Bactriana usurpari. sed haec alia res est. eodem autem modo Sogdianam (τὴν Coγδιανήν sc. χώραν) regionis nomen esse apparet. neque quicquam exemplis a Schwarzio e nostrorum temporum usu dicendi collectis probatur. hoc igitur Arriani loco mea quidem sententia uerbo βαcίλεια non significatur caput regionis Sogdianae, sed domus quaedam regia, qualis ex. gr. commemoratur a Diod. 16, 41, 5 τὸν βαcιλικὸν παράδειcον, ἐν ᾧ τὰc καταλύcειc οἱ τῶν Περcῶν βαcιλεῖc εἰώθεcαν ποιεῖν. cf. praeterea Curt. 8, 1, 10 sqq. Xen. exp. Cyri 1, 2, 7. 1, 4, 10. iam restat, ut de loco, quo παράδειcοc ille situs fuisse uidetur, disseramus. ac primum quidem conicere licet eum haud longe et a flumine Polytimeto abfuisse (cf. Schwarz. p. 62) et a Maracandis (cf. Curt. 7, 9, 20. Arr. 4, 6, 4 sq. Muetzell. ad Curt. 7, 7, 32 p. 691). per illum autem παράδειcον Polytimetus fluxisse uidetur (cf. Arr. 4, 5, 6). denique non magnopere repugnabo, si quis hunc παράδειcον eundem fuisse contendat atque illum, quem Curt. 8, 1, 10 sqq. in regione quadam, quae appellabatur Bazaira situm describit (cf. Diod. arg. libr. XVII περὶ τοῦ ἐν Βαcίcτοιc κυνηγίου), praesertim cum regio illa haud procul a Maracandis abfuisse uideatur (cf. Muetzell. ad h. l. p. 723).

cum praesidibus] cf. § 45 'cum princi⟨pi⟩bus'. sed haud scio an recipienda sit Reitzensteinii coniectura 'in praesidiis' pro codicis scriptura 'cum praesidus' (cf. ex. gr. Liu. 1, 38, 1). ceterum quem Alexander Maracandis reliquerit neque Arr. 3, 30, 6. 4, 3, 6 neque Curt. 7, 6, 11. 24 tradit. hoc autem epitomes loco sine dubio Andromachus Menedemus Caranus Pharnuches (Arr. 4, 3, 7) intellegendi sunt. 98,16

in quendam locum munitum] Curt. 7, 7, 38 'qui caedi supererant, tumulum paulo quam cetera editiorem capiunt: quos Spitamenes obsedit'. sed 'locus' ille 'munitus' nihil aliud fuisse uidetur quam arx Ma- 98,17

racandorum, uti colligere licet ex Curt. 7, 9, 20 'ipse ... ad Maracanda urbem contendit, ex qua Spitamenes conperto eius aduentu Bactra perfugerat' et ex epitomes § 13 (cf. praeterea Arr. 4, 6, 3). ceterum hoc loco exspectares praefecturam 'Sogdianam' nominari, non 'Bactrianam'. sed apud Ptolemaeum quoque (6, 11, 9) Maracanda inter Bactrianae oppida enumerantur. cf. Kiepert. 'Lehrbuch der alt. Geogr.' p. 57. Tomaschek, 'Real-Encyclopädie' II p. 2805 s. u. 'Bactriane'. Zumpt. ad Curt. 7, 8, 30 p. 339.

cuneatim] de hac uoce cf. Funck. 'Archiv' VII (1892) p. 498 qui recte interpretatur 'in enggeschlossenen Haufen (Massen, Rotten)'. cf. Caes. bell. Gall. 7, 28, 1 'hostes ... in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt'. id. ib. 6, 40, 2 'alii, cuneo facto ut celeriter perrumpant, censent, quoniam tam propinqua sint castra' et Herzog. ad h. l. p. 364 ed. pr. complures locos ex Ammiano petitos dabit Funck l. c. de eadem re Arr. 4, 5, 6 ἐς πλαίσιον ἰσόπλευρον τάξαντες τοὺς στρατιώτας ἀνεχώρουν. id. tact. 28 [33], 4. praeterea Liv. 32, 17, 11 'cuneum Macedonum — phalangem ipsi uocant,' ubi uide Weifsenborn.

98,18 Bactrina] auctor epitomes excepta § 121 semper utitur forma 'Bactrinus' (alii: Βακτριανός, 'Bactrianus') cf. Apul. met. 7, 14 p. 152, 10 ed. Vliet et Hildebrand. ad h. l. p. 573.

98,19 noctem circa offensas peruigilauit in cogitando] cf. Tac. dial. 3 'omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas'. 'circa' est i. q. 'inbetreff'. 'noctem peruigilare' ut § 99. ad rem cf. Curt. 7, 8, 2 'singula animi consulta pensando noctem uigiliis extraxit'.

98,20 peruigilauit in cogitando] coniungenda sunt, cf. ap. Ouid. fast. 6, 326 'in multo nox est peruigilata mero'.

ante] i. e. ante quam offensas ulcisceretur et defectionis auctores puniret.

98,21 id perseuerare] cf. § 28 'iter coeptum perseuerare'. auct. bell. Afr. 18, 4 'perseuerare cursum'. Woelfflin. ad h. l. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 38, 13 p. 357.

postridie] Curt. 7, 8, 3 'iamque lux adpetebat'.

rates] Curt. 7, 8, 6.

98,22 apparari] fortasse praestabit 'apparare', cf. ex. gr. §§ 35. 63. 69. 86. utrumque ferri potest.

studiose] Curt. 7, 8, 8 'tanta alacritate'.

98,23 duo milia ratium] Curt. 7, 8, 8 'ut intra triduum ad XII milia effectae sint', sed is numero nauium aliquid adiecisse uidetur.

98,24 destinata] sc. 'inter se', cf. Curt. 7, 8, 8 'rates iunctae sunt'. ita 'campus' quidam efficiebatur militesque ratibus inter se iunctis firmiter insistebant.

in ratis ascendere] Nep. Alc. 4, 3 'in trierem ascendit'.

98,25 omnes uniuersas] sc. rates. ad 'omnes uniuersas' cf. ex. gr. Plaut. trin. 1046 sq. Fronton. epist. p. 127 ed. Naber. Apul. met. 7, 5 (p. 145, 18 Vliet) et Hildebrand. ad h. l. p. 530.

in altum] hoc loco de flumine, non de mari, cf. Liv. 21, 28, 10 'cum ... in altum raperentur'. Sil. Ital. 3, 460 'ducere in altum'. (Verg. georg. 1, 141 sq. 'altus' pro 'profundus' usurpasse uidetur).

98,26 prouecti] Caes. bell. gall. 4, 28, 3 (naues) 'in altum prouectae'.

98,27 mentibus destinati] scil. 'uidebantur'. adiectiuum sensu actiuo usurpatum est, cf. Muetzell. ad Curt. 5, 10, 5 p. 474. cf. auct. bell. Afr. 88, 2. Herzog. ad Caes. b. gall. 7, 72 p. 559. Walter 'Studien zu Tacitus und Curtius' 1887 p. 28.

98,28 descensionem facere] cf. § 60. Curt. 7, 9, 5 'cui Scythae admotos ordines equitum in primo ripae margine opponunt, ut ne adplicari quidem terrae rates possent'. Arr. 4, 4, 4 ἐς τοὺς Σκύθας παριππεύοντας ἐπὶ τῇ ὄχθῃ.

telis contentis] cf. Nonium s. v. p. 402 ed. Muell. Verg. aen. 9, 623 (ubi Ribb.: 'intendit'). 10, 521. 12, 815. hoc autem epitomes loco 'tela contenta' significant 'tela missa'. ceterum simplex uerbum Silio Italico 1, 395 tribuendum esse censeo, qui Carthaginiensem quendam in pugna occisum his uerbis prosequitur:

> 'felix heu nemorum et uitae laudandus opacae,
> si sua per patrios tenuisset spicula saltus.'

quamquam Bauer codicum lectionem 'tenuisset' defendere conatus est ('Jahrbb. f. Phil.' uol. 137 p. 196), tamen mihi quidem persuasum est uerbum 'tenendi' hoc loco nullo modo aptum, sed facillima mutatione scribendum esse:

> 'si sua per patrios tendisset spicula saltus'.

ad hanc locutionem cf. Verg. aen. 9, 603. Hor. carm. 1, 29, 9. cuius formae 'tendisset' (pro 'tetendisset') exempla inuenies apud Neuium 'Formenlehre' uol. III p. 350 ed. tert., ex. gr. Prop. 4 (3), 8, 37 (uariat lectio). Sen. Herc. fur. 538. Val. Fl. 4, 365 (ex coni. Schenkelii). rationibus autem metricis hoc loco Silius adductus esse uidetur, ut forma 'tendisset' uteretur, quamquam apud eum 8, 60 inuenitur 'tetendit'.

praestolabantur] cf. Fest. s. u. p. 223 ed. Muell. Herzog. ad Caes. b. gall. 3, 24 et ad bell. civ. 2, 23.

medium] i. q. 'dimidium'. sic 'medius' saepius usurpatur. Krebs 'Antibarbarus' II p. 63 s. v. et quos laudat. 'iter fluminis' dictum est ut ap. Apul. met. 2, 13 p. 32, 24 ed. Vliet: 'quem ad modum . . . . et maris et uiae confeceris iter'. 98, 29

praestiterunt] i. e. confecerunt.

signorum sono] Arr. 4, 4, 5 ὑπὸ cαλπίγγων ἐπέρα τὸν ποταμόν. 98, 30

remigum cohortatione] Arr. 2, 21, 9 τὰ μὲν πρῶτα . . . ἐξέπλεον ἄνευ κελευcτῶν τὰc κώπαc παραφέροντεc . . . τότε δὴ ξὺν βοῇ τε πολλῇ καὶ ἐγκελευcμῷ ἐc ἀλλήλουc καὶ ἅμα τῇ εἰρεcίᾳ ξυντόνῳ ἐπεφέροντο. cf. praeterea Arr. 6, 3, 3. Xen. hist. gr. 5, 1, 8. Polyb. 1, 21, 1 sq. Curt. 9, 8, 6 'militum clamor, remorum pulsus uariaeque nautarum uoces hortantium'. 98, 31

barbari autem e. q. s.] cf. Curt. 7, 9, 8. 98, 32

multos sauciarunt conpluresque occiderunt] cf. § 77 'multos occiderunt, plurimos sauciauerunt'. 98, 33

deinde simul] Curt. 7, 9, 9 'iamque terrae rates adplicabantur, cum' etc. 98, 34

turmas] Arr. 4, 4, 6 μίαν ἱππαρχίαν. Curt. 7, 9, 10 'equitum turmae'. 98, 35

impressionem facere] cf. § 45. saepius ex. gr. apud Daretem Phrygium inuenitur haec locutio. 98, 37

usque ad Liberi Patris columnam] Curt. 7, 9, 15 'lapides' Liberi commemorat, Plin. 6, 16, 49 autem 'aras'. 99, 1

post triduum] 'postriduo' (de uocabulo 'postriduum') legitur ap. Plaut. mil. gl. 1082. hoc autem loco codicis scripturam paulo mutatam retinui, quia aliquantum temporis inter illam pugnam et reditum ad Maracanda interfuisse ex Arr. et Curt. intellegi potest. 99, 3

quarto die deuenit] Curt. 7, 9, 21 'quatriduo rex longum itineris spatium emensus peruenerat in eum locum, in quo Menedemo duce duo milia peditum et CCC equites amiserat'. Arr. 4, 6, 4 ἐν τριcὶν ἡμέραιc διελθὼν χιλίουc καὶ πεντακοcίουc cταδίουc τῇ τετάρτῃ ὑπὸ τὴν ἕω προcῆγε τῇ πόλει. 99, 6

Graiorum caedes] '⟨ubi⟩ Graiorum' coniecit Reitzenstein coll. Curt. l. c., fortasse recte. 99, 7

mortuos sepeliri] Curt. 7, 9, 21. Arr. 4, 6, 5.

Bactrinam] ἡ Βακτριανὴ intellegenda est hoc loco, quamquam Arr. 99, 9

4, 7, 3 et Curt. 7, 10, 10 Bessum Ecbatanis necatum esse tradiderunt. sed cf. Curt. l. c. 'in Sogdianis Peucolao ... relicto Bactra peruenit. inde Bessum Ecbatana duci iussit'. Arr. l. c. § 1 ἐς Ζαρίασπα ἀφίκετο et § 3 ἔνθα δὴ ... παρήγαγεν ἐς αὐτοὺς Βῆσσον.

99,10 eumque] de morte Bessi cf. Curt. 7, 5, 40. Justin. 12, 5, 11. Diod. 17, 83, 9. Arr. 4, 7, 3. Plut. Alex. 43, 3.

suspensum] 'cruci adfixum' Curt. l. c. (cf. Just. l. c.).

fundis necauit] auctor similem legisse uidetur ei relationi, quam Diod. l. c. praebet, qui dicit: τὰ μέλη διεσφενδόνησαν.

deinde post diem undecimum] Curt. 7, 10, 13 'quarto die ad flumen Oxum peruentum est' et § 15 'superatis deinde amnibus Ocho et Oxo ad urbem Marganiam peruenit'. Arr. 4, 15, 7 αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸν Ὦξόν τε ποταμὸν ᾔει αὖθις καὶ ἐς τὴν Σογδιανὴν προχωρεῖν ἐγνώκει. de Ocho flumine (h. l. 'Ocetum' traditum est) cf. praeterea Strab. 11, 11, 5 p. 518, qui Ochum νοτιώτερον τοῦ Ὤξου esse dicit, et Ptolem. 6, 11, 2 et 4. quo modo uero fieri potuerit, ut Alexander primum ad Ochum, deinde ad Oxum peruenerit, uix dici potest. ceterum ex hoc quoque loco (cf. uerba 'in Bactrinam peruenit ... inde ad Oxum deuenit') colligendum est epitomes auctorem uocabulo 'Bactrina' partem quoque Sogdianae prouinciae in dextra Oxi fluminis ripa sitam designasse, ut iam supra monuimus. Alexandrum autem illo tempore non in satrapea Bactriana, quae proprie ita uocabatur, uersatum esse etiam iis, quae § 19 narrantur, comprobatur. ceterum cf. Niesium p. 120 not. 2.

99,12 ex eis regionibus] ad ea quae secuntur cf. Curt. 7, 11, 1 sqq. Arr. 4, 18, 4 sqq.

quaedam hominum multitudo] triginta milia armatorum fuisse tradit Curtius l. c. § 1.

99,13 praeruptum] Curt. § 2 'undique abscisa et abrupta'. Arr. l. c. § 5.

99,14 confugerant] cf. ex. gr. § 18 'multitudo ... interfecerunt'. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 10, 8 p. 263.

cuius horribilem altitudo aspectum] praua uerborum distinctione ex 'horribilem altitudo' ortum est primum 'horribile multitudo', deinde 'horribilem multitudo'. denique ut aptus sensus efficeretur, 'cuius' in 'quorum' (ad 'hominum' pertinens) mutatum est.

in se] Fabri ad Sall. Iug. 4, 6 p. 167.

99,15 XX stadiis] Curt. l. c. § 2 'petra in altitudinem XXX eminet stadia, circuitu C et L complectitur'. hoc autem epitomes loco quaedam intercidisse manifestum est; exspectes ex. gr. tale aliquid: 'eminebat (uel 'patebat') enim ab imo ad summum non minus XX stadiis'.

eo aditus] Curt. l. c. § 3.

99,18 homines CCC] Curt. l. c. § 7 sqq. Arr. § 7. 4, 19, 1 sqq.

99,19 grandi praemio inpulsos] ad rem cf. Curt. § 12. Arr. 4, 18, 7. paulo supra legimus 'timore inpulsa', quamobrem hoc quoque loco 'perpulsos' uel 'inpulsos' coniecit Reitzenstein.

post] Polyaen. 4, 3, 29 κατόπιν τῆς πέτρας. (Liv. 22, 4, 3 'Baliares post montes circumduxit'.)

99,20 ut in saxis e. q. s.] Curt. l. c. § 13 'ferreos cuneos quos inter saxa defigerent ... parabant' et § 15 'quidam, cum cuneos inter saxa defigerent, gradus subdidere, quis insisterent'. Arr. 4, 19, 1 πασσάλους μικροὺς σιδηροῦς, οἷς αἱ σκηναὶ καταπεπήγεσαν αὐτοῖς, παρασκευάσαντες, τοῦ καταπηγνύναι αὐτοὺς ἔς τε τὴν χιόνα κτλ. et § 2.

†angulis actos] est codicis scriptura, quae uereor ut possit defendi. fortasse autem ex Schwartzii emendatione scribendum est 'singulos acutos'. Keil coniecit 'angulis rectis'.

lineas] Curt. l. c. § 15 'adiectis funium laqueis euasere'. Arr. 4, 19, 1 τούτους [τοὺς πασσάλους] καλωδίοις ἐκ λίνου ἰσχυροῖς ἐκδήσαντες.

minutatim] cf. auct. bell. Afr. 31, 1 et Woelfflin. ad h. l. p. 53. 99,21

aditum] post 'minVTATIM' facile 'ADITVM' intercidere potuit. ceterum haud scio an coniectura Schwartzii 'scandent⟨es alius al⟩ium' recipienda sit, conferas uelim Caes. bell. civ. 1, 68 'subleuati alii ab aliis'.

in nocte] scripsi. 'noctu' exstat ex. gr. § 67. cf. 'in meridiano 99,22 tempore' § 90.

adgrederentur] liceat hoc loco emendationem ad Curtii quendam locum uexatissimum proferre. apud eum enim scriptorem 4, 1, 31 libri manu scripti haec tradunt: 'eos Amyntas proelio superatos in urbem conpellit castrisque positis uictores ad populandos agros: uelut in medio positis dis hostium cuncta agebantur'. quo loco 'dis' omnes codd. exhibent praeter Leidensem, qui praebet 'edis'. ac primum quidem uerba 'Amyntas ... conpellit ... uictores ad populandos agros' nullo modo ferri possunt, cf. Walchium apud Muetzell. ad h. l. p. 185 ipsumque Muetzellium, qui dicit: 'dagegen würde uictores als Subject sehr treffend und von wesentlichem Nachdruck sein' codicisque Theocren. scripturam 'castrisque positis uictores festinant ad populandos agros' affert. Muetzellio assentiri non dubito. sic enim scribendum esse arbitror: 'eos Amyntas proelio superatos in urbem conpellit castrisque positis uictores ad populandos agros ⟨aggrediuntur⟩'. qui locus altero quoque uitio inquinatus est, quem ut tollerent, multi uiri doctissimi iam operam dederunt. quorum coniecturas inuenies facillime apud Muetzellium Hedickium Vogelium ad h. l. mea autem sententia hic locus sic restituendus est: '... uictores ad populandos agros aggrediuntur; uelut in medio positis aedificiis hostium cuncta agebantur'. cf. Caes. bell. gall. 4, 38, 3 'omnibus agris uastatis, aedificiis incensis'. ib. 3, 29, 2 'uastatis omnibus eorum agris, uicis aedificiisque incensis'. ib. 6, 43, 2 'omnes uici atque omnia aedificia incendebantur: praeda ex omnibus locis agebatur'. Liv. 5, 12, 5. cf. etiam Woelfflin. ad auct. bell. Afr. 65, 1 p. 104. denique ne ea quidem quae praecedunt uerba sana sunt; § 30 enim codices Curtii praebent: 'hoc ipsum concurrunt ad delenda praesidia Persarum', cum sine dubio legendum sit 'ocissume concurrunt'. cf. ex. gr. Curt. 10, 2, 27.

linteis candidis] cf. Curt. 7, 11, 11 et 19. Arr. 4, 19, 3. 99,23

citius Alexandri opinione] uulgo 'opinione celerius', sed cf. 'dicto citius, solito citius'. saepius ablatiuus ille praecedit.

plures] Curt. l. c. § 19 'toto e numero II et XXX in ascensu in- 99,24 terisse adgnoscunt'. Arr. l. c. § 2 τούτων ἐϲ τριάκοντα μὲν ἐν τῇ ἀναβάϲει διεφθάρηϲαν.

praecipitantes] participium praesentis uim habet participii aoristi, cf. 77 'quos ubi barbari conspicantes circumsteterunt'.

perfecerunt] an 'profecerunt'?

cum primo mane] 'primo mane' legimus ap. Iustin. 1, 10, 4. Co- 99,25 lum. 12, 1, 3. cf. praeterea 'cum diluculo, cum prima luce, cum occasu solis' similia.

quendam ex suis Daren] ad hoc nomen proprium cf. Seruium ad Verg. aen. 5, 460 „'Dares Daretis', unde est 'Dareta': et 'Dares Daris', unde est 'Daren'" et Priscian. 6, 61 p. 245, 4 ed. Hertz. cf. praeterea Curt. 7, 11, 5. 22 qui praebet 'Cophes', Arr. autem l. c. § 3 κήρυκα tantum commemorat, apud quem hic Artabazi filius Κωφὴν 3, 23, 7 exstat.

Ariomazen] Curtio 7, 11, 1 'Arimazes' audit, Straboni 11, 11, 4 99,26 p. 517 'Ἀριαμάζηϲ, Polyaeno 4, 3, 29 denique 'Ἀριομάζηϲ. Ariobazanen in Indiam profugisse narrauit epitomes auctor § 3.

se dederet] nisi supplendum 'rupem' uel 'arcem', cf. ad 'dedendi' uerbum absolute positum Liv. 24, 35, 1. Curt 3, 1, 6 et Muetzell. ad h. l. p. 9.

99,27 iubet Daren, uti] uerbum 'iubendi' hoc loco et cum accusatiuo personae et cum coniunctione 'ut' coniungitur ut apud Hyginum fab. 196 p. 125, 17 ed. Schmidt: 'Pan iussit eos ut in feras bestias se conuerterent.' cf. Woelfflin. 'Archiv' VII p. 434 ad auct. bell. Hisp. 27, 4. ad rem uide Curt. l. c. § 22 et § 24. Arr. l. c. § 3.

99,28 significaret] i. e. ostenderet, cf. Curt. l. c. 'ostendi a tergo iussit, qui ceperant uerticem'.

99,29 homines uolaticos] Curt. 7, 11, 5 et 24 ('pinnas habere ait milites Alexandri'). Arr. 4, 18, 6 πτηνοὺς ἐκέλευον ζητεῖν στρατιώτας Ἀλέξανδρον.

timidus] pro aduerbio. res est notissima. cf. ex. gr. § 50 'libens'. Liv. 3, 26, 3 'castris se pauidus tenebat.' id. 27, 12, 15 'dum alii trepidi cedunt.' semper autem dicitur 'studiose' (cf. § 10).

99,30 Ariomazen interfecerunt] discrepat a Curtio 7, 11, 28: 'omnis crucibus iussit adfigi' (Alexander).

99,32 reliquis ignouit] Curt. l. c. § 29 'multitudo dediticiorum incolis nouarum urbium dono data est.'

partem exercitus] Curt. 8, 2, 13 'cum parte exercitus Hephaestionem in regionem Bactrianam misit', § 14: 'ipse Xenippa peruenit', § 19: 'in regionem quam Nautaca appellant, rex cum toto exercitu uenit.' cuius relationem ab epitome paulo discrepare manifestum est. Arr. 4, 18, 2 Ἀλέξανδρος δὲ περὶ Ναύτακα ἀναπαύων τὴν στρατιὰν ὅτιπερ ἀκμαῖον τοῦ χειμῶνος ἦν κτλ. ceterum hoc epitomes loco Nautace in prouincia Bactriana sita fuisse dicitur, sed iam diximus auctorem partem quandam Sogdianae illi prouinciae attribuisse, cum ex Arr. 3, 28, 9 (εἰς Ναύτακα τῆς Σογδιανῆς χώρας) colligendum sit illum locum in dextra Oxi ripa situm fuisse.

99,34 Xeiniptam] cf. Curt. l. c. § 14 'Xenippa'.

Sissimithre] uariat lectio apud Curt. 8, 2, 19 sqq.: 'simithrides, sisimithrem, sisimethres, simythri'; Σισιμίθρης audit Plutarcho Alex. 58, 2 et Strab. 11, 11, 4 p. 517.

100,1 barbaro] an 'barbarorum?' cf. 99, 10 'more Persarum'.

e matre sua] Curt. 8, 2, 19 'duobus ex sua matre filiis genitis.'

produxerat] Plaut. Bacch. 455 'qui illum produxit sibi.' Rud. 1173 'qui te produxi pater.' Lucil. sat. 26, 89 Muell. 'liberos producere'. quae uis huic uerbo paucis locis uidetur subiecta esse.

100,2 Dahas] Curt. 8, 3, 1 'Dahas deinde statuerat petere: ibi namque Spitamenen esse cognouerat.' (cf. de Spitamenis fuga et morte Arr. 4, 17, 7).

Dahas . . . ex eo loco] cf. Caes. bell. ciu. 1, 18 'Sulmonenses, quod oppidum.' hoc epitomes loco aut quaedam interciderunt (ex. gr. 'quo confugerat Stiphamenes') aut 'quo' delendum est, quod malui. possis etiam scribere uerbis transpositis: 'quo ex loco Stiphamenes' coll. § 75 'quo in loco'.

100,3 ob hanc causam] cf. Curt. 8, 3, 1 sqq. 'Spitamenes uxoris inmodico amore flagrabat: quam aegre fugam et noua subinde exilia tolerantem in omne discrimen comitem trahebat'.

100,4 forma pracellenti] retinui, conieci autem 'praecellentem' coll. Plin. n. h. 7, 184 'in eodem pantomimo Mystico tum forma praecellente' et Claud. Quadrig. ap. Gell. 17, 2, 13 'forma factis eloquentia praecellere.'

magnificabat] i. e. 'magni faciebat', cf. Krebs 'Antibarbarus' II p. 43 s. v.

100,5 in omnibus itineribus et laboribus] cf. Curt. l. c. 'quam aegre fugam et noua subinde exilia tolerantem, in omne discrimen comitem trahebat.'

100,6 negat se] fusius hanc rem Curtius narrat § 2—7.

100,7 deinde post] usitatius est 'deinde postea', sed 'post deinde' uel

'poste deinde' inuenitur ex. gr. ap. Ter. Andr. 483 et apud Gellium. cf. Bremi ad Nep. Eumen. 5, 5. Handii Tursellin. vol. II p. 242 sq.

multis precibus orare] cf. Woelfflin. ad bell. Afr. 91, 3. Herzog. ad Caes. b. g. 7, 26, 3 p. 478.

poculum biberet] i. e. hauriret, cf. Krebs 'Antibarbarus' I p. 215. estne scribendum 'pocula?' fortasse 'poculum' i. est q. 'sopor'. § 99 'poculum uenenatum'. 100,9

silentium] cf. Herzog. ad Caes. b. gall. 7, 26 'silentio noctis'. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 60, 22 p. 422. 100,10

puluinar] h. l. idem est quod 'puluinus' (cf. Sall. Iug. 71, 4. Catull. 6, 9). quo tamen sensu uix multis locis inueniri possit hoc uocabulum (cf. Krebs 'Antibarbarus' II p. 388 s. u.), nam Suet. Aug. 45 p. 59, 19. Claud. 4 p. 149, 31. Iuv. 6, 131 sq. huc non quadrant, cf. Friedlaender ad Iuv. l. c. neque uero 'puluinar' in 'puluinum' mutare uolui, cum etiam apud Petron. 134 ('caput inclinare super puluinar') omnes fere codd. praebeant 'puluinar' (editores ex nonnullis codd. 'puluinum', uereor ut recte).

subduxit] Verg. aen. 6, 524. Nep. Alcib. 10, 5. 100,11

ita gurgulione extenso] cf. Guhl. et Koner. 'Leben der Griechen und Römer' p. 682 ed. VI: „ein oder mehrere Kissen (puluinus), die am Kopfende des Lagers ihren Platz fanden, hatten die Bestimmung, dem Kopfe eine erhöhte Lage zu geben (daher auch ceruicalia genannt)."

gurgulione] i. q. 'gula' uel 'guttur', apud Varron., Cic. Tull. § 21 'gurgulionibus insectis', scriptt. posterioris temporis.

extenso] haec participii forma praesertim usurpatur de membris corporis (non 'extentus').

et ita] cf. auct. bell. Afr. 16, 3 et 17, 1 ubi uid. Woelfflin. 100,12

progressa] et 'ad Alexandrum' cohaerent.

decoram ornatu ac formae dignitate] Ov. met. 2, 773. Verg. aen. 5, 133. 100,13

formae dignitate] cf. Bremium ad Nep. Them. 6, 1 p. 47. Cic. de off. 1, 36, 130. 100,14

⟨etsi⟩ cruenta erat] Curt. l. c. § 11 'respersam cruore'. estne scribendum pro 'etsi': 'ut'? cf. Curt. l. c. § 10 'sicuti erat' (Woelfflin. ad bell. Afr. 4, 4).

conspicatus est] § 77. 100,15

multimodis] cf. Krebs. 'Antibarbarus' II p. 98 s. v. Reisig. 'Vorlesungen' I p. 289 not. 238b. p. 290 not. 238e. Nipperd.-Lup. ad Nep. Arist. 2, 4.

admiratus] § 18. cf. Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 36, 3 p. 122.

quae esset] § 29 autem legimus 'quis ea — — esset', cf. Woelfflin. ad. bell. Afr. 16, 3 'quis sim.'

tum] cf. Fabri-Heerwagen. ad Liv. 21, 11, 8 p. 41. eundem ad Sall. Cat. 51, 40 p. 126. 100,16

caput uiri] quod ueste inuolutum attulerat, cf. Curt. l. c. § 12.

piissime] per irrisionem dictum est. 100,17

poenas pro sceleribus] idem quod 'poenas scelerum', cf. Sen. Med. 925, Lactant. 2, 7, 21. 4, 11, 11. 7, 11, 2.

ob] bell. Afr. 46, 4 et Woelfflin. ad h. l. p. 77. fortasse scribi debet: 'habuit ⟨id⟩ ne . . . fecisse' etc. 100,19

quod ubi factum — — Stiphamenen occisum] cf. § 50 'id — — Alexandrum aduenisse'. 100,20

Cattenen] in proelio cum Cratero commisso occisum esse tradit Curt. 8, 5, 2. 100,21

Dataphernen] Curt. 8, 3, 16 'Dahae Spitamenis caede conperta Dataphernen uinctum Alexandro dedunt.'

noluit] cum Dahae ipsi se dedidissent (Curt. l. c.). 100,22

deinde Alexander ex eo loco profectus est] ad ea quae secuntur cf. Curt. 8, 4, 1 sqq.

100, 23 cum iam tertium diem] Curt. l. c. § 3 sqq.

100, 24 nocte caelo obducta] cf. Nep. Hann. 5, 2 'obducta nocte' et Bremium ad h. l. p. 331. Curt. 8, 13, 25 'obducta nox caelo.' id. 4, 7, 13 'obductae caelo nubes condidere solem' et Muetzell. ad h. l. p. 266. Verg. georg. 1, 248 'obtenta densantur nocte tenebrae.' Hom. Od. 11, 19 ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσιν.

100, 26 fulgoribus] cf. exempla a Kuehnero 'Ausf. Gr.' I p. 194ge allata.

100, 28 glaciesceret] Plin. n. h. 20, 230.

tabernacula] hac tempestate Alexandri exercitus in castris oppressus esse uidetur, non in itinere (supra § 24 'cum iter faceret' et Curt. l. c. — sed cf. eund. § 13 et epit. § 27 'in castra reuertebantur').

rigida] per πρόληψιν dictum. cf. Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 33, 3 p. 108. Verg. georg. 3, 363 'uestes rigescunt indutae'.

100, 30 intermittitur] scripsi § 99 coll. cf. Caes. b. g. 5, 8, 2 'uento intermisso'.

100, 31 uicos ac uillas] alliteratio studio quaesita uidetur esse.

uillas] i. q. apud Caes. 'aedificia' (nos 'Einzelhöfe'), cf. Woelfflin. ad auct. bell. Afr. 65, 1.

passim] Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 61, 2 p. 213. hoc loco eadem uis huic uocabulo subiecta est quae apud Liv. 21, 28, 4 'in uicos passim suos diffugiunt' (nos: 'nach allen Seiten hin').

100, 32 se adplicabant] § 77 'ad murum adplicati'.

rupes atque saxa] cf. Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 33, 4.

inpendentia] ex eo uocabulo cogitatione supplendum esse uidetur 'inpendentes' (ad 'rupes'), cf. Woelfflin. ad bell. Afr. 5 p. 9.

100, 33 ex equo descendere] ita semper apud Ciceronem et Liuium, 'equo descendere' apud Sallust.

ob torporem] i. q. 'prae torpore'.

100, 34 tum] cf. intpp. ad Verg. aen. 3, 141. 175. 5, 455 (nos 'ferner, auch, und').

100, 35 haerebat] Ov. met. 4, 266 'membra ferunt haesisse solo.' alibi 'haerere alqa re' inuenitur.

100, 36 habere] estne scribendum: 'haberi', cf. 'differrentur' (arma)?

ad hominum XXX milia] apud Curt. 8, 4, 13 omnes codd. praebent 'XX militum' i. e. 'uiginti milia militum', quod Zumpt. mutauit in 'duo milia'. sed codicum lectio sine dubio restituenda est.

100, 38 miserrima morte perierunt consumpti] cf. Caes. b. g. 4, 15, 2 'timore lassitudine ui fluminis oppressi perierunt.' b. c. 3, 22.

101, 1 milia . . . consumpti] constructio ad sensum. cf. Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 21, 13 p. 70. aliter ex. gr. Eutrop. 3, 13, 2 'is a T. Manlio uiuus est captus, occisa cum eo duodecim milia', ubi pro codd. lectione 'cum eo' conieci 'omnino', cf. Muetzell. ad Curt. p. 140 et Wolfflin. ad auct. bell. Afr. 12, 3.

qui aut corporis dolore aut aliqua parte membrorum debilitati essent] ad 'aliqua parte' cf. ex. gr. Liv. 45, 31, 3 (saepius 'ex aliqua parte') et Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 15, 9 p. 283. sensus est militum artus laborasse. sed 'corporis dolor' hoc loco mihi est suspectum, quamobrem conieci 'torpore' pro 'dolore'. ceterum cf. Curt. 8, 11, 23 'plures aliqua membrorum parte mulcati' et ad uerbum 'debilitandi' Muetzell. ad Curt. 4, 3, 5 p. 207.

101, 2 in castra reuertebantur] ex uillis atque uicis, quo confugerant. ceterum '⟨non⟩ reuertebantur' coniecit Reitzenstein.

101, 3 iter coeptum] cf. Muetzell. ad Curt. 5, 1, 13 p. 377.

ad Gaesetas] Curt. 8, 4, 1 'ex hibernis mouit exercitum regionem quae Gazaba appellatur aditurus.' deinde narrat tempestatem illam ex-

ortam esse, quam epitomes auctor supra descripsit et § 20 Alexandrum inde Sagos uel Sagas petiisse. ad nomen 'Gabaza' cf. Zumpt. ad h. l. p. 373. praeterea interpretes conferunt Arr. 4, 17, 4 Βαγάς, χωρίον τῆς Σογδιανῆς ὀχυρόν.

perseuerare] cf. § 10 'id perseuerare'.

satrapes quidam Chorienes] ex hoc loco intellegitur apud Curt. 8, 4, 21 nomen Cohortandi uel Cortandi satrapae iniuria ab editoribus in nomen Oxyartis mutatum esse, quod Zumpt. inuitis codicibus fecit, ne Curtius a se ipso et a ceteris auctoribus dissentiret. cum Curtii autem loco arte coniungendum esse Plutarchi locum in uita Alexandri (47, 4) iam Wesseling. intellexit, quem uide ad Diod. 18, 3, 3 tom. II p. 259, 84 [= p. 226 sq. ed. Dind.]. multi autem et doctissimi uiri Wesselingii sententiam refutare conati sunt, ex. gr. Muetzell. ad h. l. p. 746, Droysen. 'Gesch. des Hellenismus' I 2 p. 83 not. 2 edit. II, sed uehementer errauerunt. ut autem ex iis locis apparet, uariat scriptura nominis illius satrapae (Χορτάνης, Cohortandus, Corianus), quamobrem quae uera nominis forma sit, uix quisquam diiudicare possit. sed ego Corianum eundem esse puto atque Chorienen satrapam ab Arr. 4, 21 commemoratum, quod etiam Guil. Geiger 'Alexanders Feldzüge in Sogdiana' 1884 p. 36 sq. et p. 40 censuit. notissimum autem est apud diuersos scriptores diuersa de castellis in iis regionibus ab Alexandro expugnatis tradita esse, sed ueri simillimum est Arimazae castellum (Curt. 7, 11) idem esse atque castellum illud, quod in prouincia Sogdiana situm fuisse dicit Arr. 4, 18, 4 sqq. (ἡ ἐν τῇ Σογδιανῇ πέτρα), cf. Geiger. l. c. p. 35 sq. Niese p. 122 not. 1. Schwarz l. c. p. 78 not. eodem autem modo Sisimithris castellum (Curt. 8, 2, 19 sqq.) idem uidetur esse quod Arr. 4, 21 Chorienis castellum uocat. (Χοριήνου πέτρα), cf. Geiger. l. c. p. 36, Niese p. 122 not. 1, Schwarz l. c. p. 83. in illud Sisimithris uel Chorienis castellum Roxanen confugisse apparet ex Strab. 11, 11, 4 p. 517 ἑλεῖν δὲ (φασὶ τὸν Ἀλέξανδρον) . . . τὴν ἐν τῇ Βακτριανῇ (πέτραν) τὴν Σισιμίθρου ἐν ᾗ εἶχεν Ὀξυάρτης τὴν θυγατέρα Ῥωξάνην, a quo tamen discrepat Arr. 4, 18, 4. Chorienis autem nomen apud Arrian. tantum traditum apud Curt. 8, 4, 1. Plut. Alex. 47, 4. Epit. § 28 et § 32 latere uidetur. sed haec hactenus. iam redeamus ad Curtii locum, quo ne restituta quidem lectione codicum omnia recte se habere manifestum est. pronomen enim 'ipsius' § 23 tum ad Chorienen (Cohortandum) referendum est et Curtius eo modo a se ipso discrepat (cf. 10, 3, 11). neque tamen quaedam intercidisse Wesselingium secutus putauerim, immo Curtium quae apud eos, quibus auctoribus usus est, legerat male concocta summa, ut assolet, indiligentia memoriae tradidisse. 101,4

in conuiuium] nos 'Speisezimmer', cf. F. Walter 'Studien zu Tacitus u. Curtius' 1887 p. 39, qui hos locos affert: Curt. 8, 5, 9 'conuiuio egreditur'. id. 8, 6, 13. Tac. hist. 1, 81. 3, 38. 1, 82. cf. συμπόσιον. 101,6

cum ceteris amicorum filiis] i. e. cum ceteris uirginibus, amicorum filiis, cf. ex. gr. Xen. anab. 5, 2, 31 οἱ ἄλλοι Κρῆτες. Verg. aen. 7, 614 'cetera pubes'. quo modo 'alius' quoque inuenitur.

saltatum] conieci coll. Plut. de Alex. M. fort. or. I c. 11 p. 332 E: Ῥωξάνης ἐρασθεὶς τῆς Ὀξυάθρου θυγατρὸς ἐν ταῖς αἰχμαλωτίσι χορευούσης οὐχ ὕβρισεν ἀλλ' ἔγημε. 101,7

Oxyatris] apud Curtium 'Oxartes' uel 'Oxirates' traditum est, Graecis audit Ὀξυάρτης.

omnibus formosissima] cf. § 83 'alium alio deterrime respondisse.' similiter apud Graecos pro comparatiuo quandoque superlatiuus inuenitur, qui eodem modo quo comparatiuus genitiuum post se habet (Viger. 'de idiotismis' p. 67 not. ed. III). ceterum exempla ex posteriorum temporum scriptoribus Latinis petita inuenies apud Woelfflin. 'lat. u. roman. Comparation' p. 68 sqq.

101, 9 inueniebat] suppleui coll. § 68 p. 107, 9. § 54 p. 104, 38.

101, 10 poculum prehendit] libatio significatur.

101, 11 deos conprecatus] cf. § 85. uerbum 'comprecandi' ex sermone poetico petitum apud Plaut. cum datiuo, sed apud Terent. et Catull. 64, 191 cum accusatiuo coniungitur, cf. Riesium ad Catull. l. c.

multa multis] cf. Cic. pro Rosc. Amer. § 130 'multa multos'. id. ad Att. 11, 9, 1 'multae multorum'.

insperantibus] cf. ex. gr. Catull. 107, 1 sq. 'si quoi quid cupido optantique obtigit umquam Insperanti, hoc est gratum animo proprie.' nos 'unverhofft, kommt oft'. Curt. 8, 4, 27 'insperato gaudio'.

101, 12 ex captiuis] cf. Curt. l. c. § 26 'Achillem quoque . . . cum captiua coisse'. id. 10, 3, 11 'non dedignatus ex captiua liberos tollere.' ceterum quae secuntur uerba mendose tradita uidentur esse; equidem codicis scripturam explicare frustra studui. digna igitur est, quae legentibus proponatur Reitzensteinii coniectura: 'multos reges ex captiuis procrea⟨sse filios, mul⟩tos filias' e. q. s. fuit cum uerba, quae tradita sunt, sic interpretarer, ut ab Alexandro Neoptolemum proauum (Arr. 1, 11, 8) significari putarem. is enim ex Lanassa, quam ex templo Dodonaeo ui abduxerat, octo liberos sustulit, quorum ex numero filias finitimis regibus in matrimonium dedit. sine dubio autem 'rerum gestarum' auctor Alexandrum plura loquentem fecit, cuius tamen oratio ab epitomatore in artius contracta est.

101, 13 communicatione] cf. communicare 'sich mit j. in Gemeinschaft begeben', quae uis huic uerbo apud scriptores ecclesiasticos subiecta est.

101, 14 quare, inquit] cf. § 38 et Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 10, 4 p. 35.

101, 15 si] i. est q. 'etiamsi', cf. Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 19, 4 p. 62 et Fabri ad Sall. Iug. 85, 48 p. 339.

101, 17 his uerbis amicos cohortabatur] uerba quae secuntur uitiosa uidentur esse, quae sic conformanda esse putem: 'uti sibi quisque in conuiuio uirginem matrimonio iunctam ⟨abduceret, ipse Roxanen matrimonio iunctam⟩ abduxit'. cf. ad rem Curt. l. c. § 27 sqq. quam coniecturam in uerborum ordinem non recepi, ubi 'uti' in 'et' mutare malui.

101, 19 magno opere gauisi sunt] Curt. l. c. § 27 'insperato gaudio laetus pater sermonem eius excipit', quo tamen loco 'elatus' pro 'laetus' scribendum esse arbitror. neque enim 'gaudium' significat, quod nos dicimus 'das freudige Ereignis', neque apte uerba 'gaudio laetus' coniungi possunt. cf. praeterea Curt. 4, 6, 26 'insolenti gaudio elatus'. 6, 7, 24 'gaudio elatus'.

101, 20 †Beionem] uitiosum uidetur esse. fortasse latet 'Bactrinum', cf. Arr. 4, 22, 1 Ἀλέξανδρος αὐτὸς μὲν ἐς Βάκτρα ᾔει. sed de rebus tam incertis cauendum ne hariolemur. quamobrem nomina geographica quamuis aperte corrupta semper retinui iis interdum exceptis, quibus facile mederi potui.

castra] quid sub hac uoce lateat aut quae castra intelligenda sint, nescire me fateor, fortasse 'hiberna', quae § 19 ('in Bactros Nautacen in hiberna') commemorantur.

101, 21 †Oxurum] fortasse 'Oxum', nisi praestat statuere nomen eius fluminis latere, quod Plin. n. h. 6, 52 (codd.: 'iachrum' uel 'iacrum'; Ian ex coni.: 'Bactrum', idem nomen praebent codd. Solini 49, 1) commemorauit.

stadia XXX] Curt. l. c. § 2 'per CCCC stadia'.

per loca sola] fortasse conferendus est Curt. 7, 5, 1 sqq., ubi 'loca deserta Sogdianorum' [immo 'Bactrianorum', cf. 7, 5, 13] describuntur. ceterum cf. ad § 68 'per solas terras'.

101, 22 Indiam uersus] cf. ex. gr. Sall. Iug. 19, 3 'Aegyptum uersus'.

†Drapim] Δράψακα intellegenda esse intellexit Schwartz.

†Arines] similia tradit Curt. 8, 4, 19 sq. de Sisimithre i. e. Choriene, cuius nomen hoc loco ne recipiamus, prohibemur § 28. 101, 23

commeatu] 'comitatus' et 'commeatus' confunduntur § 58.

barbaricam] apud solutae orationis scriptores inde a Plinio maiore inuenitur. 101, 24

tradidit] sc. 'uobis'. cf. ea quae secuntur. 101, 28

hinc progressus] quae secuntur fortasse sic restituenda sunt: 'per⟨rexit ad⟩ Cophena' (cf. Arr. 4, 22, 6). 'quod' sc. 'flumen', cf. § 7 (Maracanda) 'quod' sc. 'oppidum'. 101, 30

dierum VIIII uia] cf. § 7 'quod abest a flumine Tanai dierum ... uia'. ad 'uia' i. e. 'itinere' cf. Herzog. ad Caes. b. gall. 1, 38, 1 p. 80. 101, 31

id] scripsi, cf. paulo infra 'id rex gauisus' et § 31 'quod factum ... gauisi sunt'.

primum Iouis filium] cf. Curt. 8, 10, 1 'illum tertium Ioue genitum ad ipsos peruenisse memorantes: Patrem Liberum atque Herculem fama cognitos esse, ipsum coram adesse cernique'. apparet igitur hoc loco uerba 'Liberum Patrem' excidisse, cf. § 95. 101, 32

fluuium transit] Lezius 'de Alexandri exped. Indica' p. 20: 'Cophenem amnem transitum esse, quamquam Arrianus de hac re tacet, tamen per se apparet.' 101, 34

ducibus sumptis] Curtio 8, 10, 2 teste iisdem Indorum principibus itinerum ducibus usus est.

ducibus] sc. itineris, cf. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 13, 5. cf. § 84.

ad flumen Indum peruenit] Alexandrum exercitum in duas diuisisse partes earumque alteram Perdicca et Hephaestione ducibus recta uia ad Indum flumen misisse, ubi omnia, quae ad flumen transeundum necessaria essent, prouideret ipsumque, qui laeua Cophenis fluminis ripa in Indiam inrumpere constituisset, exspectaret, recte exposuit Lezius p. 19 sq. Cf. Arr. 4, 22, 7 et Curt. 8, 10, 2. facile igitur intellegitur huius epitomes auctorem narrationem uberiorem pessime contraxisse. quin autem is, qui 'res gestas Alexandri' conscripsit, eadem de hac re tradiderit quae Arrianus et Curtius, conferenti §§ 48. 55. 59 dubium non erit.

ipse cum equitatu] 'ipse' et 'Craterus' inter se opponuntur. 101, 35

cum equitatu et leui armatura] cf. Arr. 4, 23, 1 et Curt. 8, 10, 4. 101, 36

secundum flumen] i. e. Choem, cf. Arr. 4, 23, 2.

ad oppidum primum Indiae] cf. Arr. 4, 23, 3—5. Curt. 8, 10, 4—6 etc. erat oppidum Aspasiorum, cuius nomen hoc tantum loco exstat. 101, 37

ex oppido armati exierunt] ἐκδρομὴ ἐγένετο τῶν ἐκ τῆς πόλεως, ut Arriani uerbis (1, 20, 4) utar. Cf. Arr. 4, 23, 3. Curt. 8, 10, 4. 102, 1

intra portam redigit] Liv. 7, 11, 7 'intra portas compelluntur'. 102, 2

postea exercitum eorum consecutus est] quae auctor 'rerum gestarum' sine dubio fusius narrauit hoc loco epitomata sunt. cf. Arr. 4, 23, 4.

exercitum] qui oppido deserto fugae se mandauerat.

ut metum iniceret] Curt. 8, 10, 5. Diod. 17 arg. huius cap. [vol. III p. 378, 14 sq. Dind.]. paulo aliter Arr. 4, 23, 5. Sed cf. Lezium p. 21. 102, 3

ad oppidum praecinctum] Arr. 4, 23, 5 ἐς Ἄνδακα ἄλλην πόλιν ἧγε. Curtius autem hoc oppidum non commemorat. 102, 4

obsidibus acceptis] Arr. l. c. ταύτην δ' ὁμολογίᾳ ἐνδοθεῖσαν Κράτερον μὲν ... καταλείπει αὐτοῦ κτλ. tertium autem oppidum Aspasiorum, Ἀριγαῖον (Arr. 4, 24, 6), apud epitomes auctorem desideratur, exstat tamen in 'itinerario Alexandri' p. 25, 11 sqq. ed. Volkm., ubi cum alia tum haec tradita sunt: 'ducenta denique triginta boum milia illic capta formae merito destinat una captiuis Macedoniam cultum agros suorum et †suascitum'. quem locum uiri docti probabiliter adhuc non emendauerunt, quamobrem hoc loco coniecturam quandam, quam periclitatus sum, proferre liceat: 'ducenta denique triginta boum milia illic capta ...

destinat Macedoniam cultum agros suorum et suas (scil. boues) initum'. intellegendi igitur sunt boues admissurae idonei.

102, 5 protinus ⟨progressus⟩] cf. § 101.

102, 6 ad oppidum Nysam] de situ huius urbis cf. Arr. 5, 1, 1. 'ducenta triginta stadia' sunt fere undetriginta milia passuum.

102, 8 pacificatum] cf. § 42 'legatos mittit oratum'; possis etiam conicere 'ad pacificandum'.

in deprecando] 'deprecandi' uerbum absolute positum ut saepius.

102, 9 cum perambulasset] scil. Indiam.

102, 12 Meron] sic ex coniectura Zaroti apud Curtium quoque legitur, qui 8, 10, 12 haec de eadem fabula profert: 'inde Graeci mentiendi traxere licentiam Iouis femine Liberum Patrem esse celatum'. Arr. 5, 1, 6 τὸ δὲ ὄρος ὅ τι περ πλησίον ἐστὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦτο Μηρὸν ἐπωνόμασε Διόνυσος, ὅτι δὴ κατὰ τὸν μῦθον ἐν μηρῷ τῷ τοῦ Διὸς ηὐξήθη. Polyaen. 1, 2 p. 7 M.: τὴν δὲ τρίτην αὐτὸς ἐκάλεσε Μηρὸν τῆς αὐτοῦ γενέσεως ὑπόμνημα [cf. 'ex progenie sua']. Plin. 6, 79. Diod. 1, 19, 7.

102, 13 Liberi Patris monimenta] Arr. 5, 2, 5 ὑπομνήματα τοῦ Διονύσου.

102, 14 oppidi libertatem] Arr. 5, 2, 2.

102, 15 Augypem] apud Arr. 5, 1, 3 et Plut. Alex. 58, 4 audit Ἄκουφις. ea quae secuntur apud utrumque scriptorem leguntur (Arr. 5, 2, 2 sqq. Plut. Alex. 58, 5). ceterum fortasse scribendum '⟨praeesse⟩ praecipit' cf. § 66.

eum petit] retinui, cf. Dolabell. ap. Cic. ad fam. 9, 9, 2 'illud te peto', quo tamen loco Mueller 'a te' scripsit. ceterum cf. § 64 'petiit ab eo'.

102, 18 abducti essent] scripsi, etsi saepius modum indicatiuum ex oratione recta quae uocatur in orationis obliquae sententias secundas transiisse notum est, cf. ex gr. Liv. 2, 15, 3 'eam esse uoluntatem omnium, ut qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi sit'. Draeger II p. 418 sqq. (§ 456, 3).

si nos, inquit] haud raro oratio recta orationem obliquam excipit, cf. Kühnast. 'Livian. Syntax' p. 236. Cf. supra § 30.

102, 19 ridiculum et uerum] 'et' hoc loco idem ualet ac 'sed' uel 'et tamen', cf. ex gr. Cic. tusc. disp. 1, 3, 6 'fieri autem potest, ut recte quis sentiat et ['und trotzdem'] id, quod sentit, polite eloqui non possit'.

102, 21 ubertate] cf. Curt. 8, 10, 13 sq. Arr. 5, 2, 5 ἰδεῖν κισσοῦ τε ἀνάπλεων ['repletus'] καὶ δάφνης τὸ ὄρος καὶ ἄλση παντοῖα ['omnium generum arbores']· καὶ ἰδεῖν σύσκιον καὶ θήρας ἐν αὐτῷ εἶναι θηρίων παντοδαπῶν.

102, 22 Cordiaeos montes] cf. Arr. 4, 25, 6 ἦγε δὲ διὰ τῆς Γουραίων χώρας. Niese p. 129 not. 2. de flumine Guraeo Lezius p. 24 not. 2. (Iustin. 12, 7, 9 montes Daedali. Curt. 8, 10, 19 regio, quae Daedala uocatur).

Assacanam] Arr. 4, 25, 5 ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν τῶν Ἀσσακηνῶν χώραν ἦγεν. Strab. 15, 698 ἡ Ἀσσακανοῦ ⟨γῆ⟩, ὅπου Μασόγα πόλις, τὸ βασίλειον τῆς χώρας, cf. ib. p. 691. sic hoc loco 'satrapeam Assacanam'. Itin. Alex. p. 25, 16 et 26, 2 Accae.

102, 23 ad oppidum Mazaga] idem oppidum Curtio 8, 10, 22 'Mazagae' audit, Arriano 4, 26, 1 Μάσσαγα, Diodoro in arg. lib. 17 τὰ Μάσσακα, denique Straboni l. l. Μασόγα.

in quo regnauit Mesagenus] de hoc perfecti usu cf. Kühner vol. II p. 1 p. 99 not. 1 § 6 'adduxerunt' et § 70 'naues quas Porus ac Taxiles aedificauerunt offendit'. sed fortasse res ita se habet, ut rex ille sub principe Indorum, quem Arrianus 4, 27, 2 quarto oppugnationis die cecidisse narrat, intelligendus sit, unde concludi potest tempus perfectum uerbi 'regnandi' recte de rege ineunte oppugnatione etiam uiuo usurpatum esse (cf. Lezium p. 24 not. 6). Itin. Alex. p. 25, 20 sqq.: 'sed die quarta belli in opera prae muro interfecto rege se dedunt'.

Mesagenus] 'Assacanus' audit rex ap. Curt. l. l., Ἀσσακηνός ap. Arr. 4, 30, 5, Ἀσσακανός ap. Strab. 15, 1, 27 p. 698.

Cleopis] apud Curt. l. l. et Iustin. 12, 7, 9 'Cleophis'. 102, 24

cum eius filio] Arr. 4, 27, 4 τὴν μητέρα τὴν Ἀσσακηνοῦ καὶ τὸν παῖδα ἔλαβεν. sed Curtius puerum illum reginae fuisse filium putasse uidetur, cf. eum 8, 10, 35.

[in quo]] quae uerba ut ex dittographia orta delenda esse censui. 102, 25 an sic scribendum et coniungendum: 'cuius post mortem mater Cleopis cum eius filio patrium imperium obtinebat loco regis. ⟨regis⟩ frater' etc.?

Amminais] nomen apud Arr. 4, 30, 5 non legitur, ubi haec tantum leguntur: τὸν ἀδελφὸν τὸν Ἀσσακηνοῦ. Amminais igitur dux fuit militum mercennariorum, qui etiam § 42 commemorari uidetur. ceterum non perspicio, qua de causa Schmieder ad Arr. 4, 27, 7 (apud Kruegerum p. 197) Abisarem Assaceni fratrem fuisse contenderit.

VIIII milia] ἦσαν γὰρ οὗτοι ἐς ἑπτακισχιλίους, Arr. 4, 26, 1.

cohortatus] sc. eos cf. §§ 42. 47. 93. 102, 26

pugna Indorum e. q. s.] uerba quae uncis saepsi e margine in 102, 27 uerborum contextum irrepsisse uidentur. 'in' autem post uocem 'Aminais' fortasse ortum est ex littera altera 'm' prauo loco inserta.

XXXV stadium murus] haec uerba inter se cohaerent. cf. Curt. 102, 28 8, 10, 25; 'XXXV stadium murus urbem complectitur, cuius inferiora saxo . . . sunt structa' et Muetzell. ad Curt. 5, 6, 9 p. 453.

munitum] ex accusatiuo qui praecedit facile nominatiuus 'oppidum' 102, 29 suppleri potest.

militum corona circumdata] cf. Muetzell. ad Curt. 4, 6, 10 p. 250.

hic] Alexander scilicet, ut § 46. 102, 30

adequitans] cf. Muetzell. ad Curt. 4, 9, 23 p. 294.

crure sinistro] Curt. 8, 10, 28 'in suram incidit telum'. Arr. 4, 102, 31 26, 4 τοξεύεται . . . ἐς τὸ σφυρόν. Itin. Alex. p. 25, 20 'Alexander crus sagitta uulneratur'. Plut. Alex. 28, 2. de fort. Alex. 2, 9.

male adfectus] sensu concessiuo; uerba 'neque eo magis discessit' 102, 33 idem ualent atque 'tamen non discessit' [Kuehner Vol. II p. 1 p. 582, 4. Nep. Eumen. 4, 2]. fortasse scribendum est 'malo affectus' [i. e. uulnere, cf. § 77] uel 'male acceptus', ut apud auct. bell. Afr. 18, 5 ed Woelffl. p. 32.

deiecto uulnere] i. e. despecto uel neglecto, fortasse retineripotest, 102, 34 cf. Spartian. Did. Iulian. 8, 2 'deiecta sunt etiam consulta senatus' et graecum uerbum καταβάλλειν.

eoque magis magisque] quid post haec uerba exciderit, intellegi potest ex Curt. 8, 10, 29 'cum crus saucium penderet et cruore siccato frigescens uulnus adgrauaret dolorem' etc. cf. Plut. Alex. 28, 2 περιαλγὴς γενόμενος. uulnus igitur ingrauescebat ('uulnus intumuit' Curt. 4, 6, 19).

testudines[que]] fortasse aliquid intercidit: '⟨tormenta⟩ testudinesque'.

saucio] facto, sauciato. 102, 36

nituntur] cf. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 34, 2 p. 343.

tela tormentis concitata] Curt. 8, 10, 32 'excussas tormentis prae- 103, 1 graues hastas'. Arr. 4, 26, 5 βέλη ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέμενα. paulo infra: 'tela tormentis missa'.

machinationes] i. q. 'machinas', cf. ex. gr. Sall. Iug. 92, 7.

machinationes ad murum applicant] malui scribere quam 'machinationibus ad murum applicantur' (§ 77) uel 'se applicant' (§ 26).

id e. q. s.] cf. §§ 23. 50. Kühner vol. II p. 531, 15. Fabri ad Sall. 103, 2 Iug. 81, 4 p. 325. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 34, 9 p. 344.

multitudine] 'altitudine' coniecit Reitzenstein, quod haud scio an 103, 3 uerum sit, cf. Curt. 8, 10, 32 'tantas moles'.

inuisitata] cf. § 52. Zumpt ad Curt. 5, 5, 7 p. 191 et 9, 1, 13 p. 431 103, 4

et Muetzell ad Curt. 5, 5, 7 p. 443. Iul. Val. 3, 19 p. 128, 25. 3, 51 p. 159, 4. fortasse scribendum est: 'rem inuisitatam'.

credit ea saxa neruis missa uolare] uerba 'scorpionis catapultas arcu extensas' aperte corrupta ad uocabulum 'neruis' explicandum addita esse uidentur. estne scribendum: 'scorpioni<bu>s catapultis arcu extensis'? cf. § 75 'catapulta telum misit'.

103, 6 Ariplicem] fortasse idem qui § 39 'Aminais' appellabatur.

103, 7 mercennarii e. q. s.] ad ea quae secuntur cf. non tam Arr. 4, 27, 3 sq. et Itin. Alex. p. 25, 21 sq. quam Diod. 17, 84. Plut. Alex. 59, 3 sq. Polyaen. 4, 3, 20. Lezius p. 85.

103, 9 ignosceret] quae secuntur pessime corrupta sunt, ita ut quid scribendum sit uix dicere audeam. recepi: 'uti ignosceret ipsis; ui conductorum adactos' (sc. fuisse, nisi praestat 'ipsis . . . adactis'). 'conductorum' coniecit etiam Reitzenstein. idem proposuit: 'adactos quae fecerint se fecisse. id mercennarii' e. q. s. sensus certe horum uerborum hic est: reginam ab Alexandro petiuisse, ut ignosceret ipsi et ciuibus suis, cum per milites mercennarios ('ui conductorum') coacti fuissent Alexandro resistere. 'conducti' idem est quod 'mercennarii' (Nep. Dat. 8, 2).

103, 14 foras exierunt] πλεοναςμὸς haud rarus: Cato frgm. p. 26, 10 ed. Iordan 'exercitum eduxit foras'. Dares Phrygius p. 44, 18 M: 'ut foras Troiani exire non possent'.

haud longe] Diod. 17, 84, 1 σταδίους ὀγδοήκοντα προελθόντες. Arr. 4, 27, 3.

103, 15 copias expeditas] Diod. 17, 84, 2 διεσκευασμένην ἔχων τὴν δύναμιν.

103, 17 impedimentis in medium collectis] Diod. 17, 84, 3 τὴν ὅλην τάξιν ποιήσαντες κυκλοτερῆ τά τε τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας εἰς μέσον ἀπέλαβον.

103, 20 ex oppido exeundi, non abeundi] Diod. 17, 84, 2 ὁ δ' Ἀλέξανδρος μεγάλῃ τῇ φωνῇ πρὸς αὐτοὺς ἀνεβόησεν ὅτι συνεχώρησεν αὐτοῖς ἐκ τῆς πόλεως ἀπελθεῖν, οὐ φίλους εἶναι διὰ παντὸς Μακεδόνων. Polyaen. 4, 20 p. 173: ὁ δὲ περὶ ἐξόδου μὲν ὡμολόγει συντεθεῖσθαι, περὶ δὲ ἀφέσεως μηδὲν ὑπεσχῆσθαι. ceterum 'abire' hoc loco idem ualet quod 'impune abire' uel 'incolumem abire' (cf. Cic. Caecin. 7, 20).

103, 21 impressione facta] cf. § 12 et Herzog. ad Hirt. bell. gall. 8, 6, 2 p. 606. ea quae secuntur fortasse sic restituenda sunt: 'multitudo paucos<eos>que resistentes acerrimo certamine.' ad 'multitudo . . . interfecerunt' cf. § 15 et ad 'multitudo' [nos 'Uebermacht'] Herzog. ad Caes. b. gall. 2, 24, 4 p. 154. eodem autem modo quo hoc loco 'multitudo' et 'pauci' opponuntur 'multi' et 'pauci' apud Nep. Eumen. 5, 2 'iis locis quibus pauci multis possent resistere.' cf. Diod. 17, 84, 6 τέλος δὲ πάντες . . . κατακοπέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους etc. et de exiguo mercennariorum militum numero Arr. 4, 27, 2 ὡς . . . αὐτῶν οἱ μέν τινες πεπτωκότες ἐν τῇ ξυνεχεῖ πολιορκίᾳ, οἱ δὲ πολλοὶ τραυματίαι τε καὶ ἀπόμαχοι ἦσαν etc.

103, 24 eis obuiam uenit Cleopis] cf. Curt. 8, 10, 34 sqq.

cum populi principibus] Curt. l. l. § 34 'cum magno nobilium feminarum grege.'

nepote paruo] cf. ad § 39.

103, 25 uelatas uerbenas] Aesch. suppl. 22 σὺν τοῖσδ' ἱκετῶν ἐγχειριδίοις ἐριοστέπτοισι κλάδοισιν. Cic. in Verr. 4, 50, 110 'praesto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac uerbenis fuerunt.'

tum Alexandro etc.] filio postea ex ea nato nomen Alexandro fuisse narrant Curt. l. l. § 35 et Iustin. 12, 7, 9.

103, 26 statu] cf. § 69.

103, 27 haud] post 'e)a ut' facile excidere potuit.

103, 29 Bagasdaram] uberiorem narrationem praebet Arr. 4, 27, 6 sq. cf. Lezium p. 25 sq. Arr. l. l. § 5 ἔνθεν δὲ Κοῖνον μὲν ὡς ἐπὶ Βάζιρα ἐκπέμπει . . . . § 6 καὶ Κοίνῳ οὐ προχωρεῖ τὰ ἐν τοῖς Βαζίροις . . . . § 7 ταῦτα

μαθὼν Ἀλέξανδρος ὥρμητο μὲν ὡς ἐπὶ Βάζιρα. Curt. 8, 10, 22 'Coenon in obsidione urbis opulentae, Beiram incolae uocant, reliquit', ubi editio Aldina Muetzellio teste praebet 'Basdram' (cf. h. l. 'Bagasdaram'), et ib. 8, 11, 2. Itin. Alex. p. 26, 1 'Baziphara'.

Hercules] arcem, non oppidum Herculem frustra oppugnasse fama 103, 31 erat (cf. Arr. 4, 28, 1. Ind. 5, 10. Diod. 17, 85, 2. Strab. 15, 1, 8 p. 688. Lucian. dial. mort. 14, 6. Curt. 8, 11, 2. Iustin. 12, 7, 12). apparet autem ex § 47 auctorem 'rerum gestarum' idem de eadem rupe tradidisse, cuius tamen narratio § 46 parum accurate epitomata est. ceterum cf. etiam Pseudo-Callisthenem p. 99 not. 12 ed. Muell.

Auernum] Ἄορνον Arr. Diod. Strab. Lucian. l. c. Curt. l. l. et Itin. 103, 31 Alex. p. 27, 7 'Aornis' et Dionys. Perieg. 1151 Ἄορνιν.

cui circuitus e. q. s.] Arr. 4, 28, 3 τὸν μὲν δὴ κύκλον τῆς πέτρας λέγουσιν ἐς διακοσίους σταδίους μάλιστα εἶναι, ὕψος δὲ αὐτῆς, ἵναπερ χθαμαλώτατον, σταδίων ἕνδεκα. Diod. 17, 85, 3 ἡ δὲ πέτρα τὸν μὲν περίβολον εἶχε σταδίων ἑκατὸν, τὸ δ' ὕψος ἑκκαίδεκα. Curt. 8, 11, 6. Itiner. Alex. p. 26, 5 sq. 'is locus petrae ducentis stadiis circumitur, erigitur decem.' recte autem Lezius p. 88 monet premendum non esse, quod Arrianus et Diodorus de numeris differant, cum in numeris tradendis ueterum scriptorum auctoritas minima sit. fuit autem cum numeros ab Arriano Diodoro auctore itinerarii traditos hoc quoque loco inculcare studerem, sed nunc epitomes auctorem prorsus cum Arriano Diodoro itinerarii auctore discrepare mihi persuasum est. illi enim circuitum imi montis indicant, hic summi montis, illi denique quam altus mons fuerit tradunt, qua de re hic tacet. itaque hunc locum ita edendum curauimus: 'cui circuitus stadium XVII erat in summo uertice.' cf. autem de illius montis cacumine Arr. 4, 28, 3. Diod. 17, 85, 3. Itin. Alex. p. 26, 6 sq. praeterea ad illum numerum fere quadrat modus montis Ranigat, cuius cacumen duo kilometra circuitu patere dicit Lezius p. 88.

stadium] § 68 'stadiorum'. 103, 32

auium] Curt. 8, 9, 16 'aues ad imitandum humanae uocis sonum 103, 33 dociles sunt.' Plin. n. h. 10, 117. Aelian. nat. an. 13, 18. 16, 2.

psittaci erant multi] glossema.

dictitabant] hoc loco idem significare uidetur quod 'rogitabant', 103, 35 cf. infra § 79—82, ubi 'dicere' pro 'quaerere' usurpatur.

si] cf. Holtze Synt. prisc. script. lat. vol. II p. 107 sq. Schmalz 'Lat. Syntax u. Stilistik' p. 318 ed. prior. Joh. Praun, 'Bemerkungen zur Syntax des Vitruv' 1885 p. 75. Ex. gr. Liv. 29, 25, 8 'ab iis quaesiuit, si aquam . . . imposuissent.' cf. etiam. § 85 'iussit requiri si' etc.

primus] Curt. 8, 11, 10 sq. Arr. 4, 30, 3 ἀνέρχεται ἐς αὐτὴν 103, 37 πρῶτος.

maximo cum labore ac periculo] Iustin. 12, 7, 13 'cum summo labore ac periculo potitus saxo.'

uersari] cf. ad 'hortari' § 85.

locum summum ac planitiem] cf. Verg. georg. 2, 504 'penetrant 104, 1 aulas et limina regum'. sed § 63 'ad ultimos fines Indiae penetrare'.

omnes interfici iussit] cum epitomes auctore Arriani 4, 30, 4, 104, 2 Diodori 17, 85, 7. Curtii 8, 11, 23 relationes discrepant.

XVI . die ad Indum flumen] i. e. sedecim diebus, cf. Nep. Lys. 104, 3 1, 1 'Athenienses sexto et uicesimo anno bellum gerentes.' Curt. 8, 12, 4 'hinc ad flumen Indum sextis decumis castris peruenit', quem ad locum cf. Lezium p. 29 not. 2 et Niesium p. 131 not. 2. Diod. 17, 86, 3 αὐτὸς δὲ παρελθὼν ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν κτλ.

reuersionem fecit] deflexit enim Alexander, ut in fines Assacenorum rediret, ubi frater eius principis, qui Massagis ceciderat, magnum exercitum compluresque elephantos collegerat (Arr. 4, 30, 5 sq.). cum

autem regionem illam ab incolis desertam inuenisset, reuersionem fecit et iter coeptum perrexit.

104,4 naues aedificatas] Curt. 8, 12, 4. Diod. 17, 86, 3. Arr. 5, 3, 5. cf. etiam supra § 35. ceterum neque quae antecedunt neque quae secuntur sana uidentur esse. quamobrem ea audentius ex mea coniectura sic conformaui: 'offendit [cod: inde] naues aedificatas, ut imperauerat, magnumque commeatum ab Hephaestione comparatum' [cod: comparauerat], neque enim 'inde' istud hic ullum locum habere neque 'comparauerat' admitti potest, quod mihi errore librarii ex 'imperauerat' ortum uideatur esse. prorsus alia res est, quod in enuntiatis relatiuis passim plusquamperfectum loco imperfecti ponitur (cf. § 53). fortasse autem 'inde' idem est quod 'deinde' et retineri potest. ad 'offendit' cf. p. 107, 22.

104,6 Mothis] Μῶφις ap. Diod. 17, 86, 4. 'Omphis' ap. Curt. 8, 12, 14. cf. ad ea quae secuntur Curt. et Diod. l. c. Arr. 5, 3, 5 sq. ceterum et 'Taxili' et 'Taxilis' [Curt. 8, 14, 35] ferri potest.

104,7 cupidus] Curt. 8, 12, 4 'patri quoque fuerat auctor dedendi regnum Alexandro.'

patre mortuo] Curt. 8, 12, 5. Diod. 17, 86, 2.

legatos ad Alexandrum misit iterum] scripsi pro eo quod in cod. exstat 'oratum', neque enim id ullum hic locum habere potest (cf. § 42 et § 43). 'iterum' autem tentaui secutus Diod. 17, 86, 2 διεπέμψατο μὲν καὶ πρότερον πρὸς Ἀλέξανδρον ἐν τῇ Σογδιανῇ διατρίβοντα . . . . . καὶ τότε πρέσβεις ἀποστείλας κτλ.

104,8 renuntiarent] (sc. sibi) Ter. Hecyr. 508 sq: 'renuntiet hodie mihi, uelitne an non'.

quid uellet] Alexander; utrum uellet se [= Taxilem] regnum obtinerė an etc.

104,11 nomen mutare] cf. § 52 et § 54.

104,12 itaque] i. e. ut priuatus homo.

104,13 onerauit] cf. § 70 'has commeatu et militibus onerauit'. cf. tamen Petron. sat. 76 p. 51, 36 Buech.: 'oneraui rursus uinum . . . . mancipia'.

104,14 id] cf. ad § 41 et ad rem Curt. 8, 12, 7 sqq. Diod. 17, 86, 5 sqq. Lezium p. 95

104,16 agmine conferto] cf. Muetzell. ad Curt. 3, 11, 4 p. 123. ceterum 'consertus' et 'confertus' saepissime confunduntur, cf. Drakenborch. ad Liv. 22, 28, 10

104,17 aduentasset] malui scribere, cum mutatio facillima sit [aduent' esset] quam 'hostis' pro genetiuo accipere.

104,20 hastas erigere] cf. Liv. 33, 10, 3 sq. 'Quinctius cum institisset cedentibus, repente quia erigentes hastas Macedonas conspexerat, quidnam pararent incertus, paulisper nouitate rei constituit signa; deinde, ut accepit hunc morem esse Macedonum tradentium sese, parcere uictis in animum habebat.'

solus adequitans] Curt. 8, 12, 8 'at Indus . . . . iussis subsistere ceteris ipse concitat equum quo uehebatur.' Diod. 17, 86, 6 αὐτὸς δὲ μετ' ὀλίγων προϊππεύσας.

104,22 ibi] i. q 'deinde' uel 'in eo conuentu' (Sall. Cat. 27, 4). uerba autem inde ab 'ibi' usque ad 'fecerunt' fortasse secludenda sunt, cum in iis quae secuntur iterum et Alexander et Taxiles pacem fecisse narrentur et Taxilem nomen mutasse (cf. § 54). simile glossema iam § 39 deprehendimus.

104,24 exercitum atque equitatum] cf. Herzog. ad Caes. b. g. 5, 10, 1 p. 288 et 7, 61, 2 p. 541. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 37, 7 p. 351. Arr. 5, 3, 5 ἱππεῖς ἑπτακόσιοι.

104,25 elephantos LVIII] Curt. 8, 12, 11 'LVI elephanti erant quos tradidit Alexandro'. Arr. 4, 22, 6 τοὺς ἐλέφαντας . . . . ἀριθμὸν ἐς πέντε καὶ

εἴκοϲιν (qui locus Lezium p. 31 not. 3 fugisse uidetur) et 5, 3, 5 ἐλέφαντας δὲ ἐϲ τριάκοντα.

argenti talenta DC] Arr. 5, 3, 5 ἀργυρίου μὲν τάλαντα ἐϲ διακόϲια.

tauros infulis uelatos . . .] Curt. 8, 12, 11 'tauros ad III milia'. Arr. 5, 3, 5 ἱερεῖα δὲ βοῦϲ μὲν τριϲχιλίαϲ. 104, 26

infulis uelatos] cf. ex. gr. Verg. georg. 3, 487 et Voss. ad h. l. nota res est.

'multa praeterea uasa' et quae sequuntur] dona disertis uerbis nusquam alibi memorantur. Curt. autem 8, 12, 16 Alexandrum Taxili 'multa conuiualia ex auro et argento uasa et plurimum Persicae uestis' dedisse narrat.

inusitata] cf. § 41. 104, 28

'his acceptis' et quae secuntur] uerba intacta reliqui, dum quis meliora protulerit; equidem tentaui: 'Alexander cum quae⟨reret quae⟩ causa fuisset exercitum comparandi ⟨Mothis respondit se id fecisse⟩ cum id ⟨in⟩ animo habuisset quod uoluerat (sc. Alexander) ut faceret', quamquam ne hoc quidem confido uerum esse. praeterea phrasis illa 'in animo habere' infinitiuum postulat. quamobrem plura intercidisse existimem.

trans flumen] 'esse' quod sequitur delere malui quam 'eos' post 'reges' inserere. exspectes autem fluminis Hydaspis meptionem fieri, cf. Curt. 8, 12, 12. 104, 32

alterum] '⟨Abisaren⟩' fortasse addendum. Strab. 15, 1, 28 p. 698 ἐν τοῖϲ ὄρεϲιν ἡ τοῦ Ἀβιϲάρου χώρα. Arr. 5, 8, 3 παρὰ Ἀβιϲάρου . . . . τοῦ τῶν ὀρείων Ἰνδῶν βαϲιλέωϲ. nomen autem gentis est Ἀβιϲαρεῖϲ (Arr. Ind. 7, 12) consentiuntque, ut saepius fit apud orientis populos, nomina principis atque gentis.

ei gratiam restituit] uide ne scribendum sit 'eum in gratiam restituit' aut 'ei gratiam reddidit.' 104, 34

nomen mutare iussit] Curt. 8, 12, 14 'Omphis permittente Alexandro et regium insigne sumpsit et more gentis suae nomen quod patris fuerat: Taxilen appellauere populares sequente nomine imperium, in quemcumque transiret.' Diod. 17, 86, 7. Cf. Christ. Lassen 'Indische Altertumskunde' ed. alt. uol. II p. 134 not. 4. Muetzell. ad Curt. 8, 10, 22. 8, 12, 13. 9, 8, 8. Niesium p. 131 not. 4. 104, 35

tunc deinde] huius locutionis exempla affert Reisig uol. III p. 839 duo: Liv. 2, 8, 3 [Hertz et Weifs.: tum deinde] et Grat. Falisc. 287. 104, 36

fluminis] Hydaspis. ad rem cf. Arr. 5, 8 extr.

passim] ut ap. Curt. 7, 5, 33. 104, 37

cum ⟨a⟩ Taxile quaereret] cf. § 68 'rex a Phege quaerere coepit.' 104, 38

quid copiarum in castris esset] Curt. 8, 13, 6 et Arr. 5, 15, 4 eosdem fere numeros quos epitomes auctor praebent; hic: αὐτὸϲ δὲ τήν τε ἵππον ἀναλαβὼν πᾶϲαν, ἐϲ τετρακιϲχιλίουϲ ἱππέαϲ, καὶ τὰ ἅρματα πάντα τριακόϲια ὄντα, καὶ τῶν ἐλεφάντων διακοϲίουϲ καὶ τῶν πεζῶν ὅτι περ ὄφελοϲ, ἐϲ τριϲμυρίουϲ — ille: 'LXXX et V elephantos obiecerat . . . . ultraque eos currus CCC et peditum XXX fere milia.' equitum numerum idem 8, 14, 2 exhibet (quattuor milia), plane omisit epitomes auctor. discrepant Diod. 17, 82, 2 et Plut. Alex. 62, 1.

ipsum Porum cubita V esse altum] Diod. 17, 88, 4 τὸ γὰρ μῆκοϲ ἦν πηχῶν πέντε. Arr. 5, 19, 1 τὸ μέγεθοϲ ἐθαύμαζεν ὑπὲρ πέντε πήχειϲ μάλιϲτα ξυμβαῖνον. Plut. Alex. 60, 6 οἱ δὲ πλεῖϲτοι τῶν ϲυγγραφέων ὁμολογοῦϲι τὸν Πῶρον ὑπεραίροντα τεϲϲάρων πηχῶν ϲπιθαμῇ τὸ μῆκοϲ ἱππότου. Curt. 8, 14, 13 'ipse Porus humanae magnitudinis propemodum excesserat formam.' Itin. Alex. p. 26, 20 sq. 105, 1

non multis post diebus] ea quae secuntur magna ex parte iam in libello Eug. Pridikii 'de Alexandri Magni epistularum commercio' (Be- 105, 3

rolini 1893) p. 164 sq. inueniri docuit me Reitzenstein. quae res mihi tum demum innotuit, cum iam libellum meum summo philosophorum academiae Wilhelmae Argentinensis ordini probandum proposueram. tum demum igitur Pridikii dissertationem inspexi, qui se hanc epitomes partem ex commentatione Maximiliani Adleri 'de Alexandri Magni epistularum commercio' (Lipsiae 1891) p. 37 sqq. deprompsisse dicit. hanc quoque tum demum euolui. afferam in adnotationibus meis quae secuntur Volkmanni emendationes ab Adlero commemoratas, etsi ille uir doctissimus in easdem fere incidit, cum ea re haud paruam probabilitatis speciem iis coniecturis, quibus loca corrupta sanare studui, praebitum iri sperem.

non multis post diebus e. q. s.] ad rem cf. Curt. 8, 13, 1 'postero die legati Abisarae adiere regem' etc. Arr. 5, 8, 3 ἧκον δὲ ἐνταῦθα παρ' αὐτὸν καὶ παρὰ 'Αβιcάρου πρέcβειc .... ὅ τε ἀδελφὸc τοῦ 'Αβιcάρου καὶ ἄλλοι ξὺν αὐτῷ οἱ δοκιμώτατοι. Diodoro 17, 82, 2 audit 'Εμβίcαροc. cf. praeterea quae adnotaui ad § 53 et de nominis illius uaria scriptura Ellendt. ad Arr. 5, 8, 4 uol. II p. 158 sq. Schmieder. ad Arr. 4, 27, 7 (p. 197 Krueg). Zumpt. ad Curt. 8, 12, 13 p. 414. ceterum ea uerba et quae secuntur apud Adlerum sic inueniuntur: 'misit Abisares fratrem legatum, quocum Nicoclen (sc. Alexander) et alterum ad Porum Cleocharen legatos remisit.' quae ea uerba excipiunt usque ad § 56 recte descripta sunt.

105,5 Nicoclen] Adler fortasse eundem esse atque trierarchum Alexandri apud Arr. Ind. 18, 8 [Νικοκλέηc Παcικράτεοc, Cόλιοc] suspicatus est, quam opinionem probauit Pridik. cf. praeterea Arr. 5, 29, 4.

Cleocharen] Curt. 8, 13, 2 'misit ad eum Cleocharen qui denuntiaret ei, ut stipendium penderet et in primo suorum finium aditu occurreret regi'.

105,7 Abissares legatum remittere noluit] quae de Abisare apud Curtium Arrianum Diodorum traduntur admodum obscura sunt, cf. Lezium p. 108 sq. facile autem et ex iis et ex auctore epitomes intellegitur Abisaren ambiguum et hostilem se praebuisse. cf. Curt. 8, 14, 1. 9, 1, 7. Arr. 5, 20, 5. Diod. 17, 87, 2. 17, 90, 4.

105,8 Porus autem ... exemplo] haec uerba apud Adlerum sic epitomata sunt: 'Porus Cleocharen interficit et ad Alexandrum hanc dat epistulam'.

ubi audiuit] sc. legatum.

Cleocharen] male mulcatum atque uiolatum esse ceteri scriptores non commemorant.

105,9 hoc exemplo] cf. ad § 71. ceterum haec quae sequitur epistula Pori etiam apud scriptores historiae fabulosae Alexandri occurrit, cf. Ps.-Call. III 2 p. 95 Muell., in eiusdem codice Leidensi p. 770 Meusel., apud Iul. Val. III 3 p. 113, 6 sqq. Kuebl. [quae res Adlerum p. 38 fefellit], in uersione Armeniaca Pseudo-Callisthenis p. 74, in uersione Syriaca p. 354, denique apud Leonem Archipresbyter qui uocatur p. 103. quibus ex locis paruus tantum fructus percipi potest.

105,10 te] idem coniecit Volkmann apud Adlerum p. 38 et Pridikium p. 164. sensus autem horum uerborum uidetur hic esse: quo loco oriundus sis non noui, sed fando tantum audiui te Macedonem esse. ceterum 'nam' ἐλλειπτικῶc, quo de usu cf. ex gr. Liv. 21, 19, 2. 22, 59, 12. Sall. Cat. 58, 20. Iug. 19, 2. 88, 5.

105,11 esse] omiserunt Adler et Pridik.

procul abesse satius est] cf. Ps.-Call. l. l.: προcτάccω coι ἀναχωρεῖν. Itin. Alex. p. 27, 2 'absit obnuntiat'.

alias miserias spectare] frustra studui, ut haec uerba difficillima probabiliter explicarem. fuit cum illa ita intellegenda esse censerem: „melius esset, si, memor fortunae aduersae eorum, qui ante te Indis bel-

lum intulerunt, aufugeres", ut Bacchus significaretur, quem superasse se Indi gloriabantur (cf. Ps.-Call. l. l.: καὶ παρόντα γὰρ Διόνυcον, ὃν λέγουcι θεόν, ἀπήλαcαν τῇ ἰδίᾳ δυνάμει οἱ Ἰνδοί). fortasse autem uerba illa corrupta sunt iisque grauior medicina afferenda. tentaui igitur: „procul, opinor, abesse satius est, non alteri inuidere et alias miserias spectare". quae uerba diuerso modo intellegi possunt sensusque eorum est aut hic: „satius est nos bello non persequi neque ea re confidere quod alii (uelut Dareus) abs te superati sunt" (cf. Iul. Val. p. 113, 10 'neque enim urguere te debent ad ausa temeraria fortunae hominum imbecilliorum') — aut hic: „satius est non id agere, ut inuidus aliorum fortunae secundae iis calamitatem inferas" (cf. uers. Arm. p. 74: πρὸc τί δὲ καὶ τὰc τῶν ἑτέρων εὐτυχίαc [conieci pro ἀτυχίαc] καταπατεῖc χαίρων; Ps.-Call. cod. A: τί δὲ τὸ [coniecit Raabe pro τοῖc] τῶν ἑτέρων εὐτύχημα ἀπολέcειc; [conieci pro ἀπώλεcαc]). ceterum 'alias miserias' idem esse uidetur quod 'alienas miserias', nisi praestat cum Reitzensteinio scribere 'alius [= alterius, ut ap. Cic. de orat. 2, 211] miserias'.

alteri] i. q. ὁ πέλαc (Herod. 3, 142). Cic. de legg. 1, 14 'is, qui nihil alterius causa facit'. 105, 12

inuidere] codicis lectionem sic correxit etiam Volkmann.

inuictus] cf. Ps.-Call.: ἐγὼ οὖν ἀήττητόc εἰμι ... οὐ γὰρ ἐκφοβήcῃ με ἡ πρὸc Δαρεῖόν cου μάχη. Vers. Arm. p. 74. Syr. p. 354. Iul. Val. p. 113, 10 sqq. 'neque enim urguere te debent ad ausa temeraria fortunae hominum imbecilliorum hortarique, uti Indos incessas, quod tibi fuerit in Persas fortuna procliuior' et ibid. lin. 24 'contentum Darii fortuna'. Leo p. 103, 5—7 'cum mollibus hominibus et qui nullam habuerunt uirtutem pugnasti et quia uicisti eos, speras te esse uictorem omnibus hominibus. uictorialis et ego sum' etc. cf. praeterea Curt. 8, 14, 42 'neminem me fortiorem esse censebam'.

Darius] i. e. uictoria quam a Dareo reportauisti. 'Darius' pro 'fortuna Darii' ut ap. Iustin. 1, 7, 14 'fuere Lydis multi ante Croesum reges uariis casibus memorabiles; nullus [= nullius fortuna] tamen fortunae Candauli comparandus', cf. Fittbogen ad h. l. p. 26. 105, 13

imperare] sc. nobis.

hostilem] Adler et Pridik 'hostili', fortasse typothetae errore. 105, 14

meum] conieci cf. paulo infra 'in meo agro'. idem scribi iussit Adler improbante Pridikio.

dominum neminem nisi Iouem] apud Arr. 4, 20, 3 Dareus Iouem precatur: ὦ Ζεῦ βαcιλεῦ, ὅτῳ ἐπιτέτραπται νέμειν τὰ βαcιλέων πράγματα ἐν ἀνθρώποιc. inde ab Homero Iuppiter est ὕπατοc θεῶν uel κρειόντων. sed apud scriptores fabulosae historiae Alexandri Porus gloriatur sibi non solum homines, sed etiam deos parere: οὐ μόνον ἀνθρώπων τυγχάνω βαcιλεὺc ἀλλὰ καὶ θεῶν Ps.-Call. l. l. [cf. uers. Arm. l. l. uers. Syr. l. l. Iul. Val. 113, 16 sqq. Leon. p. 103, 8]. 105, 15

per ignem magnum rectorem caeli] cf. Plut. Alex. 30, 4 εἰπέ μοι cεβόμενοc Μίθρου φῶc μέγα. 105, 16

unum id quod iubes faciam] Curt. 8, 13, 2 'Porus alterum ex his facturum sese respondit, ut intranti regnum suum praesto esset, sed armatus'. suspicetur quispiam hanc uel similem epistulam Curtio uel illi, ex quo hausit Curtius, auctori ante oculos fuisse. 105, 19

⟨in⟩ confiniis] scripsi ex Volkmanni emendatione. cf. § 55 'ad fines'.

praesto sim] cf. Zumpt. ad Curt. 3, 6, 18 p. 27. 105, 20

coactis] cum delectis copiis profectus esse dicitur Alexander § 59. cf. Arr. 5, 12, 2. Plut. Alex. 60, 2. 105, 21

Attalum] idem traditur a Curtio 8, 13, 21. cf. Lezium p. 98. 105, 22

cum comitatu] Curt. 8, 13, 20 'adsuetam comitari ipsum cohortem ante id tabernaculum stare' (iussit). 105, 24

105, 25 Cratero] quem in castris reliquit, cf. Arr. 5, 11, 3 sq. 5, 18, 1 et infra § 59.

105, 26 prima nocte] Arr. 5, 12, 3. Plut. Alex. 60, 2. cf. Muetzell. ad Curt. 8, 13, 24.

105, 27 circiter stadia CL] Arr. 5, 11, 2 ἀπεῖχε . . . ἡ νῆσος τοῦ μεγάλου στρατοπέδου ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίους.

in loco deserto ac siluestri] Arr. 5, 11, 1 νῆσος ἐν τῷ ποταμῷ ὑλώδης τε καὶ ἀστιβὴς ὑπ' ἐρημίας. Curt. 8, 13, 17 'erat insula in flumine amplior ceteris, siluestris eadem et tegendis insidiis apta'.

105, 28 follibus inflatis] cf. Franciscum de Schwarz 'Alexander des Grofsen Feldzüge in Turkestan' p. 36 sq. apud Arr. 5, 12, 3 (cf. 3, 29, 4) folles non inflantur, sed feno uel canna complentur. (Cf. praeterea Curt. 7, 5, 17 sq. 7, 7, 16. 7, 9, 4. et Carol. Ritterum 'die Erdkunde' part. VII p. 20 „die Eingebornen schiffen öfter selbst mit aufgeblasenen Ochsenschläuchen statt der Barken den Strom [Indus] hinab, wie auf dem Euphrat und anderen asiatischen Strömen.")

105, 29 expeditos] an 'expeditas' (copias)? cf. § 43 'copias expeditas ad eos ducere coepit'.

105, 30 ubi uidit] sc. id, cf. § 56 'ubi audiuit'.

105, 31 quarum copiam habuerat] de usu plusquamperfecti loco imperfecti in enuntiatis relatiuis, ex. gr. apud auct. bell. Afr. 43 'frumento cuius in castris copiam habuerat incenso', cf. Woelfflin. ad h. l. et Muetzell. ad Curt. 4, 2, 7 p. 192.

105, 32 commotus] 'comminus' conieci coll. Iustin. 12, 8, 3 (Porus) 'sibi regem eorum priuatum hostem deposcit' et ib. § 4.

105, 33 descensione] i. q. exscensione.

105, 34 ancipiti periculo] Nep. Them. 3, 3 'erat periculum, ne ancipiti premerentur periculo'. Fabri ad Sall. Iug. 38, 5 p. 251.

105, 35 fugae se mandauit] 'mandauerunt' coniecit Reitzenstein. sed Indorum fugam plane omisisse uidetur epitomes auctor. Porus autem acie Indorum perrupta fugam capessiuit (cf. Curt. 8, 14, 34. Arr. 5, 18, 5).

105, 36 sagittas in Porum uti conicerent] Diod. 17, 88, 5 ὁ Ἀλέξανδρος μεταπεμψάμενος τοὺς τοξότας καὶ τὰ ψιλικὰ τῶν ταγμάτων προσέταξεν ἅπαντας βάλλειν ἐπὶ τὸν Πῶρον. Curt. 8, 14, 38 'ergo undique et in pedites et in ipsum Porum tela congesta sunt'.

105, 37 eorum multitudinem] conieci 'telorum' coll. Diod. 17, 88, 6 βελῶν ἅμα πολλῶν ἐνεχθέντων ἐπὶ τὸν Ἰνδόν et § 41 'uim tantam telorum'.

105, 38 ne se hosti dedere cunctaretur] scripsi non sine aliqua dubitatione. fortasse enim ex Curtio 8, 14, 35 sqq. et Arr. 5, 18, 6 sq. colligendum est ea, quae ab auctore rerum gestarum fusius narrata erant, ab epitomatore parum accurate in artius coacta esse. Alexander enim fratrem Taxilis praemisit, qui Porum moneret, ut se uictori dederet ('ne se hosti dedere cunctaretur', cf. Curt. l. l.).

106, 1 fine facta] fortasse retineri potest (cf. Neuium 'Formenlehre' I p. 675), quamquam legimus § 63 'ad ultimos fines'. § 105 'in extremo uitae fine'.

106, 2 ut animo regio consuleret] Arr. 5, 19, 2 ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρος . . . αὐτὸν λέγειν ἐκέλευσεν ὅ τι οἱ γενέσθαι ἐθέλοι. Πῶρον δὲ ἀποκρίνασθαι λόγος, ὅτι βασιλικῶς μοι χρῆσαι, ὦ Ἀλέξανδρε. Plut. Alex. 60, 8 ἐπεὶ δὲ ληφθέντα τὸν Πῶρον ὁ Ἀλέξανδρος ἠρώτα πῶς αὐτῷ χρήσηται, "βασιλικῶς" εἶπε.

106, 4 suum regnum reddidit] Curt. 8, 14, 45 'mox donauit ampliore regno quam tenuit'. Arr. 5, 19, 3. Plut. Alex. 60, 8. Strab. 15. 1, 3 p. 686.

non modo — sed] inter se cohaerent, item 'et — quoque'.

106, 5 finitimas] scripsi dubitanter, nisi forte restituendum est 'ad-

finium' (Diod. 17, 91, 1 sq. Arr. 5, 21, 5, ut significetur Πῶρος ὁ ἕτερος ὃς ἦν ἀνεψιὸς τοῦ ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἁλόντος, Strab. 15, 1, 30 p. 699) aut 'infinitas' (Curt. l. l. Arr. 5, 19, 3. 5, 20, 4. 5, 29, 2. 6, 2, 1) aut 'confinium'.

de exercitu Pori] Diod. 17, 89, 1 ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν Ἰνδῶν πλείους τῶν μυρίων καὶ δισχιλίων. (Arr. 5, 18, 2 ἀπέθανον δὲ τῶν Ἰνδῶν πεζοὶ μὲν ὀλίγον ἀποδέοντες τῶν δισμυρίων). praeterea equitum tria milia caesa esse memorat Arrianus, peditum nouem milia capta esse Diodorus. utrumque hoc loco desideratur, quamobrem post 'ceciderunt' quaedam intercidisse uerisimile est. quae opinio iis quae secuntur confirmatur. 106, 6

elephanti LXXX] hi Diodoro teste non caesi, sed capti sunt, cf. eum 17, 89, 2 ζῶντες .... ἑάλωσαν .... ἐλέφαντες ὀγδοήκοντα. sed monendum est Diodorum 17, 87, 2 narrasse Porum initio proelii centum et triginta, epitomes autem auctorem octoginta quinque habuisse elephantos.

de Alexandri] numeri propius ad eos, quos Diodorus quam quos Arrianus exhibet, numeros accedunt. cf. Diod. 17, 89, 3 τῶν δὲ Μακεδόνων ἔπεσον ἱππεῖς μὲν διακόσιοι καὶ ὀγδοήκοντα, πεζοὶ δὲ πλείους τῶν ἑπτακοσίων. Arr. 5, 18, 3 τῶν δ' ἀμφ' Ἀλέξανδρον πεζοὶ μὲν ... ἐς ὀγδοήκοντα μάλιστα ἀπέθανον· ἱππεῖς δὲ τῶν μὲν ἱπποτοξοτῶν ... δέκα· τῆς δὲ ἑταιρικῆς ἵππου ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι· τῶν δὲ ἄλλων ἱππέων ὡς διακόσιοι, sed cf. Niesium p. 135 not. 1.

saucii multi facti] cf. § 77 'Leonnatus saucius fit'. 106, 7

Bucephalus] retinere malui, quamquam 'Bucephalas' facile scribi potuit. Curt. 6, 5, 18 'equus regis — Bucephalam uocabant'. cf. H. Meuselium 'Jahrbb. f. Phil.' vol. 99 (1869) p. 287. magna tamen est auctorum discrepantia de morte Bucephalae, cf. Arr. 5, 19, 4 (et Lezium ad h. l. p. 40 not. 2) et Plut. Alex. 61 (ex Onesicrito). alteram relationem praebent Curt. 8, 14, 34. epitomes auctor h. l. Plut. l. c. Diod. 17, 95, 5. Strab. 15, 1, 29 p. 698. 106, 8

uicerat] 'uectus erat' coniecit Reitzenstein sed codicis scriptura ne ipsa quidem omni caret probabilitate, cf. Diod. 17, 76, 6 συνηγώνιστο δὲ τῷ βασιλεῖ πάντας τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἀγῶνας. sed cf. etiam Strab. 15, 1, 29 p. 699 ἀεὶ τούτῳ ἐκέχρητο (= uectus erat) κατὰ τοὺς ἀγῶνας. 106, 9

oppidum eo cognomine] ἡ Βουκέφαλος Ἀλεξάνδρεια (peripl. maris Erythr. 47). ad rem cf. Curt. 9, 3, 23 'oppida quoque duo condidit, alterum Nicaeam appellauit, alterum Bucephala [sic Hedicke; codd.: Bucephalum], equi, quem amiserat, memoriae ac nomini dedicans urbem.' Diod. 17, 95, 5. Arr. 5, 19, 4. Strab. 15, 1, 29 p. 698. 'Bucephala' scripsi. fortasse autem forma 'Bucephalum' retineri potuit. cf. de uaria huius nominis scriptura Tomaschek. 'Real-Encyclopädie' uol. III p. 994. ceterum 'nunc' i. e. q. 'adhuc', cf. Eutr. 4, 21 'Carthago ... reparata est, quae nunc manet'. 106, 10

mortuos] Diod. 17, 89, 3. Arr. 5, 20, 1. 106, 11

hostium fortissimos] eodem modo post pugnam apud Granicum commissam Alexandrum se gessisse narrat Arr. 1, 16, 6.

hac pugna] = post hanc pugnam, cf. Reisig. 'Vorlesungen' uol. III p. 685 not. 576 b. ad ea autem quae secuntur cf. Arr. 5, 26, 1. 106, 12

ad ultimos fines Indiae] Diod. 17, 89, 5 ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς Ἰνδικῆς.

Oceanum] Arr. l. l. οὐ πολλὴ ἔτι ἡμῖν ἡ λοιπή ἐστιν ἔστε ἐπὶ ... τὴν ἑῴαν θάλασσαν ... ἐκπεριέρχεται γὰρ γῆν περὶ πᾶσαν ἡ μεγάλη θάλασσα. Curt. 9, 2, 26. 9, 3, 13. 106, 13

cum inde redisset] Diod. l. l. διενοεῖτο γὰρ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς Ἰνδικῆς παραγενόμενος ... διὰ τοῦ ποταμοῦ καταπλεῖν εἰς τὸν Ὠκεανόν.

ad mare Rubrum] etc., cf. § 84 'ad Atlanticum ac Rubrum mare flumine Indo deuehitur'. Nipperd.-Lup. ad Nep. Hann. 2, 1.

106, 15 naues] Curt. 9, 1, 3. Diod. 17, 89, 4.

106, 16 melius factum est] cf. § 78 'ubi Alexandro melius factum est'.

106, 17 accersiri] cf. § 87 et Woelfflin. 'Archiv' uol. VIII (1893) p. 284 sqq. suum in agrum] i. e. Macedoniam. cf. § 57 'in meo agro'.

106, 18 inquit] Porus.

106, 19 uelim] i. q. malim, ut saepius. sc. quam tecum proficisci. ne] addidi coll. §§ 96 et 123.

106, 20 exempli causa] cf. Herzog. ad Caes. b. gall. 1, 31, 12 p. 69. sensus est: prodendi exempli causa ('um ein Beispiel zu statuieren').

106, 22 ab rege Abissare] Curt. 9, 1, 7 sq. 'Abisares ... rursus alios (legatos) misit pollicentes, omnia facturum quae imperasset, modo ne cogeretur corpus suum dedere'. Arr. 5, 20, 5 sq.

106, 23 omnia facturum quae imperasset] cf. Wölfflin. ad bell. Afr. 6, 7 p. 12.

106, 24 eo Alexander exercitum duxit] ea et quae secuntur admodum epitomata sunt, fortasse uitiose. cf. Curt. 9, 1, 8 'cui Alexander nuntiari iussit, si grauaretur ad se uenire, ipse ad eum esse uenturum'. id. 10, 1, 20 sq. Diod. 17, 90, 4 ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ... Ἐμβίσαρον καταπληξάμενος ἠνάγκασε ποιεῖν τὸ προσταττόμενον. Arr. 5, 20, 6 Ἀλέξανδρος δὲ διὰ τάχους Ἀβισάρην ἰέναι παρ' αὐτὸν κελεύει ἐπαπειλήσας, εἰ μὴ ἔλθοι, ὅτι αὐτὸν ὄψεται ἥκοντα ξὺν τῇ στρατιᾷ ἵνα οὐ χαιρήσει ἰδών. id. 5, 29, 4 sq.

106, 25 subiugauit] de hoc uerbo uide Krebs. 'Antibarbarus' uol. II p. 561 s. v. et quos ille laudat. saepius inuenitur apud Iul. Val., cf. Kuebleri 'indicem uerborum' p. 257 s. u.

106, 26 ui subegit ... pacem fecit] cf. Arr. 4, 22, 7 ἢ βίᾳ ἐξαιρεῖν ἢ ὁμολογίᾳ παρίστασθαι et Ellendt. ad Arr. 4, 16, 3 uol. II p. 66. Diod. 17, 91, 2 τῶν πόλεων ἃς μὲν βίᾳ χειρωσάμενος, ἃς δὲ πειθοῖ προσαγαγόμενος.

partem stipendium exegit] 'exigendi' uerbum hoc loco cum duplici accusatiuo coniungitur, cuius usus alia exempla non noui, nisi quod 'exigor' cum accusatiuo rei coniunctum inuenitur (Metellus Numidicus et Caecilius apud Gell. 15, 14, 2 et 5).

106, 28 Sophes] Curt. 9, 1, 24. 27. 35 'Sophites', cf. Iustin. 12, 8, 10 ed. Ruehl (ubi codd.: cufites). Diod. 17, 91, 4, Strab. 15, 1, 30 p. 699, Arr. 6, 2, 2 Σωπείθης. ceterum in nummis Seleuci fere temporibus percussis formam Σωφύτου exstare dicit Niese p. 136 not. 4.

106, 29 canes] ad ea quae secuntur cf. Curt. l. c. Diod. l. c. Strab. 15, 1, 30 sq. p. 699 sq. praeterea Aelian. nat. an. 4, 19. 8, 1. Arist. hist. an. 8, 28. Plin. h. n. 8, 148—150.

106, 30 horum cum uirtutem] Curt. 9, 1, 32 'horum uim ut ostenderet Alexandro'. Diod. 17, 92, 2 βουλόμενος δὲ τὸν Ἀλέξανδρον διὰ τῶν ἔργων λαβεῖν πεῖραν τῆς τῶν κυνῶν ἀρετῆς. Aelian. l. l. Ἀλεξάνδρῳ γοῦν τῷ Φιλίππου πεῖραν ἔδοσαν οἱ Ἰνδοὶ τῆς τῶν κυνῶν τῶνδε ἀλκῆς.

clusum] cf. § 88. Muetzell. ad Curt. 5, 1, 15 p. 378.

duo] Curt. 9, 1, 32 'quattuor'. Diod. 17, 92, 2 δύο ... δύο ἑτέρους. ib. § 3 τῶν δὲ τεττάρων. unum tantum canem commemorant Aelian l. c. et Plin. l. c.

106, 32 cani] cf. Curt. 9, 1, 32 'ex iis ... *unius* canis leoni cum *aliis* inhaerentis crus auellere coepit', ubi caue ne Hedickium secutus coniecturam Giuntae 'unus' recipias, cf. Diod. 17, 92, 3 ἑνὸς τῶν κυνῶν.

106, 33 cum ille neque uocem mitteret] Diod. 17, 92, 3 ὁ δὲ κύων οὔτε κλαγγὴν οὔτε μυγμὸν προέμενος, ἀλλὰ τοὺς ὀδόντας ἐμπεπρικὼς ἔμενεν ἕως ὅτου γενόμενος ἔξαιμος ἐναπέθανε τῷ θηρίῳ.

106, 24 dentibus appressis] Diod. l. c. τοὺς ὀδόντας ἐμπεπρικώς. Aelian. l. c. ἦν ἐγκρατὴς τοῦ δήγματος ἔτι. ceterum 'impressis' coniecit Schwartz.

dum anima et sanguis ipsi omnis effluxit] cf. Ciceron. tusc. disp. 2, 59 'cum una cum sanguine uitam effluere sentiret'. coniecі etiam: 'exsangui ipsi' coll. Diod. l. c. γενόμενος ἔξαιμος.

horum uirtutum causam] ea quae secuntur Curtius non praebet, Diodorus paucis absoluit (17, 92, 1 οὓς ἔφασαν ταῖς τίγρεσιν ἐπιμεμῖχθαι). plura tamen dabunt Aelianus l. c. et Plin. l. c. 106,35

eamque] possis etiam 'quae . . . formidolosissima . . . esset'. 106,37

sagittas tigres] Strab. 11, 14, 8 p. 529 φέρεται δὲ δι' αὐτῆς ὁ Τίγρις — ἄμικτον φυλάττων τὸ ῥεῦμα διὰ τὴν ὀξύτητα, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα, Μήδων τίγριν καλούντων τὸ τόξευμα. Varro de ling. lat. V, 100 '[Tigris] uocabulum e lingua Armenia; nam ibi et sagitta et quod uehementissimum flumen dicitur Tigris'. Plin. n. h. 6, 127 'unde concitatur, a celeritate Tigris incipit uocari, ita appellant Medi sagittam'. Curt. 4, 9, 16. 107,2

eadem causa] = de eadem causa. cf. Woelfflin. 'Archiv' uol. I p. 164 sqq.

canes feminas] Aelian. l. c. τὰς κύνας ἄγουσιν ἐς τὰ ἔνθηρα χωρία οἱ θηρατικοὶ . . . καὶ τοῖς δένδροις προσδήσαντες, εἶτα μέντοι ἀπαλλάττονται ... οἱ δὲ τίγρεις ἐντυχόντες αὐταῖς ... διασπῶσιν αὐτὰς ... συμπλέκονταί τε αὐταῖς ... ἐκ δὲ τῆς ὁμιλίας ταύτης οὐ κύων, φασίν, ἀλλὰ τίγρις τίκτεται· ἐκ δὲ τούτου καὶ κυνὸς θηλείας, ἔτι τίγρις τεχθείη ἄν· ὁ δὲ ἐκ τούτου καὶ κυνὸς εἰς τὴν μητέρα ἀποκρίνεται . . . καὶ κύων τίκτεται. Plin. n. h. 8, 147 (Solin. 15, 11). Aristot. hist. anim. 8, 28 p. 607a, 3 edit. acad. 107,3

multo acerrimum] 'multo' saepius uim superlatiui auget, cf. ex. gr. Liv. 1, 11, 5. Nep. Alcib. 1, 2. Woelfflin 'Comparation' p. 37 sqq. 107,6

peruenit in regnum Phegi] Diodorus 17, 93, 1 et auctor epitomes Alexandrum a Sopithe primo ad Phegea, deinde ad Hyphasim peruenisse narrant; discrepat Curtius 9, 1, 36. ad scripturam nominis cf. Curt. l. c., ubi codd. qui 'interpolati' dicuntur praebent 'Phegeus', ceteri autem 'Phegelis'. 9, 2, 2 tamen exstat 'Phegea', cf. Diod. 17, 93, 1 Φηγέως. hoc loco 'Phegi' retinui, cum putauerim alteram formam huius nominis fuisse Φήγης (cf. Perses, gen. Persi). 107,7

cum multis donis] Curt. 9, 1, 36 'Phegeus erat gentis proximae rex: qui . . . . Alexandro cum donis occurrit, nihil, quod imperaret, detrectans.' Diod. l. l. αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Φηγέως δυναστείαν ἐμβαλὼν . . . . τοῦ Φηγέως μετὰ δώρων πολλῶν ἀπαντήσαντος, τήν τε βασιλείαν ἔχειν συνεχώρησε etc.

ad flumen Hyphasin] 'Hydaspes' fluuius locum hic habere nequit. cf. Curt. 9, 1, 35 'ad fluuium Hypasin.' Plin. 6, 62 'ad Hypasim non ignobiliorem (fluuium), qui fuit Alexandri itinerum terminus.' Diod. 17, 93, 1 ἐπὶ τὸν Ὕπανιν ποταμόν. Arr. 5, 24, 8 αὐτὸς δὲ ξὺν τῇ στρατιᾷ ἐπὶ τὸν Ὕφασιν ποταμὸν προὐχώρει, ὡς καὶ τοὺς ἐπ' ἐκεῖνα Ἰνδοὺς καταστρέψαιτο. Strab. 15, 1, 17 p. 691 ἐπειδὴ καταβᾶσιν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην καὶ νικήσασι Πῶρον ὁδὸς ἦν ἐπὶ τὸν Ὕπανιν πρὸς ἕω κἀκεῖθεν ἐπὶ τὸν Ὑδάσπην πάλιν (cf. § 70 'ipse ad flumen Athesim [= Acesinem] reuersionem fecit'). 107,8

'qui fluit' et quae secuntur] uerba aperte uitiosa ex mea coniectura conformaui, fortasse audentius.

apud] per compendium scriptum ante 'oppidum' facile intercidere potuit.

Alta Sacra] coniecit Reitzenstein. hoc oppidum in dextra fluminis ripa situm fuisse conicias. 107,9

fluit . . . . latitudine] Plin. 6, 65 (Gangen) 'fluere VII milium passuum latitudine.'

stadiorum VI] cf. Diod. 17, 93, 1 Ὕπανις, οὗ τὸ μὲν πλάτος ἦν σταδίων ἑπτά.

milia] deleui, cf. § 46.

107,10 Phege] retinui, cf. quae supra adnotauimus. 'Phegeo' (Φηγεύϲ) et 'Phege' (Φήγηϲ) ferri possunt, cf. 'Perseo' (Περϲεύϲ) et 'Perse' (Πέρϲηϲ).

quaerere coepit] Curt. 9, 2, 2 'percontatus igitur Phegea, quae noscenda erant, XI dierum ultra flumen per uastas solitudines iter esse cognoscit: excipere deinde Gangen, maximum totius Indiae fluminum': Diod. 17, 93, 2 ἀκούϲαϲ δὲ τοῦ Φηγέωϲ περὶ τῆϲ πέραν τοῦ αὐτοῦ [coni. Muetzell. ad Curt. 9, 2, 2; codd.: Ἰνδοῦ] ποταμοῦ χώραϲ ὅτι δώδεκα μὲν ἡμερῶν ἔχει δίοδον ἔρημον, μετὰ δὲ ταύτην εἶναι ποταμὸν τὸν ὀνομαζόμενον Γάγγην, τὸ μὲν πλάτοϲ τριάκοντα καὶ δυοῖν ϲταδίων, τὸ δὲ βάθοϲ μέγιϲτον τῶν κατὰ τὴν Ἰνδικήν.

107,11 XII dierum] Curt. 9, 2, 2 'XI dierum'. Diod. 17, 93, 2 δώδεκα ἡμερῶν.

per solas terras] cf. Friedlaender. ad Iuuenal. 3, 6. Fabri ad Sall. Iug. 103, 1 p. 374. Nipperd.-Lup. ad Nep. Eum. 8, 6. § 32 'per loca sola'. post 'terras' intercidisse censet Schwartz '⟨iter esse, tum⟩ flumen arcere [pro: ab rege]' e. q. s. fuit cum scribere mallem: 'inueniebat ⟨abesse⟩ ab eo flumine .... flumen ab rege [i. e. Phege] Gange⟨n appellatum⟩ latum' etc., coll. Diod. l. c. τὸν ὀνομαζόμενον Γάγγην.

107,12 latum stadiorum XXX] Diod. 2, 37, 1. 17, 93, 2. Strab. 15, 1, 35 p. 702. Plut. Alex. 62, 1. Plin. 6, 65. Arr. Ind. 4, 7. Aelian. h. a. 12, 41.

latum stadiorum] cf. Vitruv. 10, 13, 4 'turrim minimam ait oportere fieri ne minus altam cubitorum LX.' § 5 'maiorem uero turrim altam cubitorum CXX, latam cubitorum XXIII.' Caes. b. civ. 2, 10, 1 'musculum pedum LX longum facere instituerunt', ubi tamen nonnulli codd. 'pedes' praebent.

Prasios] Curt. 9, 2, 3 ex emendatione Salmasii 'Prasios' (codd.: pharrasios). Iustin. 12, 8, 9 ed. Ruehl: 'Praesios' (codd.: praesidias, deas, -das, -des, quae scriptura ad eam, quam hoc loco codex exhibet, proxime accedit). Plin. 6, 68 et 70 'Prasi'. Diod. 17, 93, 2 Πραίϲιοι. Strab. 15, 1, 36 p. 702 et Plut. Alex. 62, 2 Πράϲιοι.

Gangaridas] Curt. 9, 2, 3 'Gangaridas', cf. Iustin. 12, 8, 9. Plin. 6, 65. — Diod. 17, 93, 2 Γανδαριδῶν, Plut. Alex. 62, 2 Γανδαριτῶν. Zumpt. ad Curt. l. c. p. 436.

107,13 † Sacram] Curt. 9, 2, 3 'Aggrammen', Diod. 17, 93, 2 Ξανδράμην.

CC ⟨milia⟩ peditum] Curt. 9, 2, 3 'XX milibus equitum ducentisque peditum.' Plin. 6, 66. 68. Diod. 17, 93, 2 ἔχοντα διϲμυρίουϲ μὲν ἱππεῖϲ, πεζῶν δὲ εἴκοϲι μυριάδαϲ. Plut. Alex. 62, 2 ὀκτὼ μὲν μυριάδαϲ ἱπποτῶν εἴκοϲι δὲ πεζῶν.

XX equitum] cf. Curt. Plut. Diod. l. c.

coegisset] fortasse ante 'quadrigarum' intercidit 'et'.

107,14 quadrigarum II milia] eundem numerum exhibent Curt. 9, 2, 4. Diod. 17, 93, 2. — Plut. l. c. ἅρματα δ' ὀκτακιϲχίλια.

elephantorum] numerus sine dubio corruptus est. cf. Curt. 9, 2, 4 'elephantos, quos III milium numerum explere dicebat.' Diod. 17, 93, 2 ἐλέφανταϲ δὲ πολεμικῶϲ κεκοϲμημένουϲ τετρακιϲχιλίουϲ. Plut. Alex. l. l. μαχίμουϲ ἐλέφανταϲ ἑξακιϲχιλίουϲ. quibus ex locis facile intellegitur haec fere restituenda esse: 'elephantorum habere ⟨.... milia⟩ CLXXX.'

107,15 usque eo] cf. § 66.

107,16 a Poro ... percontando] cf. Krebs. 'Antibarbarus' II p. 251 s. v. et ad rem Curt. 9, 2, 5 sq. 'incredibilia regi omnia uidebantur. igitur Porum ... *percontatur* an uera essent, quae dicerentur. ille uires quidem gentis et regni haud falso iactari adfirmat.' quo ex loco apparet 9, 1, 8 lectionem optimorum codd. 'Poro' ab editoribus iniuria reiectam, immo uero scribendum esse 'hinc ⟨cum⟩ Poro amne superato' etc. Diod. 17, 93, 2 sq. ἀπιϲτήϲαϲ δὲ τοῖϲ λεγομένοιϲ, προϲεκαλέϲατο τὸν Πῶρον καὶ περὶ τῶν

προςαγγελλομένων τἀκριβὲς διεπυνθάνετο. ὁ δὲ τἄλλα μὲν ὑπάρχειν ἅπαντα ἀληθῆ διεβεβαιοῦτο.

aras conplures] Curt. 9, 3, 19 'erigi duodecim aras ex quadrato saxo, monumentum expeditionis suae, . . . iussit.' Plin. 6, 62 'exsuperato amne arisque in aduersa ripa dicatis.' Diod. 17, 95, 1 τῶν δώδεκα θεῶν βωμοὺς πεντήκοντα πηχῶν ᾠκοδόμηςεν. Strab. 3. 5, 7 p. 171. Arr. 5, 29, 1 τὴν ςτρατιὰν δώδεκα βωμοὺς καταςκευάζειν προςτάττει, ὕψος μὲν κατὰ τοὺς μεγίςτους πύργους. Plut. Alex. 62, 4 ἱδρύςατο δὲ βωμοὺς θεῶν etc.

turresque] apud alios scriptores arae tantum commemorantur, 107, 17 quamobrem suspicetur quispiam epitomes auctorem errorem quendam male uertendo commisisse (cf. Arr. l. c. ὕψος μὲν κατὰ τοὺς μεγίςτους πύργους).

re diuina facta] cf. Woelfflin. ad. bell. Afr. 86, 3 p. 131. ad rem 107, 18 cf. Arr. 5, 29, 2 ὡς δὲ κατεςκευαςμένοι αὐτῷ οἱ βωμοὶ ἦςαν, θύει δὴ ἐπ' αὐτῶν ὡς νόμος. Iustin. 12, 8, 17 'caesis hostiis'.

fossas] ad ea quae secuntur cf. Diod. 17, 95, 1 sq. Plut. Alex. 62, 4. Curt. 9, 3, 19 'munimenta quoque castrorum iussit extendi cubiliaque amplioris formae, quam pro corporum habitu, relinqui.' Iustin. 12, 8, 16 'castra solito magnificentiora fieri iussit.'

fossas pro castris] quae pro castris ductae erant. caue ne conicias 'fossas ⟨quam⟩ pro castris maiores.'

lecticarum] est codicis scriptura, quae uereor ut defendi possit, 107, 19 quamquam eam sic explicare studui, ut 'lectica', quae uox angustius ualere solet, hoc loco sensu paulo latiore accipienda sit significetque omnem locum, quo quis quiescere potest. cf. Suet. Aug. 78 p. 72, 38 Roth: 'lecticulam lucubratoriam' i. e. lectulum uel lectum lucubratorium. sic etiam apud Apul. met. 9, 33 p. 213, 26 Vliet 'lecticula' de nido gallinae usurpatur. eadem autem uis quae in uerbo deminutiuo etiam in uoce 'lectica' inesse potest. similiter κλίνη significat 'lectum' et 'lecticam', qua aliquis portatur.

lecticarum uestigia ampliora] Diod. 17, 95, 2 προςέταξε δὲ τοῖς μὲν πεζοῖς καταςκηνώςεις ἑκάςτῳ δύο ςτιβάδας πενταπήχεις οἰκοδομῆςαι. Curt. 9, 3, 19 (uide supra).

status] cf. § 45.

scuta e. q. s.] Diod. 17, 95, 2 προςέταξε . . . . οἰκοδομῆςαι τοῖς ἱππεῦςι . . . . καὶ δύο φάτνας τῶν εἰθιςμένων διπλαςίας. Plut. Alex. 62, 4 καὶ γὰρ ὅπλα μείζονα καὶ φάτνας ἵππων καὶ χαλινοὺς βαρυτέρους καταςκευάςας ἀπέλιπέ τε καὶ διέρριψεν.

†pauca] hoc uocabulum uix sanum crediderim. conieci igitur: 107, 21 'aucta'; omnium enim rerum speciem auxit Alexander (coll. Curt. 9, 3, 19 'ut speciem omnium augeret.' Diod. 17, 95, 2 [προςέταξε] ἀκολούθως δὲ καὶ τἄλλα τὰ καταλείπεςθαι μέλλοντα τοῖς μεγέθεςιν αὐξῆςαι).

ad flumen Acesinem] scribendum esse facile colligi potest ex 107, 22 Curt. 9, 3, 20. Iustin. 12, 9, 1. Arrian. 5, 29, 2. Diod. 17, 93, 3. ceterum Curt. Iustin. Diod. auctor epitomes nomen huius fluminis, quod supra omiserunt, hoc demum loco afferunt.

ibi] cf. Arr. 5, 29, 3 αὐτὸς τὰ ἐπὶ τῷ κατάπλῳ παρεςκευάζετο τῷ ἐς τὴν μεγάλην θάλαςςαν. cf. Lezium p. 54 not. 1, qui exponit uerisimillimum esse ad hoc quoque flumen naues aedificatas esse et sic facilius explicari, cur ceteri scriptores (dicit Curtium Iustinum Diodorum) Alexandrum per Acesinem, non per Hydaspem flumen deuectum esse perhibeant. cf. ib. p. 132. Muetzell. ad Curt. 9, 3, 21 p. 834. Wesseling. ad Diod. 17, 93, 3 p. 234, 37 = p. 206 Dind.

Porus ac Taxiles] Curt. 9, 3, 22 'mille nauigiis aditurus Oceanum discordesque et uetera odia retractantes Porum et Taxilem, Indiae reges, firmatae per adfinitatem gratiae relinquit in suis regnis, summo

iu aedificanda classe amborum studio usus.' ceterum etiam paulo infra Alexander Taxilem cum Poro reconciliasse narratur.

107, 23 aedificauerunt] cf. quae adnotauimus ad § 39 'regnauit'.

offendit] Curt. 9, 3, 22 'mille nauigiis aditurus Oceanum.' Diod. 17, 95, 5 τῆς δὲ ναυτικῆς παρασκευῆς συντελεσθείσης καὶ διακοσίων μὲν ἀφράκτων ἡτοιμασμένων, ὀκτακοσίων δὲ ὑπηρετικῶν. Arr. 6, 1, 1. id. 6, 2, 4 ἦν δὲ τὸ ξύμπαν πλῆθος τῶν νεῶν, ὡς λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου.... τριακόντοροι μὲν ἐς ὀγδοήκοντα, τὰ δὲ πάντα πλοῖα σὺν τοῖς ἱππαγωγοῖς τε καὶ κερκούροις καὶ ὅσα ἄλλα ποτάμια .... οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν δισχιλίων. id. Ind. 19, 7 νέες δὲ αἱ σύμπασαι αὐτῷ χίλιαι καὶ ὀκτακόσιαι ἦσαν, αἵ τε μακραὶ καὶ ὅσα στρογγύλα πλοῖα καὶ ἄλλα ἱππαγωγὰ καὶ σιτία ἅμα τῇ στρατιῇ ἄγουσαι.

penarias] i. e. frumentarias; νέες .... σιτία .... ἄγουσαι Arr. Ind. 19, 7.

107, 24 filius Alexandri ex Roxane] Roxanen Alexander uere anni 327 uxorem duxerat (Niese p. 121 sq.), Septembre autem mense anni 326 ineunte ad Hydaspem profectus classem aedificatam inuenit. apparet igitur fieri potuisse, ut Alexander ex Roxane iam puerum sustulerit. qui tamen puer nusquam alibi commemorari uidetur, immo ad Hydaspem Coenus mortuus esse dicitur (Arr. 6, 2, 1; Curt. 9, 3, 20 'ibi' [ad Acesinem, cf. Lezium p. 54 not. 7] 'forte Coenus morbo extinctus est').

107, 25 re diuina] cf. ad § 69 et ad rem Arr. 6, 3, 1 sq. Ind. 18, 11. Itiner. Alex. p. 27, 17 sq.

107, 26 in gratiam reduxit] Curt. 9, 3, 22 'discordes et uetera odia retractantes Porum et Taxilen, Indiae reges, firmatae per adfinitatem gratiae relinquit in suis regnis.'

107, 28 flumine] Curt. 9, 3, 24 'secundo amne [= Acesine] defluxit', cf. Lezium p. 54 not. 1.

ad Eleumezen] nomen oppidi fortasse corruptum. cf. Curt. 9, 4, 1 'peruentum erat in regionem, in qua Hydaspes amnis Acesini committitur.' id. § 4 'hinc excensione facta.' Diod. 17, 96, 1 ὡς δ' ἦλθον ἐπὶ τὴν Ἀκεσίνου καὶ Ὑδάσπου συμβολὴν ἐκβιβάσας τοὺς στρατιώτας κτλ.

107, 29 interim Indorum philosophi] ea quae secuntur iam apud Adlerum l. l. p. 40 et Pridikium p. 162 sq. inueniuntur, cf. quae ad § 55 de ea re adnotaui.

107, 30 qui .... habitabant] loco enuntiati relatiui etiam participium coniunctum adhiberi possit: 'in his regionibus habitantes' itaque, quod sequitur, enuntiatum relatiuum id, quod praecedit, particula 'que' omissa excipit, ut saepius. cf. Caes. b. g. 1, 1, 4 'proximi sunt (Belgae) Germanis qui trans Rhenum incolunt, quibuscum' etc., cf. de ea re Kuehner. II 2 p. 875 sq.

107, 31 carebant] idem coniecit W. Foerster apud Adlerum.

litteras hoc exemplo] cf. 56. de litteris quae secuntur Pridik haec protulit (l. c. p. 162): „ex duabus illis epistulis altera nihil est nisi Latine reddita epistula, quam Calanum scripsisse tradit Philo." huius Philonis loci notitiam Pridikio debeo. Exstat igitur illa Calani epistula apud Philon. quod omn. prob. liber § 14 p. 879 (uol. V p. 289 ed. Richter).

107, 32 Macedoni] praebent etiam Adler et Pridik.

auditum est te ab amicis induci] cf. Philon. l. c.: φίλοι πείθουσι χεῖρας καὶ ἀνάγκην προσφέρειν Ἰνδῶν φιλοσόφοις, οὐδ' ἐν ὕπνῳ ἑωρακότες ἡμέτερα ἔργα.

107, 34 nostrae modus uitae] i. e. genus. cf. Cic. Tusc. disp. 5, 23, 66.

ne in somnum quidem uenit] cf. Krebs. 'Antibarbarus' II p. 536 s. u. 'somnium' locosque ibi allatos. 'in somnum uenire' dicitur ut 'ad aures uenire'. cf. praeterea Plut. Alex. 47, 1 λέγων ὡς νῦν μὲν αὐτοὺς ἐνύπνιον τῶν βαρβάρων ὁρώντων et Philon. l. c. οὐδ' ἐν ὕπνῳ ἑωρακότες.

obieceris] coniecit etiam Volkmann, qui idem 'nos' inseruit, quod 107, 35 recepi. „'quibus si oboedieris' optime C. Wachsmuth (collato Nep. Datam. 5, 4)." Adler. fortasse scribi potest: „quibus si obieceris ⟨corpora nostra⟩, corpora modo nostra" e. q. s. cf. autem ad 'corpora nostra', quae uerba idem ualent quod 'nos', Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 22, 7 p. 302.

corpora modo nostra loco mouebis] cf. Philon. l. c. cώματα γὰρ μετοίcειc ἐκ τόπου εἰc τόπον, ψυχὰc δὲ οὐκ ἀναγκάcειc ποιεῖν ἃ μὴ βούλονται.

mouebis] idem coniecit Volkmann.

quidem] in hac particula uis inest aduersatiua. 107, 36

coges] idem coniecit Volkmann.

si humanus, humanus, inquimus] cf. Woelfflin. 'die Gemination im 107, 37 Lateinischen' ('Sitz.-ber. d. philos.-philol. Kl. d. Ac. d. W. z. München' 1882) p. 432. ad sensum cf. Ps.-Call. III 6 p. 101 οἱ δὲ εἶπον· 'εἰ θνητὸc ὑπάρχειc, τί τοcαῦτα πολεμεῖc'; (cod. Leid. p. 774. Arm. p. 78. Syr. p. 358. Iul. Val. p. 122, 10 sqq. Leon. p. 108, 7).

inquimus] 'inquam' retinuerunt Adler et Pridik. 'inquimus' ut apud Hor. serm. 1, 3, 66.

superas nosmet] omnia quae secuntur incerta sunt. de quibus Pridik p. 163: „uerba epitomes sunt corruptissima; equidem ibi similia atque apud Philonem scripta fuisse coniecerim, id quod mihi uerba 'super nosmet insedimus' indicare uidentur collatis Philonis uerbis 'τούτου ὑπεράνω ἡμεῖc γενόμεθα.' quae coniectura si uera est, etiam ordo sententiarum in utraque epistula idem est; sed pro certo hoc non contenderim." uerba autem Philonis haec sunt: πῦρ μεγίcτουc τοῖc ζῶcι cώμαcι πόνουc καὶ φθορὰν ἐργάζεται· τούτου ὑπεράνω ἡμεῖc γενόμεθα ζῶντεc καιόμεθα· οὐκ ἔcτι βαcιλεὺc οὔτε ἄρχων, ὃc ἀναγκάcει ἡμᾶc ποιεῖν ἃ μὴ προαιρούμεθα. quae uerba immane quantum ab hoc loco discrepant.

corporis nostri partes superati mouemus] cf. paulo supra: 'corpora 108, 1 nostra loco mouebis.'

quarum per terram est potestas] sc. tibi. opponuntur autem 'per 108, 2 terram' et 'deorum' et 'per terram' idem ualet quod 'in terra' (Plaut.) uel 'in terris'. fuit cum scriberem: 'quarum parta (uel 'parata') est potestas' sc. tibi.

quod uero diuinitus tributum est] i. e. animus. Brachmanas autem de immortalitate animi sperasse docet nos Megasthenes ap. Strabon. 15, 1, 59 p. 713.

nos quae cara] idem coniecit Volkmann. 108, 3

cognoscamus] 'cognoscemus' Pridik errore typothetae. 108, 4

abutimur] 'verbrauchen, verzehren' i. q. 'uti' (non in malam partem). cf. ex. gr. Iul. Val. 3, 24 p. 133, 2.

quae ceteri possident] aliter de his uerbis Volkmann iudicasse 108, 5 uidetur, cum post 'ceteri' inseruit 'non'. sed quid his uerbis significetur, facile apparebit conferenti Megasth. ap. Strab. 15, 1, 60 p. 713: ὀρύζῃ καὶ ἀλφίτοιc τρεφομένουc, ἃ παρέχειν αὐτοῖc πάντα τὸν αἰτηθέντα καὶ ὑποδεξάμενον ξενίᾳ. Strab. 15, 1, 61 p. 714: Ἀριcτόβουλοc δὲ τῶν ἐν Ταξίλοιc coφιcτῶν ἰδεῖν δύο φηcί, Βραχμᾶναc ἀμφοτέρουc .... τὸν μὲν οὖν ἄλλον χρόνον κατ' ἀγορὰν διατρίβειν .... ἐξουcίαν ἔχονταc ὅτι βούλονται τῶν ὠνίων φέρεcθαι δωρεάν etc. Onesicritus ap. Strab. 15, 1, 65 p. 716: ἀπιόνταc δ' εἰc τὴν πόλιν κατὰ τὰc ἀγορὰc cκεδάννυcθαι· ὅτῳ δ' ἂν κομίζοντι cῦκα ἢ βότρυc παρατύχωcι, λαμβάνειν δωρεὰν παρέχοντοc .... ἅπαcαν δὲ πλουcίαν οἰκίαν ἀνεῖcθαι αὐτοῖc .... εἰcιόνταc δὲ δείπνου κοινωνεῖν καὶ λόγων.

quae cum impensa] equidem conieceram: 'quam cum impensam consequi nequiuerint' i. e. 'cum nos, qui tam paruam in uictum impen-

sam facimus, imitari non possint.' significatur autem his uerbis ceterorum Indorum opulentia, de qua cf. Curt. 8, 9, 19. 21. 23. τὰς δὲ διαίτας ἁπάντων (σοφῶν) σκληρὰς fuisse dicit Nearch. ap. Strab. 15, 1, 66 p. 716. 'impensa' igitur h. l. idem est quod 'exigua impensa', cf. Sall. Iug. 39, 5 'ex copia rerum' i. e. 'exigua copia'. ceterum aliter de his uerbis iudicauit Keil, cum coniecit: 'quae cum sine (uel 'nisi') impensa consequi nequiuerint.'

108,6 nos laudant libenter] cf. Onesicrit. ap. Strab. 15, 1, 63 ἀκούειν γὰρ τὸν Ἀλέξανδρον ὡς .... ἐν τιμῇ ἄγοιντο πλείστῃ.

Graecorum philosophorum] Philo l. c.: Ἑλλήνων δὲ φιλοσόφοις οὐκ ἐξομοιούμεθα, ὅσοι αὐτῶν εἰς πανήγυριν λόγους ἐμελέτησαν, ἀλλὰ λόγοις ἔργα παρ' ἡμῖν ἀκόλουθα, καὶ ἔργοις λόγοι βραχεῖς ἄλλην ἔχουσι δύναμιν καὶ μακαριότητα καὶ ἐλευθερίαν περιποιοῦντες. Pallad. περὶ τῶν τῆς Ἰνδίας ἐθνῶν καὶ τῶν Βραχμάνων [= Ps. Call. III 12 p. 106 sqq.] p. 108 ὑμεῖς δὲ λέγετε ἃ δεῖ μὴ ποιεῖν καὶ ποιεῖτε ἃ μὴ δεῖ λέγειν· παρ' ὑμῖν δὲ οὐδεὶς φιλόσοφον οἶδεν ἐὰν μὴ λαλήσῃ· ὑμῶν γὰρ ὁ νοῦς ἐστι ἡ γλῶττα, καὶ ἐπὶ τοῖς χείλεσιν αἱ φρένες, quae uerba Ambrosius (ibid.) sic uertit: 'uos autem dicitis quidem quae debeant fieri nec tamen facitis. philosophum uos nullum putatis nisi eum qui nouerit loqui: uester enim est omnis sensus in lingua uobisque in oris uestri labiis tota sapientia est.'

108,8 digna uerba factis, facta similia uerbis existunt] coniecerunt et Keil et Fr. Albracht. uerbo autem 'existendi', quod hoc loco legitur, inducor, ut paruam quandam maculam abstergeam, quae adhuc Eutropio adhaeret. legendum enim est apud illum in praefatione: 'res .... quae in negotiis uel bellicis uel ciuilibus eminebant ..... additis etiam his quae in principum uita egregiae [codd.: egregia] extiterunt.'

108,9 accipimus] inde ab Quintiliano uerbum 'accipiendi' cum duplici accusatiuo coniunctum idem fere ualet quod 'intellegere, interpretari, dicere, uocare, appellare'.

antiquissimam] Adler et Pridik retinuerunt 'antiquissimum.'

108,10 studere] omisit Pridik, errore, ut uidetur. cf. Catull. 93, 1 'nil nimium studeo uelle placere' et Vahlen. in 'Commentatt. in honorem Mommseni' p. 665.

108,11 potes] idem coniecit Albracht apud Adlerum.

haec si contra tendes] cf. ex. gr. Liv. 3, 15, 2 'eo acrius contra tribuni tendebant.'

alienus] cum ablatiuo coniunctum ut 'non idoneus' ap. auct. ad Her. 3, 3, 5.

108,13 ad eas regiones] cf. Ps.-Call. III 4 p. 99 τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιεῖτο πρὸς τοὺς Βραχμᾶνας ἤτοι Ὀξυδράκας.

108,14 Oxydracarum ac Mallorum] cf. Curt. 9, 4, 15 'inde uentum est in regionem Oxydracarum [ex coni. Aldi; codd.: sudracarum] Mallorumque.' Iustin. 12, 9, 3 'hinc in Mandros et Sudracas [ex coni. Alfredi de Gutschmid; codd.: sugambros] nauigat'. Diod. 17, 98, 1 μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύσας ἐπὶ Ὀξυδράκας καὶ τοὺς ὀνομαζομένους Μαλλούς. Arr. 6, 4, 3. Strab. 15, 1, 33 p. 701 Μαλλοὶ καὶ Συδράκαι. ceterum § 78 epitomes traditum est 'oxidragas' et 'mallotas'.

consederunt] cf. ad § 39 'regnauit'.

milia peditum C, equitum XX milia] Curt. 9, 4, 15 'nonaginta milia [ex coni. Loccenii; codd.: VIIII] iuniorum peditum in armis erant, praeter hos equitum X milia nongentaeque quadrigae'. Iustin. 12, 9, 3 'quae gentes cum armatis LXXX milibus peditum et LX milibus equitum excipiunt'. Diod. 17, 98, 1 κατέλαβε τοὺς ἐγχωρίους ἠθροικότας πεζοὺς μὲν πλείους τῶν ὀκτακισμυρίων, ἱππεῖς δὲ μυρίους, ἅρματα δ' ἑπτακόσια.

108,15 cum his paratus, ut confligeret acie, ex Macedonibus quidam] cf. Iulii Valerii epit. (ed. Zacher 1867) p. 52, 9 sqq.: 'ingressus igitur Indiam, mox obuii fuerunt ei legati, quos Porus cum litteris miserat'. ibid.

p. 54, 12 sqq. 'Porus ex quadam repentina tumultuatione suorum conuersus, ut uideret, quidnam id esset, protinus Alexander eius inguina gladio transfodit eumque postrauit'.

paratus, ut] cf. Fabri ad Sall. Iug. 91, 2 p. 347.

id accidit ut e. q. s.] cf. Lezium p. 135 sq. ea, quae in iis quae secuntur narrantur, apud Curtium et Diodorum non exstant. ille enim de fuga Oxydracarum Mallorumque haec tantum tradit: 'haud traditur, metune an oborta seditione inter ipsos subito profugerint'; hic autem 17, 98, 2: cταcιάcαντεc ὑπὲρ τῆc ἡγεμονίαc εἰc τὰc cύνεγγυc πόλειc ἀπεχώρηcαν. sed propius ad epitomes narrationem accedit Iustin. 12, 9, 4 'cum proelio uictor esset, exercitum ad urbem eorum ducit'. cf. ad haec etiam Arr. 6, 8, 5 sqq. 108, 16

eorum imperatorem] Curt. 9, 4, 24 'ducem ex natione Oxydracarum spectatae uirtutis elegerant.' hoc igitur loco Curtius imperatoris nomen non affert. alius autem est ille 'Sambus' apud Curt. 9, 8, 13 et 17. Iustin. 12, 10, 2 ('Ambus'). Diod. 17, 102, 6. Arr. 6, 16, 3. cf. praeterea Plut. Alex. 64, 1 et 3 τὸν Σάββαν. 108, 17

Sambum utrumque femur] cf. supra § 65 'partem stipendium exegit'. passiue autem dicitur: 'Sambus utrumque femur transfigitur', cf. § 77 'Alexander . . . stomachum ac caput uehementer ictus est'. Liv. 21, 7, 10 'Hannibal . . . aduersum femur tragula grauiter ictus cecidit'. Auct. bell. Afr. 78, 10. 85, 7 etc.

se partim] intercidisse fere haec uidentur: 'perterriti ac fugientes se partim in ⟨montes coniecerunt, partim in⟩ oppidum confugerunt' cf. Curt. 9, 4, 26 (barbari) 'auios montes et inpeditos occupauerunt, quorum agmen rex frustra persecutus inpedimenta cepit. peruentum deinde est ad oppidum Oxydracarum, in quod plerique confugerant'. estne scribendum: 'superati'? 108, 18

corona] cf. ad § 40. 108, 20

adorti] cf. Muetzell. ad Curt. 3, 1, 6 p. 9. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 9, 2 p. 257.

scalas erectas] cf. Liv. 32, 14, 2 'cum iam scalas ad moenia erexisset'. § 41 'scalis appositis'. ad ea quae secuntur cf. Curt. 9, 4, 30. Iustin. 12, 9, 5. Diod. 17, 98, 5. Plut. Alex. 63, 2. Arr. 6, 9, 3. ceterum et Diod. et Arr. oppidum ipsum et arcem distinguunt, epitomes autem auctor in hac re cum Curtio congruit. sed a Curtio discrepat (qui Oxydracarum oppidum fuisse tradit), cum disertis uerbis non dicit, utrum Oxydracarum an Mallorum (Arr. 6, 11, 3. Strab. 15, 1, 33 p. 701 etc.) urbs fuerit, qua in re consentit cum Diod. et Iustin. 108, 21

cum tribus] in iis quae secuntur Leonnatus (ex coni. mea) tantum memoratur. Arr. 6, 9, 3. Curt. 9, 5, 14 sq. Diod. 17, 99, 4. Iustin. 12, 9, 5. Ps.-Call. p. 99 not. 12.

in oppidum desiluit] omnia quae secuntur in oppugnanda urbe facta esse Curt. et epitomes auctor narrant. cf. Curt. 9, 5, 2—20. Iustin. 12, 9, 5—11. Diod. 17, 98, 6 — 99, 4. Arr. 6, 9, 5 — 11, 1. 108, 22

reliqui non sunt subsecuti] Curt. 9, 4, 33. Diod. 17, 98, 6. Arr. 6, 9, 4. Ps.-Call. p. 99 not. 12.

conspicantes] cf. § 22. Justin. 12, 9, 6 'cum eum hostes conspexissent' etc. Ps.-Call. p. 99 not. 12 οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει θεωρήcαντεc ὥρμηcαν πρὸc αὐτόν. 108, 23

circumsteterunt] Curt. 9, 5, 5 'cum [comminus (del. Aldus)] unum procul tot manus peterent, nemo tamen audebat propius accedere', quo tamen loco 'eminus' scribendum et 'procul' (cf. § 8) delendum esse censeo.

Leonnatus] Curt. 9, 5, 17. Arr. 6, 10, 2 et 6, 11, 7. 108, 25

femore dextro] Curt. l. c. 'ceruice graviter icta semianimis procubuit'.

stomachum ac caput] Curt. 9, 5, 9 'Indus — sagittam — ita ex- 108, 26

cussit, ut per thoracem paulum super latus dextrum infigeret'. Diod. 17, 99, 3 τέλος δὲ τοξευθεὶς ὑπὸ τὸν μαστὸν ἔπεσεν εἰς τὸ γόνυ. Iustin. 12, 9, 12 'sagitta sub mamma traiectus'. Arr. 6, 10, 1 Ἀλέξανδρος δὲ βάλλεται καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸ στῆθος τοξεύματι ὑπὲρ τὸν μαστόν. Plut. Alex. 63, 3 etc.

pectore aduerso] cf. Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 7, 10 p. 27.

108, 27 caput] cf. Curt. 9, 5, 7 'iam galeam saxa perfregerant'. Arr. 6, 11, 7 οἱ μὲν ξύλῳ πληγέντα κατὰ τοῦ κράνους Ἀλέξανδρον καὶ ἰλιγγιάσαντα πεσεῖν etc.

malo accepto] an 'male acceptus'? cf. Woelfflin. ad auct. bell. Afr. 18, 5 p. 32.

108, 28 portis refractis] Curt. 9, 5, 19. Justin. 12, 9, 11. Arr. 6, 10, 4. Ps.-Call. p. 99 not. 12.

108, 29 oppidanisque omnibus interfectis] Curt. 9, 5, 20. Diod. 17, 99, 4. Arr. 6, 11, 1. Ps.-Call. p. 99 not. 12.

108, 30 ubi Alexandro melius factum est] cf. § 64.

108, 31 qui proelio superfuerant] cf. Arr. 6, 14, 3. Ἀλέξανδρος δὲ σατράπην μὲν τούτοις τε καὶ τῶν Μαλλῶν τοῖς ἔτι σωζομένοις ἐπέταξε Φίλιππον. Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 4, 7 p. 14.

regi praedicto] i. e. Sambo, cf. § 75, ubi tamen 'imperator' appellatur, quia Malli et Oxydracae tum demum reges habere coeperunt.

108, 32 dicto audientes] cf. Krebs. 'Antibarbarus' uol. I p. 199 s. v. ceterum fortasse ex hoc loco explicari potest Arr. 6, 16, 3 ὁ δὲ ἐπὶ Σάμβον αὖ ἦγε, τῶν ὀρείων Ἰνδῶν σατράπην ὑπ' αὐτοῦ κατασταθέντα etc., ad quem locum cf. Schmieder. ap. Krueger. p. 247. de situ autem regni Sambi cf. Lezium p. 146.

tum philosophos] cf. Plut. Alex. 64. quae a scriptoribus historiae fabulosae Alexandri de colloquio, quod sequitur, tradita sunt ab iis, quae hoc loco narrantur, ualde discrepant. ad rem cf. Plut. Alex. 64, 1 τῶν δὲ γυμνοσοφιστῶν τοὺς μάλιστα τὸν Σάββαν ἀναπείσαντας ἀποστῆναι καὶ κακὰ πλεῖστα τοῖς Μακεδόσι παρασχόντας λαβὼν δέκα etc. partim consentiunt cum iis quae secuntur interrogatiunculae quas Budge ('the history of Alexander the great', Cambridge 1889 p. Cl) ex uersione Aethiopica Pseudo-Callisthenis affert omissis tamen philosophorum responsis.

tum philosophos . . . hosce] insigne exemplum anacoluthiae, cf. Liv. 30, 27, 11 'ludos — ut eos ludos'.

108, 33 adortus] cf. Ter. Adelph. 404 'adortus iurgiost fratrem'. Tac. hist. 1, 31 'Subrium et Cetrium adorti milites minis'. Curt. 10, 2, 12 'regem ferocius quam alias adorti' etc.

108, 34 uos hostes nobis esse] Plut. Alex. 64, 1 τοὺς . . . κακὰ πλεῖστα τοῖς Μακεδόσι παρασχόντας. cf. ib. 59, 4.

declarauistis . . . melius est] quaedam intercidisse intellexit Reitzenstein. ea autem quae secuntur in angustum coacta esse facile apparebit conferenti ex. gr. uestigium uberioris narrationis, quod § 83 deprehendimus: 'tu dixisti' etc.

108, 35 enim] tertio loco positum. cf. § 83 et Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 50, 3 p. 389.

109, 1 ceteri moriantur] uberius Plut. Alex. 64, 1 ἐρωτήματα προὔβαλεν αὐτοῖς ἄπορα φήσας ἀποκτενεῖν τὸν μὴ ὀρθῶς ἀποκρινάμενον πρῶτον, εἶτ' ἐφεξῆς οὕτω τοὺς ἄλλους. quamobrem hoc loco quaedam intercidisse suspicetur quispiam. ceterum non semper eundem Indum omnia responsa dedisse intellegi potest ex § 82 'interrogauit quis eorum qui dixerant uideretur deterrime respondisse'.

109, 4 dixit] i. q. 'interrogauit', cf. 47 'dictitabant'. Plut. Alex. 64, 2 ὁ μὲν οὖν πρῶτος ἐρωτηθεὶς πότερον οἴεται τοὺς ζῶντας εἶναι πλείονας ἢ τοὺς τεθνηκότας, ἔφη τοὺς ζῶντας· οὐκέτι γὰρ εἶναι τοὺς τεθνηκότας. Ps.-Call. III 6 p. 100: ἕτερον δὲ ἐπηρώτησε· „τίνες ἆρα πλείονές εἰσιν, οἱ ζῶν-

τες ἢ οἱ νεκροί"; οἱ δὲ εἶπον· „οἱ μὲν τετελευτηκότες πλείονες, ἀλλ' οὐκ ἔστι τῶν μὴ ὄντων μέτρον. οἱ γὰρ ὁρώμενοι πλείονές εἰσι τῶν μὴ φαινομένων." (cod. Leid. p. 773. Arm. p. 77. Syr. p. 358. Iul. Val. p. 120, 24 sqq.) Budge l. c. p. CI: 'are the dead more in number than the living?"

illis qui nulli sunt] 'nullus sum' i. est q. 'mortuus sum', cf. Cic. tusc. disp. 1, 36, 87 'de mortuis loquor qui nulli sunt'. 109, 5

nullus numerus potest esse] i. e. 'numerari nequeunt' uel 'extra numerum sunt' (cf. Caes. b. gall. 6, 13, 1 'aliquo numero esse'. Graeci: ἐν λόγῳ καὶ ἀριθμῷ εἶναι). 109, 6

marinae an terrenae bestiae] Plut. l. c. ὁ δὲ δεύτερος (ἐρωτηθεὶς) πότερον τὴν γῆν ἢ τὴν θάλασσαν μείζονα τρέφειν θηρία, (ἔφη) τὴν γῆν· ταύτης γὰρ μέρος εἶναι τὴν θάλατταν. Ps.-Call. III 6 p. 100 = cod. Leid. p. 773. Arm. p. 77. Syr. p. 358. Iul. Val. p. 121, 8 sqq.

terrenae bestiae] Cic. de nat. deor. 1, 103. alibi 'terrestres'.

respondit] 'terrenae, nam in terra' etc. 109, 7

quae bestiarum] Plut. l. c. ὁ δὲ τρίτος (ἐρωτηθεὶς), ποῖόν ἐστι ζῷον πανουργότατον, ὃ μέχρι νῦν, εἶπεν, ἄνθρωπος οὐκ ἔγνωκεν. discrepat autem Ps.-Call. III 6 p. 100 = cod. Leid. p. 773. Arm. p. 77. Syr. p. 358. Iul. Val. p. 121, 10 sqq. cf. Budge l. c. p. CI. 109, 8

quicquid hominum est] cf. Weiſsenborn. ad Liv. 2, 5, 7. 'fuit' maluit Schwartz. 109, 9

quam ob causam] Plut. l. c. § 3 ὁ δὲ τέταρτος ἀνακρινόμενος τίνι λογισμῷ τὸν Σάββαν ἀπέστησεν, ἀπεκρίνατο „καλῶς ζῆν βουλόμενος αὐτὸν ἢ καλῶς ἀποθανεῖν". 109, 10

utrum nox an dies prior natus] Plut. l. c. ὁ δὲ πέμπτος ἐρωτηθεὶς πότερον οἴεται τὴν ἡμέραν ἢ τὴν νύκτα προτέραν γεγονέναι, „τὴν ἡμέραν" εἶπεν „ἡμέρᾳ μιᾷ". sine dubio igitur in iis quae secuntur scribendum est 'uno die prius diem quam noctem natum'. sed cf. Ps.-Call. III 6 p. 100: τί πρότερον ἐγένετο, ἡ νὺξ ἢ ἡ ἡμέρα; — ἡ νύξ, καὶ γὰρ τὰ γενόμενα ἐν τῷ σκότει τῆς γαστρὸς αὔξάνονται, εἶτα εἰς τὴν αὐγὴν ἀποκύει γαστὴρ τὸ βρέφος (cod. Leid. p. 773. Arm. p. 77. Syr. p. 358. Jul. Val. p. 121, 21). cf. Budge l. c. p. CI: 'is night older than day?' Talmud Babylon. ('Tamid' 32): א"ל אור נברא תחילה או חשך אמרו לו מילתא דא לית לה פתר 109, 13

deinde cum Alexander dubitaret] male intellexisse et uertisse uidetur auctor uerba quae ante oculos habuit, cf. Plut. l. c. προσεπεῖπεν οὗτος θαυμάσαντος τοῦ βασιλέως ὅτι τῶν ἀπόρων ἐρωτήσεων ἀνάγκη καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἀπόρους εἶναι. 109, 14

ait] cf. Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 54, 1 p. 191 et Krebs 'Antibarbarus' I p. 123 sq. s. u. 109, 15

quid homo debet facere] Plut. l. c. § 4 μεταβαλὼν οὖν τὸν ἕκτον ἠρώτα πῶς ἄν τις φιληθείη μάλιστα. „ἂν κράτιστος ὤν" ἔφη „μὴ φοβερὸς ᾖ". discrepat autem paulo a Plutarcho epitomes auctor. 109, 16

iocundus] Fabri ad Sall. Iug. 85, 41 p. 338. 109, 17

quo pacto ipse deus posset existimari] Plut. l. c. τῶν δὲ λοιπῶν τριῶν ὁ μὲν ἐρωτηθεὶς πῶς ἄν τις ἐξ ἀνθρώπων γένοιτο θεός, „εἴ τι πράξειεν" εἶπεν „ὃ πρᾶξαι δυνατὸν ἀνθρώπῳ μὴ ἔστιν." fuit autem cum conicerem: 'quo pacto ipse posset deus esse existimari' coll. § 84 'sapientes esse existimans'. 109, 19

utrum plus mors an uita ualeret] Plut. l. c. ὁ δὲ περὶ ζωῆς καὶ θανάτου (ἐρωτηθεὶς) πότερον ἰσχυρότερον, ἀπεκρίνατο τὴν ζωὴν τοσαῦτα κακὰ φέρουσαν. Ps.-Call. III 6 p. 100: ἕτερον δὲ ἐρωτᾷ ἐρώτημα· „τί ἄρα ἰσχυρότερον ὁ θάνατος ἢ ἡ ζωή;" οἱ δὲ εἶπον· „ἡ ζωή, ὅτι ὁ ἥλιος ἀνατέλλων ἀκτῖνας ἔχει λαμπράς, δύνων δὲ ἀσθενέστερος ὁρᾶται (cod. Leid. p. 773. Arm. p. 77. Syr. p. 358. Iul. Val. p. 121, 4 sqq.). utrumque ab epitomes auctore ualde discrepare manifestum est. cf. Budge l. c. p. CI: 'is death mightier than life?' 109, 21

ut nulli sint] cf. ad § 79. 109, 23

109, 24 quandiu utile est] Plut. l. c. § 5 ὁ δὲ τελευταῖος (ἐρωτηθεὶς) μέχρι τίνος ἀνθρώπῳ καλῶς ἔχοι ζῆν, „μέχρι οὗ μὴ νομίζει τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν ἄμεινον". Gesner 'gnomographi' p. 877 (sermo 271) ex Fauorino: Ἀριστείδης ὁ δίκαιος ἐρωτηθεὶς πόσον ἐστὶ χρόνον ἄνθρωπον καλὸν ζῆν ἔφη· ἕως ἂν ὑπολάβῃ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν κρεῖττον εἶναι.

adeo] uim habet temporalem (μέχρι οὗ), cf. Krebs 'Antibarbarus I p. 82 s. u. et quos ibi laudat.

109, 26 cum nollet suo iudicio quemquam perire] quae uerba ut ex dittographia orta delere uult Schwartz, equidem retinui dubitanter. Alexander enim cum ipse de responsis philosophorum iudicare nollet, iudicium eius rei ad eum detulit, quem solum ex decem Indis interrogatum non esse numero interrogatiuncularum indicatur (apud Plut. l. c. § 1 ἕνα δὲ τὸν πρεσβύτατον ἐκέλευσε κρίνειν).

109, 28 ne quid gratiae causa iudicaret] ad ea quae secuntur cf. Plut. l. c. § 5 οὕτω δὴ τραπόμενος πρὸς τὸν δικαστὴν ἐκέλευσεν ἀποφαίνεσθαι. τοῦ δ' ἕτερον ἑτέρου χεῖρον εἰρηκέναι φήσαντος „οὐκοῦν" ἔφη „σὺ πρῶτος ἀποθανῇ τοιαῦτα κρίνων". „οὐκ ἄν γε" εἶπεν „ὦ βασιλεῦ, εἰ μὴ σὺ ψεύδῃ φήσας πρῶτον ἀποκτενεῖν τὸν ἀποκρινάμενον κάκιστα".

et ille] estne scribendum 'at ille'? (Plut. l. c. τοῦ δ').

109, 29 alium alio deterrime] cf. § 29 'omnibus formosissima'.

109, 32 non est regium mentiri] Arr. praef. § 2 αὐτῷ [i. e. Πτολεμαίῳ] βασιλεῖ ὄντι αἰσχρότερον ἢ τῳ ἄλλῳ ψεύσασθαι ἦν. Talmud Babylon. ('Tamid' 32): ולא יאי למלכא כרב

109, 37 praeuidendum] an 'prouidendum'? sed cf. Cic. Verr. 5, 22.

110, 1 uestimenta . . . iussit] Plut. Alex. 65, 1 τούτους μὲν οὖν ἀφῆκε δωρησάμενος. Talmud l. c.: מיר אלביש יתחון לבישין דארגון

110, 2 in naues conscendere] cf. § 86 'naues conscenderunt'. § 10 'in ratis ascendere'. ceterum hoc loco desiderantur quae a Curtio 9, 5, 22 — 9, 8, 28. Diod. 17, 100 sqq. Iustin. 12, 9, 1 sqq. traduntur.

iussit . . . iussit] cf. § 10 et § 86.

110, 3 ⟨ad⟩ Atlanticum ac Rubrum mare] cf. § 63.

flumine Indo] Arr. 6, 14, 4.

110, 4 uenit ad insulam Patala quae appellatur] Arr. 6, 17, 2 ἀφίκετο δὲ αὐτῷ καὶ ὁ τῶν Παταλέων τῆς χώρας ἄρχων, ὃ δὴ τὸ Δέλτα ἔφην εἶναι τὸ πρὸς τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰνδοῦ ποιούμενον. Strab. 15, 1, 32 p. 700 (ὁ Ἰνδὸς) δυσὶ στόμασιν εἰς τὴν νοτίαν ἐκδίδωσι θάλατταν καὶ τὴν Παταληνὴν προσαγορευομένην ποιεῖ νῆσον. id. ib. § 33 p. 701: ἐν δὲ τῇ Παταληνῇ πόλις ἐστὶν ἀξιόλογος τὰ Πάταλα, ἀφ' ἧς καὶ ἡ νῆσος καλεῖται. apud Arrian. autem (5, 4, 1. 6, 18, 3. 6, 17, 5) et insulae et urbi nomen Πάταλα est. Diod. denique 17, 104, 1 exhibet Ταύαλα. fuit autem cum scriberem: 'uenit ad insulam Patalamque (cod.: quae) appellitur (cod.: appellatur) in oppidum' [cod.: 'ophiorum', corr. Reitzenstein] coll. Liu. 28, 42, 3 'Emporias in urbem sociorum classem adpulisti'. sed nunc hanc lectionem praeferendam esse duxi: 'uenit ad insulam Patala quae appellatur. oppidum' etc.

110, 5 †Bigandar] apud Ptolem. 7, 1, 61 Βινάγαρα et in Anonymi (Arriani, ut fertur) peripl. maris Erythr. 39 Μινναγάρ. cf. C. Muellerum ad h. l. in Geogr. Gr. min. uol. I p. 287. Konr. Mannert 'Geographie der Griechen u. Römer' uol. V pars 1 p. 105 et 107 edit. II.

110, 6 Mamalces] corruptum esse uidetur. 'in sinistra' sc. 'ripa'.

ab his commeatum et duces] Curt. 9, 8, 30 'ducibus deinde sumptis amnis peritis defluxit ad insulam medio ferme alueo enatam'. Arr. 6, 18, 5. ad 'duces' cf. ad § 34.

110, 7 propter latitudinem fluminis] Arr. l. c. ἧκον ἵναπερ ἀναχεῖται ἐς εὖρος ὁ ποταμός, ὡς καὶ διακοσίους ταύτῃ σταδίους ἐπέχειν ᾗπερ εὐρύτατος αὐτὸς αὑτοῦ ἦν.

110, 8 in insulam desertam] cf. Curt. l. c.

iussit requiri] Curt. 9, 9, 1 'ibi diutius subsistere coactus, quia duces socordius adseruati profugerant, misit, qui conquirerent alios'.
si] cf. ad § 47.
ubi neminem inueniunt] Curt. 9, 9, 1 'nec repertis'. 110, 9
deos conprecatus] cf. ad § 29.
iamque stadia CCCC decucurrerant] Curt. 9, 9, 3 'iam CCCC stadia processerant, cum gubernatores adgnoscere ipsos auram maris et haud procul uideri sibi Oceanum abesse indicant regi'. 110, 10
decucurrerant] auct. bell. Afr. 3, 5 'nullum portum, quo classes decurrerent'.
eius rei non inperiti] i. e. gubernatores. 110, 11
spe salutis iniecta laeti] estne scribendum 'elati'? cf. locum Curtii in adnotatione ad § 31 emendatum. ceterum paulo aliter Curt. 9, 9, 4 'laetus ille hortari nauticos coepit, incumberent remis: adesse finem laboris omnibus uotis expetitum'. 110, 12
regem] estne scribendum 'remigem' sensu collectiuo? cf. Muetzell. ad Curt. 4, 3, 18 p. 217. quaedam intercidisse putat Reitzenstein, uelut 'regem ⟨de ea re certiorem facere⟩ atque' e. q. s., cf. Curt. 9, 9, 3.
hortari] cf. § 47 'uersari'. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 47, 6 p. 381. Fabri ad Sall. Cat. 12, 5 p. 34. 110, 13
si quem locorum peritum] Curt. 9, 9, 5 'paucos tamen nauigio emisit in ripam, qui agrestes uagos exciperent, e quibus certiora nosci posse sperabat'. 110, 14
inuenire possent] suppleui coll. § 85 'si quem locorum possent non ignarum inuenire'.
diu cum quaesissent] Curt. 9, 9, 5 'illi scrutati omnia tuguria tandem latentes repperere'. 110, 15
ei interrogati] Curt. 9, 9, 6 'qui interrogati, quam procul abesset mare, responderunt nullum ipsos mare ne fama quidem accepisse: ceterum tertio die perueniri posse ad aquam amaram, quae corrumperet dulcem. intellectum est mare destinari ab ignaris naturae eius.' quo loco collato Reitzenstein coniecit: 'nauigandum esset ⟨ad mare, mare⟩ negauerunt' e. q. s., quae coniectura haud scio an uera sit. 110, 16
aquam commixtam] Curt. 9, 9, 7 'mixtum flumini mare'. ib. § 7 'dispares undas'. 110, 17
animis libentibus] Curt. 9, 9, 7 'ingenti alacritate'. 110, 19
post diem tertium] Curt. 9, 9, 7 'tertio iam die mixtum flumini subibat mare'. 110, 20
sitientes] conieci coll. Curt. 9, 9, 10 'identidem intumescens mare et in campos paulo ante siccos descendere superfusum'. 110, 21
citatim] cf. auct. bell. Afr. 80, 4 et Woelfflin. ad h. l. p. 123. 110, 22
supprimi] Curt. 9, 9, 9 'Oceanus exaestuans inuehi coepit et in retro flumen urgere; quod primo coercitum, deinde uehementius pulsum maiore impetu aduersum agebatur, quam torrentia praecipiti alueo incurrunt'.

Ea quae secuntur fere ad uerbum cum iis consentiunt, quae qui historiam fabulosam Alexandri conscripsit nomine Callisthenis usus narrat. ne igitur longus sim, iis tantum locis Pseudo-Callisthenis ut uocant uerba afferam, quibus haec epitome uitiis quibusdam inquinata est. id quoque lectores monitos uelim me de origine ac natura illarum fabularum, quae de Alexandro feruntur, uerba facturum non esse, cum hanc rem difficiliorem esse putem, quam ut paucis absolui possit. hoc tantum praefari liceat codicem A Pseudo-Callisthenis proxime ad epitomen accedere, sed longe ab hac superari. ceterum qui in has fabulas diligentius inquirere uolunt, mihi ad hos fere libros delegandi sunt:

Iul. Zacher 'Pseudo-Callisthenes, Forschungen zur Kritik und Geschichte der ältesten Aufzeichnung der Alexandersage' 1867.

Paul. Meyer 'Alexandre le Grand dans la littérature française' tom. II 1886.

Theod. Nöldeke 'Beiträge zur Geschichte des Alexanderromans' 1890 = 'Denkschr. der Akad. der Wiss. Wien. Philol.-histor. Kl.' vol. 38. V. Ryssel 'die syrische Übersetzung des Pseudo-Callisthenes' in 'Archiv f. d. Stud. d. neueren Spr.' uol. 90 (1893). Rich. Raabe 'Ἱστορία Ἀλεξάνδρου. Die armenische Übersetzung der sagenhaften Alexander-Biographie' 1896. 'Die uita Alexandri Magni des Archipresbyters Leo. Herausgegeben von Gust. Landgraf' 1885.

110,24 litterae ab Olympiade] ad ea quae secuntur cf. Ps.-Call. III 31 = cod. Leid. p. 788. Arm. p. 98 sq. Syr. p. 392. I. Valer. p. 163, 20 sqq. Leo p. 126, 11 sqq. initium enuntiati desideratur.

Alexandri] 'Alexandro' maluit Keil.

110,26 adfirmauerat ire] cf. Cic. ad Att. 4, 16, 12 = 4, 18, 4 edd. Bait. et Muell.: 'Cato tamen adfirmat se uiuo illum non triumphaturum', ubi cod. Mediceus exhibet 'triumphare'.

in Epirum] ad rem cf. ex. gr. Diod. 18, 49, 4. Paus. 1, 11, 3.

110,28 accersire] cf. § 64.

110,30 superbiorem] cf. § 96. cod. A Ps.-Callisthenis: καὶ γὰρ ἤκουεν καὶ διελογίζετο τὸν Ἀλέξανδρον ἐπιδεδωκέναι πολὺ πρὸς ὑπερηφανίαν.

110,31 sibi praemetuens] Caes. b. G. 7, 49, 1 'praemetuens suis'. cf. 'praetimere sibi' (Plaut.).

iniit consilium ut] Lactant. 4, 16, 17 ed. Brandt: 'inierunt consilium detestandum, ut priuarent eum uita'.

110,32 paratum] Cic. pro Cael. 24, 58 'ubi quaesitum est [sc. uenenum]? quem ad modum paratum?' cod. A: μεταπεμψάμενος οὖν τὸ τοξικὸν φάρμακον. 'paratum' hoc loco i. est q. 'emptum', cf. Fabri ad Sall. Iug. 31, 11 p. 235. ad rem cf. Paus. 8, 18, 6. Plut. Alex. 77, 2. Curt. 10, 10, 16 sq. Plin. nat. hist. 30, 149. Vitruv. 8, 3, 16. Frid. Iacobs. animaduersiones in epigr. anth. Gr.' vol. III p. 1 p. 378, Ruhkopf. et Koeler. ad Sen. nat. quaest. 3, 25, 1.

pyxidem] sub eo quod codex praebet latere uidetur. cf. cod. A: πυξίδα σιδηρᾶν. ceterum uenenum Stygis aquae διακόπτειν πάντα τὰ ἀγγεῖα πλὴν τῶν κερατίνων dicebatur teste Antigon. histor. mirab. 158 p. 38, 12 ed. Keller, cf. Vitruv. 8, 3, 16 'haec autem aqua Στυγὸς ὕδωρ nominatur, quam neque argenteum neque aeneum nec ferreum uas potest sustinere, sed dissilit et dissipatur; conseruare autem eam et continere nihil aliud potest nisi mulina ungula' (cf. Curt. 10, 10, 16 sq. Iustin. 12, 14, 7. Plut. Alex. 77, 2. praeterea Callim. ap. Stob. ecl. phys. I cap. 49, 51 p. 1016 [= p. 421, 4 sqq. ed. Wachsm.]. Ael. n. a. 10, 40. Paus. 8, 18, 6. Plin. n. h. 30, 149), quibus ex locis facile intellegitur epitomes auctorem parum accurate retulisse, cum uenenum in ungulam mulinam coniectum pyxide ferrea circumdatum fuisse constet etiam ex Ps.-Call.

110,33 clusit] cf. § 66.

Cassandro] ad rem cf. Plut. Alex. 74, 1.

111,1 [illo]] (ex dittographia nominis 'Iolla' ortum) deleui.

fratre minore] Arr. 7, 27, 2 Ἰόλλαν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κασάνδρου τὸν νεώτερον· εἶναι γὰρ οἰνοχόον βασιλικὸν τὸν Ἰόλλαν. Curt. 10, 10, 14. Iustin. 12, 14, 6.

111,3 interim Alexander] ad ea quae secuntur cf. praeter Pseudo-Callisthenem etiam quae Iustus Ieep 'Stellen des Curtius im Pseudo-Kallisthenes' ('Jahrbb. f. Phil.' uol. 71 p. 125 sqq.) e codice quodam Guelferbytano protulit (p. 128 sq.).

in meridiano tempore] cf. § 16 'in nocte'.

ita ut tota figura simillima uideretur] cod. A: ὥcτε εἶναι ὅλον τὸν τύπον τῇ γραφομένῃ Cκύλλῃ παραπλήcιον. uers. Arm. p. 97 καὶ ἦν ἂν ὅλωc ὁ τύποc τῆc μορφῆc ὅμοιοc τῇ Cκύλλῃ etc. Iul. Val. p. 162, 3 sqq. 'prorsus qualem Scyllam homines fabulantur'. frg. Guelferbyt. p. 128 'qualem Scyllam ferunt fabulae poetarum'. 111, 9

cubicularios] ex 'cubiculares' correxi coll. Charis. p. 76, 21 'cubicularius est custos cubiculi'. 111, 11

eum conuentum facere] cf. 'alqm missum facere' et similia. 111, 12

foras exire] § 43 'porta foras exierunt' cf. § 91. 93. 95. hoc loco intercidisse uidetur 'eos qui aderant' (Ps.-Call. πάνταc τοὺc παρόνταc — Arm. p. 97 τοὺc παρόνταc — Syr. p. 391 'befiehl, dafs alle Leute, die vor dir stehen, hinausgehen' — Iul. Val. p. 162, 16 'facessere uniuersos e praesenti' — Leo p. 125, 15 'iube exire omnes'), cf. § 100 'cunctos e cubiculo exire iussit'. 111, 13

simul et] cf. Fabri ad Sall. Iug. 20, 1 p. 214. 111, 15

magos Chaldaeosque] οὐc ἐξ ἔθουc ἐπήγετο πρὸc τὰ τοιαῦτα, Plut. Alex. 57, 3.

ante ceteros] cf. Reisig vol. III p. 178 not. 402 d. 111, 16

antecedebat] absolute usurpatum, cf. Krebs 'Antibarbarus' I p. 160 s. v. cf. § 51 'ipse solus adequitans longe antecessit' (§ 52 'suos antecessit'). 111, 17

familiarissimus regis] § 6 'familiarissimus Beso'.

fuit] ut ex dittographia ortum delendum est. 111, 18

uenerunt] cf. § 39 'regnauit'.

interminatus] cf. ex. gr. Iul. Val. 3, 26 p. 134, 4 'interminatus necem'. 111, 19

ut ... item] cf. Madvig ad Cic. de finib. 3 § 48 p. 424. ad 'ut ... esse, item eum esse' cf. Liv. 33, 45, 7 'ut feras quasdam nulla mitescere arte, sic inmitem et implacabilem eius uiri animum esse'. 111, 21

nationes ... gentium] cf. Krebs 'Antibarbarus II p. 113. Herzog. ad Caes. b. g. 6, 10, 1 p. 313 ed. I. 111, 22

esse omnium gentium] fortasse haec uerba sic transponenda sunt, ut scribamus 'omnium gentium esse'.

sub suam dominationem] cf. ex. gr. Sall. Iug. 112, 3 'cum talem uirum in potestatem habuisset'. 111, 23

quem supra scripsimus] nomen Philippi intercidisse uidetur. ceterum cf. Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 28, 9 p. 326. 111, 24

simul et] cf. § 92. 111, 25

dilaniauit] i. q. 'discidit'. 111, 26

⟨in⟩ extremo uitae fine] cf. § 105 'in extremo uitae fine'. 111, 27

animo aduertit] cf. Verg. aen. 2, 712 'animis aduertite uestris'. Plin. n. h. 25, 5. Cort. ad Sall. Iug. 69, 1 p. 724. 111, 28

cohortatur] Fabri-Heerwagen ad Liv. 22, 15, 9 p. 283. cf. § 39. 42. 47. 111, 29

quae uiderentur] Ps.-Call.: κελεύει αὐτὸν θαῤῥοῦντα λέγειν τὰ ἐκ τοῦ cημείου θεωρούμενα. 111, 31

ait] Fabri-Heerwagen ad Liv. 21, 54, 1 p. 191.

o rex] cf. cod. A: οὐκέτι cὺ ἐν τοῖc [cod.: cυνετοί, corr. Kroll] ζῶcι καταρίθμητοc (cod. -τοι) εἶ, ἀλλὰ τὸ cῶμά cου λέλυται τῇ ἀνθρωπίνῃ φύcει. Iul. Valer. p. 162, 25 'non enim iam bonis neque inter uiuos homines ultra nominabere'.

in uiuorum numero adnumeres] cf. ex. gr. Cic. pro Roscio Am. 32, 89. Ovid. trist. 5, 4, 20.

111,32 ex humanitate] i. q. 'ex hominibus' uel 'ex genere humano', cf. Krebs 'Antibarbarus' I p. 606 s. u.

111,35 bestiarum simulacra] Ps.-Call.: τῶν θηρίων αἱ μορφαί.

gentes sunt ferae ac barbarae] cf. Iul. Valer. p. 163, 3 'quicumque tibi subditi sunt et subiecti', Syr. p. 392; 'die Tierkörper sind alle Völker', Arm. p. 98 τὰ στρατεύματα τὰ περὶ cὲ ὄντα, frgm. Guelf. 'hi sunt principes tibi subiecti' (discrepant Ps.-Call. οἱ περὶ cὲ ὄντες et L[illegible] p. 126, 5 'homines sunt qui poste ueniunt'). ceterum apparet epitomes auctorem duas huius portenti interpretationes confudisse. nam bestiarum simulacris modo gentes ferae ac barbarae, quibus Alexander imperabat, significari dicuntur, modo familiares regis, qui ei insidiabantur.

112,1 sunt inimici] sc. 'tui' uel 'tibi'; Ps.-Call.: οὕτως καὶ οἱ περὶ cὲ ὄντες διάκεινται πρὸς cέ. Arm.: οὕτω καὶ οἱ περὶ cὲ ὄντες οὐ φιλοῦcί cε. fortasse autem praeterea etiam inter se eos inimicos fore dixerat, cf. Iul. Val. p. 163, 7 sqq.: 'hi quoque ipsi dissidebunt neque congruent', frgm. Guelf. 'sic quoque post mortem tuam hi inter se discordes erunt'.

112,2 commutabuntur] Arm.: πολλαὶ δὲ cυγχύcειc ἔcονται ἐπὶ τῆc γῆc cοῦ τελευτήcαντοc κτλ. Iul. Val. p. 163, 10 sq.

112,4 ait] cf. § 94.

112,5 accipe me ut tertium mortalem] Syr. p. 392 'befiehl, dafs man mich als den dritten Sterblichen aufnimmt'; Leo p. 126, 10 'recipe me tertium mortalem'. (cod. A: δέχου κἀμὲ τοιοῦτον ὄντα θνητόν — Arm. δέχου κἀμὲ τοιοῦτον θνητόν).

112,6 his ut uidetur] cf. cod. A p. 144 not. 20 Muell. Arm. p. 98. Syr. p. 392. 'his' i. est q. 'his uerbis'.

Liberum patrem ... Herculem] e mortalibus immortales facti uiri hi uulgo afferuntur: Hercules, Liber, Castor et Pollux, Quirinus, cf. Hor. carm. 3, 3, 9 sqq. et (omisso Quirino) 4, 8, 29 sqq. Sil. Ital. 15, 78 sqq. Cic. tusc. disp. 1, 12, 28.

112,8 deorum mensis] cod. A: ἑαυτὸν ἔκρινεν ... ἄξιον θεοῖc cυνέcτιον γενέcθαι. Arm. p. 98 ἑαυτὸν ἔκρινεν ... ἄξιον τοῖc θεοῖc cύνδειπνον γίγνεcθαι. Iul. Val. p. 163, 19 'quod diuinis honoribus haud procul foret'. Pind. ol. 1, 59 sqq. Verg. buc. 4, 63. aen. 1, 79. Hor. carm. 4, 8, 30.

* „ 49 (S. 204): Torso aus Poros. Akropolis-Mus. Athen. (Revu archéol. 1891, Taf. 12.)
Titelbild: Böotische Sitzfigur in der Terracotta-Sammlung des ar chäol. Instit. Heidelberg.
Schlufsbild (S. 206): Bruchstück eines kyprischen Thonkopfes in der Altertumsammlung Karlsruhe (B 2448).

Bei der Beschaffung der Abbildungen wurde ich von verschiedenen Seiten in zuvorkommendster Weise unterstützt. Vor allem stellte mir Herr Dr. R. Zahn (Athen) seine reiche Sammlung an photographischen und zeichnerischen Aufnahmen in liebenswürdigster Weise zur Verfügung. Auskunft erteilten mir die Herren Prof. Studniczka (Leipzig), Prof. Schumacher (Karlsruhe), Dr. Pernice (Berlin), Dr. Sieveking (München), die Erlaubnis zu Veröffentlichungen die Generalverwaltung der kgl. Museen in Berlin (Fig. 13, 40, 46), das deutsche archäol. Institut in Athen (Fig. 1, 37, 41, 43), die Herren Prof. Studniczka (Fig. 18, 35, 36), Prof. Furtwängler (München) (Fig. 2, 39, 44), Prof. v. Duhn (Heidelberg) (Titelbild), Geh. Rat Wagner (Karlsruhe) (Schlufsbild).


Allen diesen Förderern meiner Arbeit sage ich für das liebenswürdige Entgegenkommen den verbindlichsten Dank.


9.
15.




19.
20.
23.
26.
25.
24.
27.
28. — 33.




39.
40.
42.
43.
49.



DE POETIS SCAENICIS GRAECIS HYMNORUM SACRORUM IMITATORIBUS

SCRIPSIT

FRIDERICUS ADAMI
PHIL. DR.



Ut dei pie sancteque colerentur, ne quid neglegeretur diuini iuris aut uiolaretur, ut sollemniter peragerentur ritus et publici et priuati, haec omnibus temporibus hominibus antiquis et Romanis et Graecis summa cura fuit. inter ea autem quae diligenter paranda riteque erant adhibenda carmina quibus deorum laudes celebrabantur, hymni sacri, non infimum obtinebant locum. neque desunt huius moris documenta, immo non pauca exstant ita ut fere nullius aetatis non tradantur hymni siue chartis mandati siue lapidibus insculpti.

Nihil tamen ex quinti a. Chr. n. saeculi carminibus sacris relictum est, quibus temporibus cum alia tum illud carminum genus quo deorum laudes efferuntur maxime floruisse certum manifestumque est. nisi fragmenta pauca et exigua illius carminis quod in Aesculapii honores Sophocles confecit, nisi nomina poetarum eaque non ita pauca nihil accepimus ita ut hanc carminum speciem quaerentibus fere omnis sublata esse uideatur occasio recte ut illa tempora inquirantur deque iis sententia proferatur satis firmata. itane uero? quid? quod illa carmina non ipsa quidem exstare, eorum tamen imaginem quasi repercussam recipi posse et retegi reconditam canticis quibusdam poetarum tragicorum et comicorum illius aetatis iam saepius a uiris doctis intellectum monitumque est? inde nuper receptae sunt caeremoniae quaedam initiandi ritusque quibus sectae illae Orphicae utebantur Aristophanis nubb. uersibus 250 sqq. accurate dilucideque a Dieterichio explicatis.[1]) inde etiam uestigia hymnorum sacrorum detegenda esse cum alii tum ille illo loco quin iterum moneret non praetermisit.

Itaque hac quam prolaturus sum disputatiuncula quae mihi inquirenda proposuerim paucis ut exponam, priore quidem in capitulo in iis qui exstant hymnis omnibus et integris et quorum reliquiae tantum traduntur opera et studium ponentur ut quaecumque carminum sacrorum sermonis et usus propria uidentur in uerbis eligendis disponendis exprimendis nec non formulae sollemnes et legitimae quam diligentissime colligantur certoque ordine disponantur.

His autem rebus satis constitutis iam uidemus quibus legibus et rationibus illa conscribi atque conformari soleant; altero uero in capi-

---

1) in mus. Rhen. uol. XLVIII p. 375 sqq.

tulo ad ea progrediemur inquirenda carmina quibus illos quos eruimus hymnorum sermonis usus ac consuetudines imitando reddantur. nec uero tanta nunc molimur ut de omnibus agamus canticis in quibus hymnorum sacrorum uestigia certa manifestaque occurrunt, sed in iis solum elaborabimus in quibus componendis hymnos in Dionysum sollemniter cantatos exemplar fuisse apparebit.

Quae si exsecuti sumus, ultimo in capitulo nonnulla spero colligi posse atque comprehendi quae hymnorum sacrorum quales quinto saeculo in Dionysum recitabantur propria habenda sunt ac quasi fundamenta subiciuntur illorum tamquam imaginis satis clare et perspicue depingendae.[1])

Sed opus esse uidetur priusquam rem ipsam aggrediamur, pluribus disserere de fontibus in quibus exhauriendis id quod dixi consilium secuti in priore capitulo uersabimur.

Atque princeps inter eos locus quin hymnis Ὀρφέως qui inscribuntur tribuendus esset dubium esse non poterat. horum enim de origine atque indole longe in aliam sententiam uiri docti perducti sunt atque in quam Lobeckius primus fere qui in iis accuratius explicandis operam consumpsit in libro illo Aglaophamus qui inscribitur praeclarissimo iudicauit.[2]) Petersenius[3]) enim et Schoellius[4]) postquam in illis quaestionibus pertractandis uersati sunt, ueri simillimum esse putabant hanc quam habemus precationum collectionem in usu habitam fuisse religioso a sodalibus quibusdam Orphicis. quam opinionem Dieterichius[5]) non comprobauit solum sed etiam nouis certisque argumentis allatis confirmauit demonstrando hymnos illos certo quodam ordine dispositos esse atque ita a certi thiasi Bacchici Orphici sodalibus adhibitos in Aegypto prope Alexandriam.[6]) de tempore uero ita diiudicandum esse uidetur ut eos hanc in for-

1) qua in re metrorum nullam habitam esse rationem ne quis aegre ferat: fieri posse ut his satis accurate et perspicue adhibitis rationes inter carmina antiquiora et recentiora intercedentes augerentur atque illustrarentur, multum aberat ut neglegerem. tamen nunc ea non respexi et difficultatibus retentus maioribus quam ut eas adiret etiam magis uersatus siquis in talibus quaestionibus est, et quod hac quoque sola uia qua ingredi uiribus par esse mihi uidebatur, ad certum quendam finem atque iudicium firmum perueniri posse sperabam.

2) cuius uerba haec sunt p. 395: ... *haec mihi sententia est, has precationum formulas quicumque composuerit nulli certo aut sacrorum aut hominum generi destinasse sed omnibus, qui deorum aliquem propitiaturi essent, quasi uerbis praeire voluisse, non quo crederet, quenquam his usurum sed animi causa et ut ostenderet, quid Orpheus, si voluisset optimam precandi rationem tradere, praecepturus fuisset.*

3) in Philolog. uol. XXVII (1879) p. 385 sqq.

4) *De commun. et coll. quib. Graec.* [*sat. philol. H. Sauppio oblata* Berol. 1879] p. 14 sqq.

5) *De hymnis Orphicis* 1891 p. 1—25.

6) a qua sententia dissentiri Stengelium *Griechische Cultusaltertümer* 1898 p. 74 adnot. 15 idque nullis argumentis allatis non ignoro.

mam quam tenemus redactos esse uel collectos tertio fere saeculo p. Chr. n.[1]) putemus, singula tamen carmina eorumque primordia inde a saeculo fere secundo usque ad primum a. Chr. n. orta esse cum Dieterichio l. l. p. 25 ponamus. quin etiam antiquissimorum temporum sententias legitimas atque formulas rituales sollemnesque illis hymnis summa cum constantia conseruatas esse compluribus locis Dieterichius certum effecit.[2]) itaque in his perquirendis uel maxime mihi erit opera nauanda, inde potissimum petendae quas quaero formulae legitimae linguaeque sacrae propria.

Deinde non minoris momenti se offerunt hymni Delphis nuper reperti in Dionysum et Apollinem. qui per se ipsi et inscriptionibus una cum iis inuentis quin in usum religiosum confecti sint ita ut diebus illis festis Delphicis sollemniter canerentur a deorum cultoribus nulla in dubitatione uersantur. publici iuris eos fecit Henricus Weil[3]) primosque in *Bull.* uol. XVII ab eo editos iterum recensuit Crusius[4]) eorumque de numeris sermone tempore atque origine summa cum cura atque diligentia disputauit. ac sane in singulis rebus exponendis narrandisque non uerba modo singularia sed etiam totae locutiones antiquiorum poetarum adhibitae sunt inprimis tragicorum.[5]) quorum quidem operibus illa poetici usus sermonisque propria facta erant. tamen de legibus quibus confici atque instrui deque rebus et sententiis quibus in referendis carmina sacra uersari solita sunt uel optime edocemur his hymnis Delphicis rite confectis riteque adhibitis.

Eiusdem autem generis sunt Isylli carmen in Aesculapium Epidauri repertum[6]) et reliquiae hymnorum in eundem deum et Athenis et in Aegypto inuentae quibus quoniam in eandem fere omnes compositos fuisse speciem atque formam apparet[7]), summa cum perse-

---

1) cf. Rohdeum *Psyche*² II p. 399 adnot. 1.

2) cf. inprimis l. l. p. 10 sq.

3) *Bullet. de corresp. hellén.* uol. XVII p. 561 sqq. uol. XVIII p. 345 sqq. uol. XIX p. 393 sqq.

4) *Die delphischen Hymnen* 1894 (in Philol. uol. LIII suppl.) quam quidem laudabimus editionem.

5) cf. quae Crusius l. l. p. 25 de Aeschyli Eumenidum uu. 1 sqq. ab Aristonoo primi illius hymni auctore expressis composuit. cf. etiam Deubnerum *De incubatione* p. 55. iis tamen quae hic in capite III *De carmine Delphico Euripideo* p. 53 sq. composuit de Iphig. Taur. uersibus 1234 sqq. et de hymnis illis Delphicis inter se congruentibus nescio an magis Euripidem communem illorum fontem illustrasse uideatur quam formulas illas dicendi quibus congruunt legitimas et priorum quoque temporum uel omnium demonstrasse. quod quidem fieri posse mihi quoque persuasum est, sed non Delphici solum uerum etiam ceteri qui exstant hymni et Orphici et alii adhibendi erunt.

6) in hoc pertractando Wilamowitzius operam nauauit *Philol. Unters.* IX.

7) cf. Ziebarthium *De nouo paeane in honorem Aesculapii facto* [*in comment. philolog. Monacens.* 1891 p. 1 sqq.]

uerentia formulas legitimas sermonisque sollemnis proprietates conseruatas esse conicere licet.

In his igitur hymnis sacris diligenter inuestigandis primum ac praecipue elaborabimus. sed quas inde carminum sacrorum notas collegimus certas atque claras, eae aliis quibusdam adiuuantur et augentur ex aliorum hymnis qui traduntur petitis. neque enim Callimachi Alexandrini neque Homerici qui dicuntur hymni nihil contribuere existimandi sunt ad illas quas quaerimus notas cognoscendas atque illustrandas. nam etsi facile conceditur poetam illum Alexandrinum in carminibus quae sunt in Iouem Apollinem Dianam Delum insulam Cererem Mineruam conformandis non parum suo indulsisse ingenio, tamen quoniam hymnos componendos sibi proposuerat — neque dubitari potest quin in usum certum religiosum conscripserit —, carmina rite adhibita adeo certe ei exprimenda erant ut eorum proprietates formulasque legitimas et rituales quam accuratissime retineret et redderet. quodsi igitur nonnulla inueniuntur quae cum iis quae explanaturi sumus linguae sacrae propriis consentiunt, ne haec quidem neglegenda putaui, sed hos quoque locos cum ceteris coniunxi non tam ut demonstrarent quam ut confirmarent et illustrarent. simili autem modo hymni quoque Homerici aduocandi sunt. nam ipsa ratione atque aetate licet alium longe alia prooemia potius quam hymnos illos habendos esse constat. tamen eorum quoque auctores non paucis in rebus carminum sacrorum uestigia instituerunt eorumque proprietatibus notisque legitimis carmina sua accomodauerunt. sed etiam poetarum lyricorum carmina quaedam quibus in componendis cum hymnos rite cantatos exemplar fuisse in aperto sit, hic illic comparata non nihil praebent utilitatis. nec uero posteriorum temporum hymnos qui exstant Mesomedis Procli Neoplatonici neglexi neque orationes quasdam Aristidis rhetoris aliorumque neque ceteros cuiuscumque traduntur hymnos Graecos et Latinos. namque etsi de multis eorum num in usum religiosum conditi sint suo iure dubitatur, omnibus tamen formam formulasque hymnorum rite adhibitorum imitando expressas esse nemo fere non uidet.[1]) neque omittendos putaui locos quoscumque apud alios auctores et poetas et soluta oratione qui utebantur ad consuetudinem quandam linguae sacrae spectare aut formulas legitimas exhibere ueri simile erat.

Sed est etiam aliud quoddam fontium genus quod etsi ultimo loco commemoratur, non tamen ultimum habetur. posterioribus enim litterarum Graecarum temporibus cum eloquentiae studium longe plurimi aestimaretur, cum diebus festis summa pompa institutis non iam poetarum carminibus deorum laudes celebrarentur, sed oratores suo induti ornatu et habitu declamationibus numeris et coloribus poeticis

---

1) ita de Aelii Aristidis orationum natura atque indole quam optime conferuntur quae ipse dicit orat. XLIII in Iouem (ed. Keil uol. II) 2: . . ὑπισχνούμενος ὕμνον ἐρεῖν Διός, καὶ τοῦτο ἄνευ μέτρου.

instructis deos sancte colerent, inter cetera disciplinarum rhetoricarum arma et subsidia illa quoque docenda erant quibus eos instrui opus erat quorum causa de deis ornate laudandis agebatur. cuius generis praecepta quae cum aliorum tum Menandri saeculi tertii uel quarti p. Chr. n.[1]) memoriae traduntur quoniam magna pars ex hymnis sacris illorum et priorum temporum deducta atque petita est, nonnullis locis perbene afferuntur, ut ea quae ipsi statuimus ueterum adnotationibus comprobentur confirmentur illustrentur.

Iam uero ne longius hac praefandi occasione abuti uideamur, accedamus ad res ipsas.

Caput I.

Ac primum quidem de carminum sacrorum exordiis uideamus, quomodo orationem ad deum cuius laudes celebrandae sunt traducere atque conuertere soleant. cuius rei efficiendae duplicem esse statuimus formam. aut a musis petitur siue ut ipsae deum canant siue ut poetam cantaturum adiuuent, aut ipse ille deus in quem carmen dicitur ut benigne uel audiat uel appropinquet siue nomine appellatur siue formulis aduocatur inuocandi legitimis.

Musae appellantur. ἴτ' ἐπὶ[2]) τηλέςκοπον ταᾶν[δ]ε Πα[ρναςςιᾶν ὀφρύων] δικόρυφον κλειειτύν, ὕμνων κ[ατάρ]χ[ετε δ' ἐμῶν], Πιερίδες ... μέλπετε δὲ Πύθιον[χρυ]ςεοχαίταν .... hymn. Delph. Bull. XVIII u. 2 sqq. ἴτ' ἐπὶ τηλέςκοπον ταάν[δε Παρναςςίαν δικόρυφον ... ὦ φίλαι Πιερίδες ... μέλπετε δὲ Πύθιον ἄ[νακτα ... h. Delph. Cr(usius) p. 71 u. 1 sq. Ἑλ]ικωνίδ[ες Ἀπόλλωνα] τὸν εὐλύραν [ὅς ... deest μέλπετε uel tale quid. h. Delph. Cr. p. 83 fr. 8. in hymnis Homericis plerumque ita fit exordium: h. Hom. III u. 1. Ἑρμῆν ὕμνει, Μοῦςα. IX 1 Ἄρτεμιν ὕμνει, Μοῦςα. XIV 1 sq. Μητέρα μοι πάντων τε θεῶν ... ὕμνει, Μοῦςα λίγεια. XVII 1 Κάςτορα καὶ Πολυδεύκε' ἀείςεο, Μοῦςα λίγεια. XXXI 1 Ἥλιον ὑμνεῖν αὖτε Διὸς τέκος ἄρχεο Μοῦςα. XXXII 1 Μήνην.. ἔςπετε Μοῦςαι. XXXIII 1 Ἀμφὶ Διὸς κούρους.. ἔςπετε Μοῦςαι. ita apud Hesiodum legitur Op. u. 2 δεῦτε Δί' ἐννέπετε, ςφέτερον πατέρ' ὑμνείουςαι. apud Alcman. fr. 1 in Iouem Lycaeum: μῶς' ἄγε, μῶςα λίγεια πολυμμελὲς αἰὲν ἄειδε, μέλος νεοχμὸν ἄρχε. eandem formam sequitur Plato Phaidr. p. 237 A: ἄγετε δή, ὦ Μοῦςαι ... ξύμ μοι λά-

---

1) de scriptis Menandri nomine traditis Bursianus *Abhandlg. d. bair. Acad. d. Wiss.* uol. XVI (1881) part. III p. 1 sqq. egit. priorem eorum partem quarti esse saeculi p. Chr. n. censet, alteram, cuius orationem XVI quae est in Apollinem Smyntheum saepius adibimus saeculo tertio adscripsit.

2) ετ' ἐπὶ Weilius.

βεcθε τοῦ μύθου· eadem usus consuetudine Mesomedes ceteris hymnum praemisit εἰc Μοῦcαν: ἄειδε Μοῦcα μοὶ φίλη· μολπῆc δ' ἐμῆc κατάρχου.. non musas solum sed etiam alios deos simili modo inuocat Iulianus orat. IV εἰc τὸν βαcιλέα ἥλιον p. 132 A sqq.: ἀλλ' ἔμοιγε τούτου παραcταίη βοηθὸc ὅ τε λόγιοc Ἑρμῆc ξὺν ταῖc Μούcαιc.. ὅτε Μουcηγέτηc Ἀπόλλων....

Ad ipsum deum uerba mittuntur.

Atque inuocandi quidem uerba haec adhibentur: ἀείδειν: h. Orph. III u. 1[1]) Νύκτα ἀείcομαι. h. Hom. VI u. 1 Ἀφροδίτην ᾄcομαι. h. Hom. X u. 1 Κυπρογενῆ.. ἀείcομαι. XII u. 1 Ἥρην ἀείδω. XVIII u. 1 Ἑρμῆν ἀείδω. XXIII u. 1 Ζῆνα.. ἀείcομαι. XXVII u. 1 Ἄρτεμιν.. ἀείδω XXX u. 1 Γαῖαν.. ἀείcομαι al. Terpand. fr. 2. .. ἀειδέτω φρήν. Alcm. fr. 2 ἀείcομαι. fr. 59. cf. Horat. Od. I 10 u. 5 *Te canam.*[2]) hymn. Isylli apud Wilam(owitzium *Phil. Unters. IX*) p. 13 u. 1 Ἰεπαιᾶνα θεὸν ἀείcατε λαοί. hymnorum in eundem deum Aesculapium apud Ziebarth(ium *comment. phil. Monacens.* p. 1 et p. 7) u. 1 Παιᾶνα κλυτόμητιν ἀείcατε κοῦροι. his locis quod λαοὶ ipsi uel κοῦροι ut deum canant admonentur, comparentur quae in scholio ad Arist. Ran. u. 479 leguntur: ἐν τοῖc Ληναϊκοῖc ἀγῶcι τοῦ Διονύcου ὁ δᾳδοῦχοc κατέχων λαμπάδα λέγει· καλεῖτε θεόν. καὶ οἱ ὑπακούοντεc βοῶcι· Σεμελήϊ Ἴακχε πλουτοδότα. cf. et Catull. carm. XXXIIII u. 4 *Dianam.. canamus.* καλεῖν: καλῶ h. Orph. VI u. 1. XI 1. XXII 1. XXXIII 1. XLII 1. XLIV 11. L 10. LIII 1. LXIV 1. LXXI 1. LXXIV 1. LXXVII 1. LXXIX 1. LXXXIII 1. Sapphus carm I[3]) u. 16 κάλημι. Himer. orat XIV qua Alcaei

1) quem hymnum Lobeckius Aglaophami p. 405 adnot. p. spurium habuit, *nam exordium* ἀείcομαι *cantori convenit, non precatori neque usurpatur in aliis.* quam sententiam aliis adiectis argumentis comprobare frustra studuit Kernius Hermae uol. XXIV p. 498. neque in uocabulo illo offendimus ceteris perspectis locis et quam optime conuenit hymnus ille qui est in Noctem theogoniae Orphicae quam in hymnorum libro subesse Dieterichius *de hym. Orph.* p. 16 sqq. exposuit.

2) cf. Porphyrionis adnotationem: *hymnus in Mercurium ab Alcaeo lyrico poeta.*

3) hoc praeclaro carmine quam uere poetris carminum sacrorum idque magicorum reddiderit imaginem et sonum, ut ex totius carminis tenore ita luculentissime apparet ex formula quadam legitima quae inest uersibus 21 sqq. καὶ γὰρ αἰ φεύγει ταχέωc διώξει

. . . .

αἰ δὲ μὴ φίλει ταχέωc φιλήcει

animaduertendum enim ταχέωc aduerbium eodem uersus loco bis repetitum, quam formulam obsecrandi legitimam in carminibus quae defixionibus illis plumbeis inscripta sunt, frequentissime occurrere notum est. cf. tabellae a Ricardo Wuensch *C. J. A. append.* praef. p. 17 editae (= *Collections du Musée Alaoni* I (1890) p. 101 sq.) u. 23 ἤδη ταχύ. u. 47 ἤδη ἤδη ταχὺ ταχύ. ibid. *C. J. L.* VIII suppl. n. 12511 u. 31 ἤδη ἤδη ταχὺ ταχύ. praef. p. 25, *C. J. L.* VIII suppl. n. 12505 u. 4 sq. *ut eam celerius abducas.* praef. p. 27. 28, De Rossi: *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 6 u. 20 *tacs. tacs.* alias. cf. praeterea Dieterichium *Papyr. mag. mus. Lugdun. Bat.* (in *Jahrb. f. kl. Phil.* suppl. XVI) p. 768 adnot. 6. Wesselyum *Neue*

hymnum in Apollinem descripsit, 10: Δελφοὶ ἐκάλουν τὸν θεόν. ἀγκαλέω h. Orph. XVIII u. 19. ἐκπροκαλοῦμαι h. Orph. VII u. 1. de uerbo ipso eiusque compositis cf. Wenigerum *Das Kollegium der sechzehn Frauen und der Dionysosdienst in Elis* 1883 p. 5 sq. κικλήσκειν: κικλήσκω h. Orph. XX 1, XXIV 9, XXV 1, XXX 1, XXXIX 1, XLIV 1, XLVI 1, XLVII 1, XLIX 1, LII 1, LVIII 1, LXX 11, LXXIII 1, LXXV 3, LXXXVI 1. κλῄζω h. Orph. I 1, LXI 1, LXVI 10. h. Delph. Cr. p. 33 u. 12. Castorion. fr. 2. Phrynich. fr. 1. cf. Lamprocl. fr. 1. κελαδήσομαι: h. Delph. Cr. p. 33 u. 4. Terpand. fr. 5 u. 2 μέλπω h. Orph. LXII 1. Lasi fr. 1. Macedon fr. 1. cf. Mesomed. h. I u. 2. μολπῆς δ' ἐμῆς κατάρχου. ὑμνεῖν: ὑμνέομεν Callimach. h. III u. 2. ὑμνῶ Procl. h. II u. 1, III u. 1 (bis), V u. 1.

Inuocandi formulae hae fere sunt:

κλῦθι h. Orph. II 1, III 3, VIII 1, IX 1, XVII 1, XXVIII 1, XXXIV 10. XXXVI 1, XLVIII 1, XLIX 4, L 1, LIV 1, LVI 1. LIX 2, LX 1. LXX 1, LXXVII, al. κέκλυθ' h. Delph. Cr. p. 34, 2. κλῦθι Archil. fr. 72, 1. Theogn. u. 1, 4, 13. Cratyl. fr. I 3. Melanipp. fr. VI 1. Hesiod Op. u. 9. haec usitatissima est formula apud Homerum. Il. I 37 = 451. V 115. X 284. Od. II 262, III 15, IV 762. al. Pind. Ol. XIV u. 6. Procl. h. I 1, 2. IV 1. VII 1. ἐλθέ: h. Orph. VII 12. IX 11. XI 4. XII 4. XIV 12. XXIV 1. XL 18. XLIII 10. LXXX 2. al. Sapphus carm. I 5, 25. Mulierum Elearum hymni in Dionysum cantati (P. L. G. Bgk[4] c. pop. 3) u. 1 ἐλθεῖν. cf. Himerii orat. XIV 10 uerba: (οἱ Δελφοὶ ἐκάλουν) τὸν θεὸν ἐξ Ὑπερβορέων ἐλθεῖν. Anacreon. II u. 7. ἔρχεο h. Orph. XXVII 11. συνέρχου h. Orph. LVIII 9. βαῖνε h. Orph. XI 21. XXXV 7. LIII 9. h. Delph. Bull. XIX 23. ἱκοῦ h. Delph. Bull. XIX 3. μόλε h. Orph. XXV 10. XXVII 2. LXII 10. LXVII 3. LXXIV 8. δεῦρο h. Orph. LIV 7. LXXII 1. h. Delph. Bull. XIX 1. δεῦτε Sapph. fr. 60. 65 84: δεῦρο δηῦτε. ὧδε h. Delph. Cr. p. 71 1.

His fere inuocandi formulis praemissis ipsum dei nomen si dicitur, haec animaduertenda est linguae sacrae consuetudo, quod congerendo epitheta atque quam plurima adserendo nomini cognomina proprius carmini datur sonus atque tenor. quem morem hymnis inprimis Orphicis reddi speciosissimeque conseruari notum est. haec uel maxima fuit inter causas Lobeckio Aglaophami p. 400 sq. illorum tenoris grauiter reprehendendi. sunt autem tota carmina quibus nihil continetur nisi epitheta congesta precationis formulis adiectis uelut h. I, IV, V, VIII, IX, X, XXX, XXXI al.

Atque ex hymnis Orphicis quidem longum est afferre quae sane uno obtutu obseruantur. sed ex iis quae Macrobius sat. I 18, 12

---

griechische Zauberpapyri (in *Denkschr. d. kaiserl. Akad. d. Wiss.* Wien 1893) indic. p. 94 s. u. ταχύ. habes igitur uetustissimum huius dicendi usus exemplum in illo carmine puellae amore inflammatae.

(= fr. Orph. 167 Abel) memoriae tradit huc conferre iuuat uersus 3—5: ὅν (sc. Solem) δὴ νῦν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον
Εὐβουλῆα τ' ἄνακτα καὶ Ἀνταύγην ἀρίδηλον·
ἄλλοι δ' ἄλλο καλοῦσι ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.

sed etiam in hymnis Delphicis idem deprehenditur tenor: κλυτὰ μεγαλόπολις Ἀθθίς Cr. p. 34, 10. Πύθιον ἄ[νακτα χρυσάορον Φοῖβον ib. p. 71, 5. Πύθιον χρυσεοχαίταν ἕκατον εὐλύραν Φοῖβον h. Delph. Bull. XVIII 5. ἄνα Δ]ιθύραμβε βάκχ' ε[ὔιε θυρσῆ]ρες βραῖτα (?) βρόμιε h. Delph. Bull. XIX 1 sqq. neque apud Homerum quidem sola deorum nomina uocantur, uero adduntur ἄνα Il. XVI 333 πάτερ Il. III 365. VII 179 al. πότνια Il. VI 305. plura deis tribuuntur epitheta Il. II 412: Ζεῦ κύδιστε μέγιστε κελαινεφές. VI 305: πότνια Ἀθήναια ῥυσίπτολι δῖα θεάων. VII 302: Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων κύδιστε μέγιστε. al. conferantur Arionis qui traduntur[1]) uersus illi in Neptunum: ὕψιστε θεῶν πόντιε χρυσοτρίαινα Πόσειδον. Alcaei fr. 9 u. 1 sq. Ὤνασσ' Ἀθανάα πολεμαδόκος. Sapph. c. I 1 sq. ποικιλόθρον' ἄθανατ' Ἀφροδίτα, παῖ Δίος, δολόπλοκε. Pindar. fr. 75 u. 11 sqq. τὸν κισσοθαλέα θεὸν, Βρόμιον ὅν τ' Ἐριβόαν τε βροτοὶ καλέομεν. h. Hom. I 140: ἀργυρότοξε ἄναξ ἑκατηβόλ' Ἄπολλον. III 13 sqq.: πολύτροπον, αἱμυλομήτην, ληϊστῆρ', ἐλατῆρα βοῶν, ἡγήτορ' ὀνείρων, νυκτὸς ὀπωπητῆρα, πυληδόκον. XXIII 1 sq. Ζῆνα θεῶν τὸν ἄριστον ἀείσομαι ἠδὲ μέγιστον, εὐρύοπα, κρείοντα, τελεσφόρον. XXVI 1: κισσοκόμην Διόνυσον ἐρίβρομον. XXVII 1—3. XXVIII 1—3. al. de hymno uero octauo cf. infra. eiusdem rei habetur ratio apud Platon. Cratyl. 400 E: ἐν ταῖς εὐχαῖς νόμος ἐστὶν ἡμῖν εὔχεσθαι οἵτινες τε καὶ ὁπόθεν χαίρουσιν ὀνομαζόμενοι ταῦτα καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς καλεῖν.[2]) ita Callimachus Dianam ab Ioue patre petentem facit h. III 6 sq. δός μοι παρθενίην .... καὶ πολυωνυμίην. huc referenda sunt quae Arrianus anab. V 2, 6 de Macedonibus narrat Alexandri Magni temporibus qui carminum loco epithetis congestis Dionysum celebrabant: στεφάνους ἐπ' αὐτοῦ ποιήσασθαι καὶ στεφανώσασθαι ὡς εἶχον ἐφυμνοῦντας τὸν Διόνυσον καὶ τὰς ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλοῦντας. cuius moris specimen Lobeckius Agl. p. 401 affert Ouid. metam. IV 11: *Bacchumque uocant Bromiumque Lyaeumque Ignigenamque satumque iterum solumque bimatrem. additur his Nyseus indetonsusque Thyoneus et cum Lyaeo genialis consitor uuae Nycteliusque Eleleusque parens et Iacchus et Euen et quae praeterea per Graias plurima gentes nomina Liber habes.* hanc sequitur consuetudinem Horat. carm. saec. u. 15: *Ilythia . . siue tu Lucina probas uocari seu Genitalis.* Seneca, Hercul. fur. u. 1066—73 in Somnum: *Somne malorum requies animi, pars humanae melior uitae . .*

---

1) apud Aelian. hist. anim. XII 45.

2) quem morem facete imitatum esse Platonem Euthyd. 288 B et Phileb. 63 B Schanzius adnotat: *commentat. Platon.* (in *Festgr. d. 26. Ph. V. in Würzburg* 1868) p. 109.

ueris miscens falsa, futuri certus et pessimus motor, pax errorum, portus uitae, lucis requies noctisque comes. conferantur praeterea quae Seruius ad Aen. II 351 tradidit: *Pontifices ita precabantur: Iuppiter optime maxime siue quo alio nomine te appellari uolueris.*[1]) cf. eund. ad IV 577. neque diuersae rationis sunt Iuliani uerba or. IV p. 132 C: οὗτος (ὁ ἥλιος) τοίνυν, εἴτε τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοῦ καλεῖν αὐτὸν θέμις εἴτε ἰδέαν τῶν ὄντων... εἴτε ἕν ... εἴτε .. τἀγαθόν. eundem sequitur morem Menander cum in exordio hymni in Apollinem conficiendi haec dicenda proponat (Rhet. Gr. ed. Spengel III p. 348 l. 11 sq.): ὦ Σμίνθιε Ἄπολλον, τίνα σε χρὴ προσειπεῖν; πότερον ἥλιον .. ἢ νοῦν .. ἢ πότερον .. δημιουργὸν ἢ πότερον .. δύναμιν. uel optime uero hanc consuetudinem illustrant hymni anonymi in Dionysum et Apollinem apud Abelii Orph. p. 284, 285 nihil continentes nisi epitheta uersibus uiginti sex distributa litterarum ordine respecto. unde intelligitur ueritatis fidem minime neglexisse Ioannem Lydum cum dicat de mens. (ed. Wünsch) p. 118 l. 16 sqq. ἐν δὲ τοῖς ὕμνοις ἐγγὺς τριακοσίοις ὀνόμασιν εὑρίσκομεν καλουμένην τὴν Ἀφροδίτην.

Ex his quos mihi satis multos attulisse uideor locis iam apparet communem esse illam epitheta congerendi consuetudinem uel omnibus omnium temporum carminibus sacris[2]) neque eam Orphicorum propriam putare licet. quam in sententiam ipse se Lobeckius conuertit eosque oppugnauit qui, *ubicumque ab ignoto alioqui poeta deorum epitheta spissius constipantur, continuo Orphicum quiddam olfaciunt.*[3]) neque praetermisit quin alios aliorum temporum hymnos eiusdem speciei et formae comparandos colligeret, quorum nonnullos suo loco recepimus. quae cum ita sint, et hoc quidem intellegitur nullam esse iustam causam cur hymnum qui est inter Homericos octauus in Martem eo quod hanc de qua agimus consuetudinem inter ceteros maxime ostendit, inter Orphicos enumerandum esse putemus. quod ut Ruhn-

---

1) quam imprecationem indigitamentis quae uocantur tribuendam esse Agahdius censet: *Quaestion. Varron.* (in *Jahrb. f. kl. Phil.* suppl. 1898) p. 132.

2) qua in re posita est uis uersuum Arist. Plut. 1164 iocose dictorum: ὡς ἀγαθὸν ἐστ' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν. neque ueteres grammatici praetermiserunt quin his in epithetis deorum diligenter colligendis pertractandis explicandis studium collocarent. ita Georgius Wentzel ἐπικλήσεις θεῶν communem illum fontem quem Diogenianus Athenaeus Clemens scholia Lycophronis Pausanias exscripsissent, syllogam fuisse docuit ἐπικλήσεων primo a. Chr. saeculo confectam (cf. VII p. 43) et hoc modo constitutam (VII p. 1): *agebatur . . enchiridiorum mythographorum more de deorum epithetis ita, ut dii et* ἐπικλήσεις *nescio quo ordine collocatae enumerarentur, loci nominarentur quibus colerentur, deinde quid* ἐπικλήσεις *ualerent, unde essent ortae, explicaretur.*

3) In eandem iudicauerunt sententiam Petersenius in Phil. uol. XXVII p. 390. 407, Gruppius *Griech. Culte u. Mythen* p. 555 adnot. 44, Maasius *Orpheus* p. 198 sqq. qui de aliarum quoque gentium eadem consuetudine nonnulla addidit.

kenius non dubitauit quin iudicaret, Hermannus in hymnis edendis quin comprobaret, ita Abelius intellexit quidem non iure fieri[1]), tamen illorum auctoritati confisus Orphicis hymnum illum adnexus est, peruersa certe sententia: namque accedit quod hymno in Martem ita collocato — aliter collocari uix potest — plane turbatur illa ratio quam in hymnis Orphicis disponendis obseruatum esse iam nemo non uidet.

Sed si quaerimus quaenam homines antiqui his epithetis quam plurimis congestis efficere studuerint, huius rei ratio non difficile intellegitur.[2]) quo pluribus enim uterentur numinis nominibus uel cognominibus quoque amplius assererent epitheta, eo maiorem sibi uidebantur parere spem se ea quae peterent impetraturos esse deumque illo appellasse nomine quo illi appellari gratum iucundumque esset.[3])

Atque haec quidem de epithetis in uniuersum. ad singula autem describenda ut propius accedamus, illud animaduertendum est quod non raro fit ut unius ex cognominibus illis explicetur origo causaeque reddantur uel rationes siue etymologicae siue ex narrationis aliqua re desumptae.[4]) quam rem ad illustrandam haec comparentur exempla:

h. Orph. II u. 9: Εἰλείθυια.. μούνην γάρ σε καλοῦσι λεχοὶ ψυχῆς ἀνάπαυμα. VI in Protogonum u. 8: λαμπρὸν ἄγων φάος ἁγνὸν ἀφ' οὗ σε Φάνητα κικλήσκω. XXIX in Proserpinam u. 16: Φερσεφόνη· φέρβεις γὰρ ἀεὶ καὶ πάντα φονεύεις. XXXIV in Apollinem u. 24 sqq.: ἔνθεν ἐπωνυμίην σε βροτοὶ κλήζουσιν ἄνακτα Πᾶνα θεὸν δικέρωτ' ἀνέμων συρίγμαθ' ἱέντα· οὕνεκα παντὸς ἔχεις κόσμου σφρηγῖδα τυπῶτιν. cf. Etym. m. p. 231, 21 s. u. Γίγας (= fr. Orph. 44 Abel) ... οὓς καλέουσι Γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν, οὕνεκα

1) cf. proleg. p. 2 et adnot. ad h. LXXXVIII.

2) neque Bergkium latuit *Kl. philol. Schr.* p. 703 adnot. 129 ad Hesiod. Theog. u. 785 de Stygis epitheto πολυώνυμος.

3) *Zur erhofften wirkung ist das treffende wort die wichtigste bedingung: man muss den gott bei dem namen anrufen und verpflichten, der das vermögen, gerade in dem besondern falle zu helfen, einschliesst .... Man sucht nach dem treffenden beinamen und .. häuft .. die beinamen, und thut lieber des guten zu viel als dass man sich der gefahr aussetzt das entscheidende wort zu übersehen.* Usener *Götternamen* p. 336. ac licet obseruare quantam occupauerit prouinciam in papyris magicis hoc studium ut deos siue daemones iis inuocarent nominibus quae illis cum grata essent tum legitima. ipso enim deorum nomine solo si rectum inueniretur et enuntiaretur, omnia sibi uidebantur effecturi esse. cf. Dieterichium *Abraxas* p. 160 adnot. 1. itaque in fine praeceptorum illorum magicorum fere semper admonent: λέγε τὸ ὄνομα cf. apud Dieterichium l. l. p. 189 u. 7. 10. 21 al.

4) quod studium nominis uel cognominis causam explicandi omnino apud Graecos perlate patuisse ita ut ex nomine de eius cui inditum esset siue indole ac natura siue rebus futuris quaedam concludi posse crederent, notum est. cf. Lobeckium *Aglaoph.* p. 870. eundem ad Soph. Aiac. 430. Bekkerum *Homerische Blätter* I p. 166 adnot.

Γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος Οὐρανίοιο. οὕτως Ὀρφεὺς ἐν τῷ ὀγδόῳ τοῦ Ἱεροῦ λόγου. Macrob. sat. I 18, 12 (= fr. Orph. 167 Abel): *Orpheus quoque Solem uolens intellegi ait inter cetera:* (u. 6 sq.) Διώνυσος δ' ἐπεκλήθη, οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον. atque ex simili quodam uerborum contextu desumpta uidentur haec Diod. Sicul. I 11, 3 (= fr. Orph. 168 Abel).. Ὀρφεὺς δὲ (sc. φησὶ)· Τοὔνεκά μιν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον. h. Delph. in Apollinem Bull. XVIII 16 sq. μελίπνοον δὲ ... αὐδὰγ χέων ἀνὰ λύρας πέμπων ἀδεῖαν ὄπα ... ἅμα δ' ἴακχε πετροκατοίκητος ἀχὼ τρὶς ἰὴ Παιὰν .. ἀνθ' ὧν ἐκείνας ἀπ' ἀρχᾶς Παιήονα κικλήσκομεν. Archiloch. fr. 27: ἄναξ Ἄπολλον καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους σήμαινε καί σφεας ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις. ex hymnis autem Homericis locos collegit Peppmuellerus *Commentar des 24. Buches der Ilias* ad u. 730. h. Hom. II in Appollinem u. 195 sq. Πύθιον καλέουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκα κεῖθι αὐτοῦ πῦσε πέλωρ μένος ὀξέος Ἠελίοιο. h. II u. 207 sq.[1]) ἔνθα δ' ἄνακτι πάντες ἐπίκλησιν Τελφουσίῳ εὐχετόωνται, οὕνεκα Τελφούσης ἱερῆς ᾔσχυνε ῥέεθρα. II u. 315 ὡς μὲν ἐγὼ ... εἰδόμενος δελφῖνι... ὥς ἐμοὶ εὔχεσθαι Δελφινίῳ. h. XIX u. 47: Πᾶνα δέ μιν καλέεσκον ὅτι φρένα πᾶσι ἔτερψεν. neque Callimachus doctus ille poeta quin huius modi locos hymnis suis insereret praetermisit: h. II in Appollinem u. 47 sqq.: Φοῖβον καὶ Νόμιον κικλήσκομεν ἐξέτι κείνου ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους ἠιθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο. h. III u. 153 sq. Apollo Dianam sororem sic alloquitur: βάλλε κακοὺς ἐπὶ θῆρας ἵνα θνήτοί σε βοηθόν ὡς ἐμὲ κικλήσκωσιν. h. III u. 196: ἔνθορεν εἰς ἁλιήων δίκτυα .. ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες νύμφην μὲν Δίκτυναν .. καλέουσιν. h. IV in Delum insulam u. 268 .. ἀλλ' ἀπ' ἐμεῖο Δήλιος Ἀπόλλων κεκλήσεται. eundem imitatur morem Plato Phaidr. p. 237 A: ὦ Μοῦσαι εἴτε δι' ᾠδῆς λίγειαι εἴτε διὰ γένος μουσικὸν τὸ Λιγύων ταύτην ἔσχετε τὴν ἐπωνυμίαν. Catull. carm. XXXIII in Dianam u. 15: *notho es dicta lumine Luna.* ex Procli hymno in Dionysum haec leguntur apud Olympiod. in uita Platonis p. 384 (ed. Westerm.) ὅσσ' εἶδον τεκέεσσιν ἐφημίξαντο τοκῆες.[2]) Menander in fine hymni in Appollinem speciminis causa confecti dei cognomenta enumerans (Rhet. Gr. Sp. III p. 446 l. 3): Ὧρον Αἰγύπτιοι (sc. λέγουσι). σὺ γὰρ εἰς κύκλον τὰς ὥρας ἄγεις. Martianus Capella Philologiam hoc modo precantem facit l. II 188: *Solem te Latium uocat quod solus honore post patrem sis lucis apex.*

---

1) omisit Peppmuellerus l. l.

2) totus autem est hic locus: Διθύραμβος ὁ Διόνυσος ὡς ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθὼν τῆς τε Σεμέλης καὶ τοῦ μηροῦ τοῦ Διός, εἰώθασι γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τὰ αἰτίατα ὀνομάζειν τοῖς τῶν αἰτίων ὀνόμασι, καθάπερ καὶ τὸν Διόνυσον καλοῦσιν· διὸ καὶ ὁ Πρόκλος περὶ τούτου φησίν· secuntur uerba supra allata.

Sed inter illa quae quam plurima congeri solent cognomina duo potissimum distinguenda sunt genera quibus non numerus solum uocularum adserendarum augetur, sed etiam ea quae ad ipsas laudes deorum efficiendas pertinent attingi incipiunt. illa uelim animaduertas epitheta et quae de deorum genere explicando illustrandoue dicuntur et quae ex sedibus locisque deis inprimis sanctis atque cultis rationem petunt. ac de illis quidem quae priore loco dixi prius quoque disserere liceat, deinde de ceteris uideamus.

Consuetudo igitur est in hymnis sacris ut quibus nati sint dei parentibus siue quos genuerint filios eosque praeclaros excellentesque modo paucis uerbis uel uno tantum nomine patronymico explicetur modo multis uel compluribus uersibus. atque inter cognomenta haec fere in hymnis Orphicis recepta sunt: Κρονότεκνε de Urano h. IV 8. Οὐρανόπαι de matre deorum h. XXVII 13, de Themide h. LXXIX 1. αὐτοφυής de Sole h. VIII 3. αὐτοπάτωρ de Ioue h. XV 7. ὀμβροτόκοι de Nubibus XXI 2 al. Ad laudes uero ipsas efficiendas uel augendas hi spectant uersus inuocatione iam antea fusius peracta. h. Orph. XXX 6 in Dionysum: Διὸς καὶ Φερσεφονείης ἀρρήτοις λέκτροισι τεκνωθείς. h. XXXII 1: Πάλλας μουνογενὲς μεγάλου Διὸς ἔκγονε σεμνή. h. XXXVII 1. Τιτῆνες, Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ ἀγλαὰ τέκνα. h. L 1. κλῦθι μάκαρ Διὸς υἷ' ἐπιλήνιε Βάκχε. LVII 3: Ἑρμῆ, βακχεχόροιο Διωνύσοιο γένεθλον καὶ Παφίης κούρης . . Ἀφροδίτης. LXX 1 sq. κλῦτέ μευ Εὐμενίδες μεγαλώνυμοι . . ἁγναὶ θυγατέρες μεγάλοιο Διὸς χθονίοιο Φερσεφόνης τ' ἐρατῆς κούρης καλλιπλοκάμοιο. LXXI 1 sqq. Μειλινόην καλέω ... ἣν παρὰ Κωκυτοῦ προχοαῖς ἐλοχεύσατο σεμνὴ Φερσεφόνη λέκτροις ἱεροῖς Ζηνὸς Κρονίοιο. Sed etiam dei siue deae filios filiasque praeclaros nominari solere, ut supra commemoraui, ex his fere uideas locis: h. Orph. XXIX in Proserpinam u. 8: μῆτερ ἐριβρεμέτου πολυμόρφου Εὐβουλῆος. XXXV in Latonam u. 4: γειναμένη Φοῖβόν τε καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν cf. u. 1 διδυματόκε. XLI in Antaeam u. 8: Εὐβουλῆα τεκοῦσα θεά. XLIV in Semelam u. 3 μητέρα θυρσοφόροιο Διωνύσου. LXXVII in Mnemosynam u. 2: ἣ Μούσας τέκνωσ' ἱεράς. LXXXIII in Oceanum u. 1: Ὠκεανὸν καλέω πατέρ' ἄφθιτον... ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν θνητῶν τ' ἀνθρώπων. ex hymnis autem Delphicis hi conferantur uersus. h. Delph. Cr. p. 4 u. 5: Ἄπολλον Κοίου τε κόρας Λατοῦς σεμνὸν ἄγαλμα καὶ Ζηνὸς ὑψίστου. h. Delph. Bull. XVIII 5 sqq. Μέλπετε δὲ Πύθιον . . . ὃν ἔτικτε Λατὼ μάκαιρα. h. Delph. Bull. XIX in Dionysum u. 6 sq.: [ὅ]ν Θήβαις πότ' ἐν εὐίαις Ζη[νὶ γείνατο] καλλίπαις Θυώνα. ita hoc more respecto in Alexandri dissertatione ἀπὸ πόσων δεῖ θεὸν ἐπαινεῖν (Rhet. Gr. Sp. III p. 4 l. 31 sqq.) haec monentur: . . . ἀλλὰ τῶν αὐτῶν θεῶν γενέσεις ἄλλαι καὶ τὰ ἔθη καὶ τὰ ὀνόματα διάφορα καὶ δὴ τὰ παρ' ἑκάστοις λεγόμενα . . . δεῖ λέγειν περὶ τοῦ γένους. similiter Menander (Rhet. Gr. Sp. III p. 438 l. 29): εἶτα ἐρεῖς κεφάλαιον μετὰ τὸν ὕμνον δεύτερον, τὸ γένος.

Sed ut ad carmina ipsa peruestiganda redeam, inde a poetis lyricis usque ad Aristidis rhetoris tempora posterioraque haec consuetudo comparet. Alcaei fr. 1: Ὦ' ναξ Ἄπολλον, παῖμ εγάλω Δίος. fr. 5: Χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδεις.. τὸν κορυφαῖς' ἐν αὔταις Μαῖα γέννατο Κρονίδᾳ μίγεισα. Sapph. c. I ποικιλόθρον' ἀθάνατ' Ἀφρόδιτα, παῖ Δίος. Anacr. fr. 1 in Dianam: γουνοῦμαι c' ἐλαφηβόλε, ξανθὴ παῖ Διός. h. Hom. III 1 sq.: Ἑρμῆν ὕμνει, Μοῦσα, Διὸς καὶ Μαιάδος υἱὸν.. (u. 3) ὃν τέκε Μαῖα.. Διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα. h. VII 1: Ἀμφὶ Διώνυσον Σεμέλης ἐρικύδεος υἱόν. h. XV 1 sq.: Ἡρακλέα, Διὸς υἱὸν, ἀείσομαι, ὃν μέγ' ἄριστον γείνατ' ἐπιχθονίων.. Ἀλκμήνη.. μιχθεῖσα.. Κρονίωνι. h. XXXI 1 sq.: Ἥλιον ὑμνεῖν αὖτε Διὸς τέκος ἄρχεο Μοῦσα.. τὸν Εὐρυφάεσσα βοῶπις γείνατο Γαίης παιδὶ καὶ Οὐρανοῦ (i. e. Ὑπερίωνι). h. XXVI 1 sq. Κισσοκόμην Διόνυσον.. ἄρχομ' ἀείδειν Ζηνὸς καὶ Σεμέλης.. ἀγλαὸν υἱόν. hymni XXXIV uersus 1—5 plane in Dionysi genere illustrando uersantur. in Herondae mim. IV (ed. Crusius) mulieres in Aesculapii templum intrantes u. 3: σὺν καὶ Κορωνὶς ἥ c' ἔτικτε κἀπόλλων χαίροιεν. in hoc solo argumento ut Aesculapii genus eiusque parentes celebraret, Isyllus uersatus est. eiusdem autem speciei sunt hymni in Aesculapium et Athenis et in Aegypto inuenti (cf. Ziebarth. in *com. phil. Mon.* p. 1 et p. 7) u. 1: Παιᾶνα κλυτόμητιν ἀείσατε κοῦροι Λητοΐδην ἕκατον.. ὃς μέγα χάρμα βροτοῖσιν ἐγείνατο.. Ἀσκληπιόν. Catull. carm. XXXIV u. 5: *O Latonia maximi magna progenies Iouis, quam mater prope Deliam deposiuit oliuam.* Mesomed. h. in Nemesin (Music. scr. Gr. ed. Ian X 8) u. 1 sq.: Νέμεσι.. κυανῶπι θεὰ θύγατερ Δίκας. Aelius quoque Aristides in orationibus quas in deorum honorem conscripsit hanc obseruauit consuetudinem. orat. in Mineruam (uol. II orat. XXXVII Keil) 2: ἐν δὲ τοῖς ἀξιολογώτατον αἱ γοναὶ τῆς θεοῦ, κεφάλαιον μὲν εἰπεῖν ὅτι τοῦ πάντων δημιουργοῦ καὶ βασιλέως παῖς ἐστι μόνη δὴ μόνου. orat. in Dionysum (uol. II or. XLI) 3: Ζεὺς Σεμέλῃ γίγνεται κ. τ. λ. orat. in Iouem (uol. II or. XLIII) 8: ἐποίησεν δὲ πρῶτος αὐτὸς ἑαυτὸν. orat. in Neptunum (uol. II or. XLVI) 8: ὁμολογοῦνται μὲν γὰρ Κρόνῳ τρεῖς παῖδες γενέσθαι ἐκ Ῥέας, Ποσειδῶν καὶ κ. τ. λ.

Deinceps ut in posteriore loco disserendi posui, de iis dicendum est epithetis quae a sedibus siue oppidis siue montibus qui maxime in deorum gratia erant et deliciis amoribusque repetita sunt. quamquam raro fit ut epitheto tantum illorum locorum mentio fiat, uelut his: Ὀλύμπιος, si de Ioue agitur, Νύσιος, si de Dionyso. sic Λυκωρεῦ Μεμφῖτα Γρυνεῖε Σμινθεῦ Δελφικέ Παταρήιε Δήλι' ἄναξ Apollo uocatur in hymno Orphico XXXIV. plerumque complures carminis uersus consumuntur enumerando loca sedesque in quibus maxime deorum cultus floret. h. Orph. XLII in Misam u. 5 sqq.: εἴτ' ἐν Ἐλευσῖνος τέρπῃ νηῷ θυόεντι εἴτε καὶ ἐν Φρυγίῃ.. μυστιπολεύεις ἢ Κύπρῳ τέρπῃ ... ἢ ... πεδίοις ἐπαγάλλεαι ἁγνοῖς .....

Αἰγύπτου παρὰ χεῦμα. h. XLIX in Hippam u. 5 sq.: εἴτε cύ γ' ἐν Φρυγίῃ κατέχειc Ἴδηc ὄροc ἁγνόν ἢ Τμῶλοc τέρπει cε. h. LV in Venerem u. 15 sq.: εἴτ' ἐν Ὀλύμπῳ ἐccὶ . . . εἴτε καὶ Συρίηc ἕδοc ἀμφιπολεύειc εἴτε cύ . . Αἰγύπτου κατέχειc . . λουτρὰ ἢ (u. 22) τέρπῃ . . ἐν χθονί Δίῃ . . εἴτ' ἐν Κύπρῳ. huc afferre licet Aristophanis nub. u. 269 sqq., quibus Orphicorum carmina imitando illudi Dieterichius in mus. Rhen. uol. XLVIII p. 275 sqq. exposuit; εἴτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖc . . . κάθηcθε εἴτ' Ὠκεανοῦ πατρὸc ἐν κήποιc . . . ἵcτατε εἴτ' ἄρα Νείλου προχοαῖc ὑδάτων . . ἀρύεcθε ἢ Μαιῶτιν λίμνην ἔχετ' ἢ cκόπελον . . Μίμαντοc. in hymno Delph. Bull. XIX u. 5 sq.: enumerantur Thebae Augeia Delphi Eleusis Italia.[1] hanc secutus consuetudinem Alexander rhetor in dissertatione supra laudata (Rhet. Gr. Sp. III p. 5 l. 9) haec profert: εἶθ' ὡc ἀπὸ πάντων ἐθνῶν ἢ ἐνίων τιμᾶται . . . ἐὰν μὲν οὖν παρὰ πᾶcιν ὁ θεὸc τυγχάνῃ τιμώμενοc τοῦτ' αὐτὸ μέγιcτοc ἔπαινοc. ἐὰν δὲ ὑπὸ τινῶν, τὰ νομίζοντα αὐτὸν ἔθνη ἐπαινεῖν χρή. atque apud Homerum quoque Chryses Apollinem eodem more comprecatur: Il. I 37: ὃc Χρύcην ἀμφιβέβηκαc Κίλλαν τε ζαθέην Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάccειc. in hymno Homerico I uersus 30—44 complentur locorum nominibus et urbium et insularum et montium Apollinis numini subiectorum. h. Hom. II in Apollinem u. 1—3: Ὦ ἄνα καὶ Λυκίην καὶ Μῃονίην ἐρατεινήν καὶ Μίλητον ἔχειc . . αὐτὸc δ' αὖ Δήλοιο περικλύcτηc μέγ' ἀνάccειc. simili modo in h. XXXIV Dionyso dedicato loca inseruntur u. 1—4: οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ c' οἱ δ' Ἰκάρῳ ἠνεμοέccῃ φάc' οἱ δ' ἐν Νάξῳ . . . οἱ δέ c' ἐπ Ἀλφειῷ . . . . . Σεμέλην τεκέειν Διΐ . . . ἄλλοι δ' ἐν Θήβαιcιν . . . in eandem intellegenda sunt sententiam Ananii uerba fr. 1 in Apollinem: ὃc Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχειc ἢ Νάξον ἢ Μίλητον ἢ θείην Κλᾶρον. Sapph.[2] fr. 6 in Venerem: ἤ cε Κύπροc καὶ Πάφοc ἢ Πάνορμοc. Alcman. fr. 19 in Dianam: οὐδὲ τῶ Κνωκάλω οὐδὲ τῶ Νυρcύλα . . . . fr. 21: Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖcα καὶ Πάφον περιρρύταν. Castorion. fr. 1: cέ . . ναίονθ' ἕδραν θηρονόμε Πὰν χθόν' Ἀρκάδων. Simonid. fr. 26 b.: Δαλογενὲc εἴτε Λυκίαν . . . neque Sironis uerba quae apud Athen. III p. 196 leguntur ex hymno in Dionysum: ἐξόχωc δ' εὐγενέτηc ἡλιόμορφοc ζαθέοιc ἄρχων cε τιμαῖcι γεραίρει nisi ad similem locorum seriem referuntur, recte intelleges. Callimachus in hymno III loca Dianae inprimis cara enumerat his uersibus 170 sqq.: . . αἱ νύμφαι cε χορῶι ἔνι κυκλώcονται ἀγχόθι πηγάων Αἰγυπτίου Ἰνωποῖο ἢ Πιτάνηc . . ἢ ἐνὶ Λίμναιc ἢ ἵνα δαῖμον Ἀλὰc Ἀραφηνίδαc οἰκήcουcα ἦλθεc ἀπὸ Σκυθίηc. cf. etiam u. 187 sqq. quibus enumerantur Δολίχη Πέργη Τηΰγετον . .

---

1) hanc coniecit Dielsius (in *Sitz. B. Berl. Ak.* 1898 p. 459).

2) exstat de his quidem poetis Menandri testimonium (Rhet. Gr. Sp. III p. 334 l. 27 sqq.): ἅμα μὲν γὰρ πολλῶν τόπων ἐκείνοιc ἔξεcτιν, ὡc παρὰ τῇ Σαπφοῖ καὶ τῷ Ἀλκμᾶνι πολλαχοῦ εὑρίcκομεν. τὴν μὲν γὰρ Ἄρτεμιν ἐκ μυρίων ὀρέων, μυρίων δὲ πόλεων, ἔτι δὲ ποταμῶν ἀνακαλεῖ, τὴν δὲ Ἀφροδίτην Κύπρου, Κνίδου, Συρίαc, πολλαχόθεν ἀλλαχόθεν ἀνακαλεῖ.

λιμένες Εὐρίποιο. cf. Callim. h. IV in Delum u. 269 sqq.: οὐδέ τις ἄλλη γαιάων τοςςόνδε θεῶι πεφιλήςεται ἄλλωι οὐ Κερχνίς .. Ποςειδάωνι .. οὐ πάγος Ἑρμείηι Κυλλήνιος οὐ Διῒ Κρήτη. Theocrit. I u. 122 sq.: ὦ Πὰν Πάν, εἴτ' ἐςςὶ κατ' ὤρεα μάκρα Λυκαίω εἴτε τύ γ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον ἔνθ' ἐπὶ νᾶςον τὰν Σικελάν, Ἑλίκας δὲ λίπ' ἠρίον αἰπύ τε cᾶμα τῆνο Λυκαονίδαο τὸ καὶ μακάρεςςιν ἀγητόν. Theocr. XV u. 100 sq. in Venerem: Δέςποιν' ἃ Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλαςας αἰπεινάν τ' Ἔρύκαν χρυςῷ παίζους' Ἀφροδίτα. Herond. mim. IV in Aesculapium u. 1 sq. ἄναξ Παιήων ὃς μέδεις Τρίκκης καὶ Κῶν γλυκῆαν κήπίδαυρον ᾤκηκας. Catull. carm. XXXVI u. 11 sq. hanc hymnorum consuetudinem iocose imitatur: *Nunc, o caeruleo creata ponto, quae sanctum Idalium Uriosque portus quaeque Ancona Cnidumque harundinosam colis quaeque Amathunta quaeque Golgos quaeque Durrachium Adriae tabernam* (cf. Rieseum ad l.). Verg. Georg. I 16 sq.: *ipse nemus linquens patrium saltusque Lycaei Pan ouium custos tua si tibi Maenala curae, adsis.* Aetnae u. 5 (ed. Sudhaus) in Apollinem: *seu te Cynthos habet seu Delo gratior Hyle seu tibi Dodone potior.* Stat. Theb. I 696 sqq. in Apollinem: *seu te Lyciae Petaraea niuosis exercent dumeta iugis seu more pudico Castaliae flauos tibi mergere crines, seu Troiam Thymbraeus habes .. seu iuuat Aegaeum feriens Latonius umbra Cynthus et adsiduam pelago nunc quaerere Delon.* Apul. metamorph. VI 2 in Iunonem: *siue Sami .. tenes .. delubra siue Carthaginis .. sedes frequentas siue Argiuorum praesides moenibus.* Ael. Arist. or. XLIII 6: (Μοῦςαι Διὸς παῖδες) εἴθ' ὑμεῖς γε ἐκ Ὀλύμπου .. τὴν θείαν ᾠδὴν ᾄδετε .. εἴτε Πιερία φίλον ὑμῖν ἐνδιαίτημα εἴτε ἐν Ἑλικῶνι τῷ Βοιωτίῳ χορεύετε. Himer. orat. XIV 31 in Musas: εἴτε καθ' Ἑλικῶνα καὶ Πιερίαν .. τὸν χόρον ἐξελίττετε εἴτε περὶ Δελφοὺς καὶ Καςταλίαν .. ἀθύρετε ἢ κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς λειμῶνας ἱςτάμεναι ςτεφάνους τῷ Μουςαγέτῃ ςυμπλέκετε. Himer. orat. XVI 6: (Μοῦςαι) πανταχόθεν ἀθροίζονται οὐκ ἐξ Ἑλικῶνος μόνον καὶ Πιερίας οὔτε ὅςαι κατοικοῦςι τὸ Πάγγαιον ἀλλὰ καὶ ὅςας Ἀττικοὶ λειμῶνες ἐκτρέφουςι. Procl. h. II in Venerem u. 15 sq.: εἴτε περιςφίγγεις μέγαν οὐρανὸν .. εἴτε καὶ ἑπτὰ κύκλων ὑπὲρ ἄντυγας αἰθέρι ναίεις. Menandr. (Rhet. Gr. Sp. III p. 442 l. 16): (Ἀπόλλων) ᾤκιςε τὴν ἤπειρον ᾤκιςε δὲ τὴν θάλαςςαν νῦν μὲν εἰς Λιβύην ἐκπέμπων νῦν δὲ οἰκίζων τὸν Ἑλλήςποντον τὴν ἑῴαν τὴν Ἀςίαν πᾶςαν.

Nunc si quis certa quadam ratione uel certo ordine putat enumerari illas sedes ita ut in enumerandis locis a certis caeli partibus seriem incipi opinetur atque uia quadam una eademque progredientem certasque caeli partes assecutam finiri, non confirmari hanc coniecturam iam intelleget cum propius ad rem perquirendam accedat. nec uero illud omittendum uidetur quod et in hymno Orphico qui est LV in Venerem et in hymno Homerico I Ananiique in uersibus qui sunt in Apollinem confecti loca ita enumerata esse atque disposita apparet, ut uelut orbis efficiatur locorum ei insulae circumiacentium

in qua deum natum esse narrabant. atque in hymno Orphico quidem LV circa Cyprum insulam regiones nominantur ita ut primum septentrionem (Olympum montem) deinde orientem (Syriam) poeta commemoret tum meridiem (Aegyptum) denique occidentem (Diam insulam). in hymno autem Homerico primo copiose enumerantur sedes quas Apollo regere dicebatur, eo puto ordine ut a meridie exorsus (Creta insula) poeta ad occidentem ueniat (ab Athenis usque ad Aegas) deinde ad septentrionem (a Peparetho insula usque ad Idam montem) tum ad orientem (ab Imbro ad Carpathum) denique ad meridiem redeat Naxum Parum Rhenaeam insulas enumerans; quo fit ut quasi orbem depingat locorum Delum insulam circumstantium. ac simili modo etiam Ananium uidemus Delphos (occidentem) Naxum (meridiem) Miletum Clarum urbes (orientem) enumerantem ut Delum insulam quam primo loco commemorauit orbe tamquam locorum haud ita integro circumdet.

Res nota est ab aliisque[1]) iampridem illustrata haec hymnorum sacrorum consuetudo. quae quonam spectet si quaerimus, originitus ad dei laudes efferendas augendasque adhibetur: eo maiorem eius gloriam praedicare homines sibi uidebantur quo plures enumerabant regiones urbes gentes apud quas ille summo erat numero atque honore, atque eo certiore ipsi ducebantur spe se ea quae postularent impetraturos esse a tanto tamque potenti numine a tot hominibus gentibus populis culto. quae ratio luculentissime cognoscitur ex antiquioribus locis, conseruatam tamen eam esse usque ad Procli tempora ex huius uersibus elucet. ac longe plurimi sunt huius generis loci: Hom. Il. I 37 sq. h. Hom. I 30 sqq. II 1 sqq. V 490 sqq. XXXIV 1 sqq. Anan. fr. 1. Castor. fr. 1. Siron. ap. Athen. III p. 196. Callimach. h. III 172 sq. 183 sqq. IV 269 sqq. Theocrit. XV 100 sq. Herond. mim. IV 1 sq. h Delph. Bull. XIX 5 sq. Stat. Theb. I 696 sqq. Apul. metam. VI 2. Ael. Aristid. orat. XLIII 6. Menand. (Rhet. Gr. Sp. III p. 442 l. 16). Procl. h. II 15 sq.

Sed iam apud Alcmanem alteram quoque inesse rationem uidemus in locis illis quam plurimis congestis eamque posteriorem deque illa quam modo tractauimus deriuatam: inseruntur uerbis formulisque inuocandi ita ut cum deos ut adueniant petant homines precaturi loca quoque regionesque nominant eas in quibus tum forte temporis deos morari suspicantur. itaque illae ante omnes commemorandae uidentur sedes quibus inprimis deus fouere narratur. eo inprimis preces mittendae sunt, inde maxime dei aduocandi. haec ratio quam solam in hymnis Orphicis deprehendes sententiis huius plerumque formae exprimitur: εἴτε . . . εἴτε . . . εἴτε.[2]) conferantur autem hi loci: Alcman. fr. 21. Sapph. fr. 6. Simonid. fr. 26 b.

---

1) cf. Gruppium *Griech. Culte u. Mythen* I p. 556 adnot. 44. Dieterichium in mus. Rhen. uol. XLVIII p. 282 adnot. 2.

2) de hac potissimum cogitant Gruppius et Dieterichius l.l.l.l.

Theocr I 123 sq. Vergil. georg. I 16 sq. Aetnae u. 5 sq. Himer. orat. XIV 31. orat. XVI 8. h. Orph. XLII 5 sq. LIX 5 sq. LV 15 sq.

Est etiam tertium quoddam genus quo epitheta una cum sedibus quam plurimis enumerantur hac fere semper sententiarum forma adhibita: *hi te uocant hunc, illi .. illum, alii .. alium.* hunc non ita frequentem dicendi usum Schneidewinus in Philol. uol. III p. 259 sq. exemplis illustrauit quae hoc loco non iuuat repetere.

Transeo ad alium quendam dicendi locum hymnorum sacrorum linguae proprium qui idem est de deorum honoribus amplificandis eorumque gratia acquirenda: illud animaduertas quod si de deo nascendo narratur siue de appropinquante precibus cultorum commoto, eius epiphania ita solet praedicari ut quae mira tum euenerint aut eueniant amplioribus uerbis describantur. ita cum deus nascitur, summo gaudio homines exsultant montes contremiscunt mouentur terrae exaestuat mare sidera ipsa saltant, item cum ille appropinquat precibus piis aduocatus, omnis mundus pauore quodam percutitur uenerabili.

Atque horrore perfundi uenerabili omnem mundum deo appropinquante his praedicatur locis:

h. Orph. XIX de Ioue tonante: u. 13 sq. ὃν καὶ γαῖα πέφρικε θάλλαccά τε παμφανόωντα καὶ θῆρες πτήccουcιν ὅτ' ἂν κτύπος οὖας ἐcέλθῃ. fragm. Orph. 238 (Abel) u. 2 sq.: ὃς βρονταῖς cείεις βριαρὸν δόμον Οὐλύμποιο· δαίμονες ὃν φρίccουcι, θεῶν δὲ δέδοικεν ὅμιλος. De Diana siluas peruagante in hymno Homerico XXVII haec dicuntur u. 6 sqq.: τρομέει δὲ κάρηνα ὑψηλῶν ὀρέων ἰαχεῖ δ' ἔπι δάσκιος ὕλη δεινὸν ὑπὸ κλαγγῆς θηρῶν. φρίccει δέ τε γαῖα πόντος τ' ἰχθυόεις. similiter de Minerua in h. Hom. XXVIII u. 9 sqq.; μέγας δ' ἐλελίζετ' Ὄλυμπος δεινὸν ὑπὸ βρίμης γλαυκώπιδος. ἀμφὶ δὲ γαῖα cμερδαλέον ἰάχηcεν· ἐκινήθη δ' ἄρα πόντος κύμαcι πορφυρέοιcι κυκώμενος· ἔκχυτο δ' ἅλμη ἐξαπίνης· cτῆcεν δ' Ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱὸς .. εἰςόκε κούρη εἵλετ' ἀπ' ἀθανάτων ὤμων θεοείκελα τεύχη Παλλὰς Ἀθηναίη. de Minerua nascenda Pind. Olymp. VII 38 sqq.: Οὐρανὸς δ' ἔφριξέ νιν καὶ Γαῖα μάτηρ· comparare licet quae similia apud Steph. Byzant. s. u. Τρεμιθοῦς traduntur: φαcὶ δ' ὅτι ἐπιβάcης Ἀφροδίτης εἰς τὸν τόπον διὰ τὴν παρουcίαν τῆς δαίμονος ὑποτρόμου διαcαλευθῆναι· διὸ καὶ Τερμιθοῦντα κληθῆναι.

Haud ita multi sunt hi quos ex hymnis attuli loci de natura per deos appropinquantes perturbata atque pauore percussa. tamen quam uulgatae fuerint tales sententiae de deorum ui ac potentia celebranda, uel optime ex papyris magicis cognoscitur posteriorum temporum quae in dies plures e terra prodeunt. quibus ut multarum aliarum et caeremoniarum et opinionum religiosarum quae quidem longe uetustissimae ceteris litterarum in testimoniis fere nusquam commemorantur repente clara et perspicua uidemus uestigia, ita hae quoque de quibus agimus sententiae in hymnis illis carminibusque magicis fere legitimae fuerunt ut describeretur quo modo perturbaretur terra cae-

lum omnis mundus deorum uel daemonum nomine sacro audito. cf. Dieterichium in *Fl. Jahrb. f. kl. Phil.* suppl. XVI p. 774 sqq.

In hymnis autem sacris de quibus nostra res est longe plurimi ii sunt loci quibus quanto gaudio omnia afficiantur deorum epiphania celebratur.

h. Orph. LXXVIII de Aurora lucem proferente u. 9 sqq.: ἡνίκα τὸν γλυκὺν ὕπνον ἀπὸ βλεφάρων ἀποσείσῃς, πᾶς δὲ βροτὸς γήθει πᾶν ἑρπετὸν ἄλλα τε φῦλα τετραπόδων πτηνῶν τε καὶ εἰναλίων πολυεθνῶν· in hymno Delphico Bull. XVIII u. 9 sqq. de Apolline dicitur: tum cum natus est πα[ᾶς δὲ γ]άθησε πόλος οὐράνιος [ἀννέφελος ἀγλαός ν]ηνέμους δ' ἔσχεν αἰθὴρ ἀε[λλωῶν ταχυπε]τεῖς [δρό]μους. λῆξε δὲ βαρύβρομον Νη[ρέως ζαμενὲς ὁ]οῖδμ' ἠδὲ μέγας Ὠκεανός. similiter in hymno Delphico Cr. p. 33 de Apolline siue nascendo siue appropinquante rem fuisse Crusius p. 39 summo iure animaduertit. cf. quae leguntur uerba u. 16 sq.: γαῖα δ' ἐγεγάθει τε κῆ]νθησε . . . ν ἀνθῶων. De Dionyso in hym. Delph. Bull. XIX u. 8 sq.: πάντες δ' [ἀστέρες[1]) ἀγχ]όρευσαν, πάντες δὲ βροτοὶ χ[άρησαν ταῖς Β]άγχιε γένναις. ibid. u. 14 sqq. de deo urbes suas ingrediente: Ἦν, τότε βακχίαζε μὲν χθὼ[ν μεγαλώνυμός] τε Κάδμου Μινυᾶν τε κόλπ[ος Αὔγε]ιά τε καλλίκαρπος: εὐοῖ ὦ ἰὲ Β[άκχ' ὦ ἰὲ] Παιάν. πᾶσα δ' ὑμνοβρύης χόρευε[ν Δελφῶ]ν ἱερὰ μάκαιρα χώρα. αὐτὸς δ' ἄστε[ϊ σὸν δ]έμας φαίνων . .[2]) in hymno Homerico primo de Apolline nascendo ubi narratur haec leguntur u. 118: μείδησε δὲ γαῖ' ὑπέρνεθεν et u. 135: χρυσῷ δ' ἄρα Δῆλος ἅπασα ἤνθησ' ὡς ὅτε τι ῥίον οὔρεος ἄνθεσιν ὕλης· in hymno Hom. II de Apolline Olympum intrante u. 24 sq.: αἴγλη δέ μιν ἀμφιφαείνει μαρμαρυγῆς τε ποδῶν καὶ εὐκλώστοιο χιτῶνος. οἱ δ' ἐπιτέρπονται θυμὸν μέγαν εἰσορόωντες. de Dioscuris in hymno Homer. XXXIII u. 12 sqq.: οἱ δ' ἐξαπίνης ἐφάνησαν . . αὐτίκα δ' ἀργαλέων ἀνέμων κατέπαυσαν ἀέλλας, κύματα δ' ἐστόρεσαν λευκῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι· . . οἱ δὲ ἰδόντες γήθησαν. Theognis quanta laetitia omnis natura affecta sit cum Apollo nasceretur u. 8 sqq. describit: πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίη ὀδμῆς ἀμβροσίης, ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη, γήθησεν δὲ βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς. Alcaei hymnum in Apollinem ex Hyperboreis Delphos redeuntem Himerius expressit orat. IV 11[3]): ᾄδουσι μὲν ἀηδόνες . . . παρ' Ἀλκαίῳ ᾄδουσι δὲ καὶ χελιδόνες καὶ τέττιγες . . ῥεῖ καὶ ἀργυροῖς ἡ Κασταλία κατὰ ποίησιν νάμασι καὶ Κηφισσὸς μέγας αἴρεται πορφύρων τοῖς κύμασι . . . βιάζεται μὲν . . Ἀλκαῖος ὁμοίως Ὁμήρῳ ποιῆσαι καὶ ὕδωρ θεῶν ἐπιδημίαν αἰσθέσθαι

---

1) sic Weilius. coniecit Dielsius [οὐρανίδαι χ] in *S. B. Berl. Akad.* 1896 p. 457, sed mihi non persuasit.

2) nescio an huc referenda sint ac de Dionysi epiphaniae descriptione intellegenda quae Antigonus hist. mirab. CXXVII (141) tradidit: οἱ Δελφοὶ δὲ λέγουσιν ὅτι ἐν τῷ Παρνασσίῳ κατά τινας χρόνους τὸ κορύκιον φαίνεσθαι χρυσοειδές.

3) cf. Teuberum *Quaestion. Himerian. diss.* 1882 p. 19.

δυνάμενον. cf. Pindari fr. 75 u. 18 sq. de Dionyso aduenturo: τότε βάλλεται ἐπ' ἀμβρόταν χθόν' ἐραταὶ ἴων βόφαι, ῥόδα τε κόμαιcι μίγνυται, ἀχεῖ τ' ὀμφαὶ μελέων cὺν αὐλοῖc . . . Callimach. h. II u. 18 sqq. de Apolline: εὐφημεῖ καὶ πόντοc . . . . οὐδὲ Θέτιc Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ ὁππόθ' ἱὴ παιῆον ἱὴ παιῆον ἀκούcηι. καὶ μὲν ὁ δακρυόειc ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτροc ὅcτιc ἐνὶ Φρυγίηι διερὸc λίθοc ἐcτήρικται. ad Dianam celebrandam Callim. h. III u. 40 sqq.: βαῖνε δὲ κούρη λευκὸν ἐπὶ Κρηταῖον ὄροc . . ἔνθεν ἐπ' Ὠκεανὸν . . . χαῖρε δὲ Καίρατοc ποταμὸc μέγα. χαῖρε δὲ Τηθύc. in hymno IV de Apolline nascendo Callimachus narrat u. 255 sqq.: ὃ δ' ἔκθορεν αἳ δ' ἐπὶ μακρὸν νύμφαι Δηλιάδεc ποταμοῦ γένοc ἀρχαίοιο εἶπαν Ἐλειθυίηc ἱερὸν μέλοc, αὐτίκα δ' αἰθὴρ χάλκεοc ἀντήχηcε διαπρυcίην ὀλολυγήν . . . χρύcεά τοι τότε πάντα θεμείλια γείνατο Δῆλε χρυcῶι δὲ τροχόεccα πανήμεροc ἔρεε λίμνη, χρύcειον δ' ἐκόμηcε γενέθλιον ἔρνοc ἐλαίηc, χρυcῶι δὲ πλήμυρε βαθὺc Ἰνωπὸc ἑλιχθείc. Theocrit. XXII u. 17 sqq. de Dioscuris: ἀλλ' ἔμπαc ὑμεῖc γε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νᾶαc . . αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι λιπαρὰ δὲ γαλήνα ἄμ πέλαγοc.[1]) huc referendi sunt Lucretii de Venere uersus 6 sqq. l. I: *te dea te fugiant, te nubila caeli aduentumque tuum tibi suauis daedala tellus summittit flores, tibi rident aequora ponti placatumque nitet diffuso lumine caelum.* Vergil. eclog. IV u. 50 sqq.: *aspice conuexo nutantem pondere mundum, terrasque tractusque maris caelumque profundum, aspice, uenturo laetentur ut omnia saeclo!* Mesomed. h. II u. 1 sq. (= Script. Mus. Ian X 7): εὐφαμείτω πᾶc αἰθὴρ γῆ καὶ πόντοc καὶ πνοαὶ οὔρεα τέμπεα cιγάτω ἦχοι φθόγγοι τ' ὀρνίθων. μέλλει γὰρ πρὸc ἡμᾶc βαίνειν Φοῖβοc. et u. 17 sq.: cοὶ μὲν χορὸc εὔδιοc ἀcτέρων κατ' Ὄλυμπον ἄνακτα χορεύει. Himer. in orat. XIII Basilii proconsulis aduentum cum Dionysi dei comparat his uerbis 7 sq.: ὅτε καὶ τὴν γῆν λόγοc οἷον αἰcθανομένην τῆc ἐπιδημίαc αὐτοῦ, ῥεῖν μὲν μέλι καὶ γάλα καὶ ποταμούc τιναc αὐτοῦ τοῦ νέκταροc Σατύροιc τε καὶ Βάκχαιc ἀρύεcθαι καὶ μειδιᾶν μὲν ὁμοῦ ἡδύ τι καὶ χρυcαυγέc, πορφύρειν δὲ ὅλην τοῖc ἄνθεcιν ὅπωc ἂν ἔχοι cκιρτᾶν τε καὶ ἀθύρειν ἐπ' αὐτῶν ὁ θεόc. Himer. eclog. XVIII 2 de Venere e mari descendente: τὰc ὠδῖναc ταύταc . . μυcτικοὶ λόγοι κρύπτειν κελεύουcι. καὶ ἔδει γὰρ λοιπὸν ἐκκυηθῆναι τὴν δαίμονα. ἵcταται μὲν εὐθὺc καὶ γαλήνην ἡ θάλαττα κύμαcι περὶ τὸν τόκον πορφύρουcα. Nonnus de Dionysi aduentu narrat Dionys. XLIV 6 sqq.: καὶ κρήνη . . κελάδηcεν, ὅπη χθονὸc ἄκρον ἀράξαc ὑγρὸc ὄνυξ ἵππειοc ἐπώνυμον ἔγλυψεν ὕδωρ. Ἀcωπὸc δ' ἐχόρευε πυρίπνοα χεύματα cύρων καὶ προχοὰc ἐλέλιξε. cὸν Ἰcμηνῷ δὲ τοκῆι κύκλαδαc αἰθύccουcα ῥοὰc ὠρχήcατο Δίρκη. et XLVII 13 sqq.: Ἰλλιccὸc δ' ἐλέλιζε περὶ πτόλιν ἔμπνοον ὕδωρ κυδαίνων Διόνυcον. ὁμοζήλῳ δὲ χορείῃ Εὔιον ἐκρούοντο μέλοc Κηφιcίδοc ὄχθαι κ. τ. λ. Claudianus de consul. Stilich. (XXI) u. 84 sq.

1) imitatus est Horat. carm. I 12, 27.

Serenae ac parentum egressum celebrat: *tunc et Solis equos, tunc exsultasse choreis astra ferunt, mellisque lacus et flumina lactis erupisse solo.* liceat autem finire hanc exemplorum seriem Synesii episcopi uersibus quos de Christo uictore iisdem fere coloribus usus cantat h. IX 30 sqq.: ἀνιόντα cε.. τρέcεν ἔθνεα δαιμόνων.. θάμβηcε.. χορὸc.. ἀcτέρων, αἰθὴρ.. γελάccαc.. μείδηcεν Ἑωcφόροc.

Peruentum est denique ad ea quae de ultima carminum parte disserenda uidentur preces fere semper continente. atque illa quidem hoc loco monenda sunt, primum quibus formulis ad preces emittendas transitus fiat, deinde quibus ipsae uerbis exprimantur, denique quaenam his addi soleant et adici quo efficaciores preces fiant ad ea quae petuntur impetranda.

Ad preces autem transitur uocula νῦν; h. Orph. III 12. XXI 6. XLIV 10. L 10. plerumque ἀλλά[1]): h. Orph. VI 10. X 29. XI 21. XXV 10. XLVIII 5. LXII 10. LXXVIII 13. LXXXVII 10. al. h. Delph. Bull. XVIII u. 35: ἀλλ' ὦ Φοῖβε cῶιζε. hym. Delph. Cr. p. 5 u. 41: ἀλλ' ὦ... ἐξαβρύνων ἐφέποιc cf. Crusium p. 16 sq. ib. p. 33 u. 11: ἀλλ' ἰὼ, γέενναν[αὐτὰν τ' ἐ]πε[υχαῖc cε Λ]ατ[οῖ κλείζωμεν. ib. p. 90 II u. 1. ἀλλ' ὦ] δεcπότι. cf. h. Hom. I u. 165. XX 8. al. Theogn. u. 341: ἀλλὰ Ζεῦ τέλεcον. u. 781: ἀλλὰ cὺ Φοῖβε ἵλαοc.. φύλαττε. Himer. orat. XVIII 5: ἀλλ' ὦ μουcικὲ Ἄπολλον. Menandr. (Rhet. Gr. Sp III p. 445) l. 26: ἀλλ' ὦ Σμίνθιε καὶ Πύθιε. Procli h. I u. 33. II 14. III 10. IV 13. V 2.

precandi uero uerba haec sunt usitatissima: αἰτοῦμαι h. Orph. LXXXVII 11. ἵλαμαι h. Hom. XXI 5. λίτομαι h. Orph. I 9. V 6. X 29. XXI 6. al. h. Hom. XVI 5. XIX 48. Sapphus carm. I 2. Procl. h. VI 8, 11. VII 45. atque id inprimis cupiunt ut benigne descendant numina, his fere locutionibus: βαῖνε γεγηθώc h. Orph. VI 10. ἔλθοιc.. καλῷ γήθουcα προcώπῳ h. Orph. XVI 10. ἐλθὲ γεγηθυίαιc πραπίδεccι h. Orph. XLVII 6. cf. LV 16. LXXV 4. ἐλθὲ εὐάντητοc h. Orph. XXXVI 14. XLI 10. al. παρεῖναι.. κεχαρηότι θυμῷ h. Orph. I 10. XXXI 7. LI 17. h. Delph. Bull. XIX u. 39: εὐμενεῖc μόλετε. Bull. XIX u. 11: ἴθι cωτὴρ εὔφρων. Cr. p. 5 u. 45. χαρεὶc.. ἐφέποιc. h. Hom. V 494: πρόφρονεc.. ὀπάζειν. XXII 7: εὐμενὲc ἦτορ ἔχων.. ἄρηγε. XXIV 4: ἐπέρχεο εὐμενέουcα. XXIX 9: ἵλαοc ὢν ἐπάρηγε. XXX 18: πρόφρων.. ὄπαζε. Anacr. II 6: εὐμενὴc ἔλθ' ἡμῖν. Sapph. c. I u. 13 sq. τὺ δ' ὦ μάκαιρα, μειδιάcαιc' ἀθανάτῳ προcώπῳ, ἤρε'. Procl. h. VII 5: δέχνυcο.. εὔφρονι θυμῷ. etiam illud haud raro inuenitur quod dei eorum admonentur quae

1) hanc exitus incipiendi formulam fuisse Eustathius adnotat ad Il. p. 239, 19: ἰcτέον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ἀλλ' ἄναξ... ἀρχή τις ἐξοδίου κιθαρῳδικοῦ τὸ ἀλλὰ ἀλλ' ἄναξ. ὡc ἱcτορεῖ Αἴλιοc Διόνυcοc.
Hesych. ἀλλ' ἄναξ: ἐξόδιον κιθαρῳδικοῦ.
Zenob. V 99: Σὺν δὲ θεοὶ μάκαρεc. τοῦτο ἐπιλέγουcιν οἱ ῥαψῳδοὶ ὡc καὶ οἱ κιθαρῳδοί. ἀλλ' ἄναξ μάλα χαῖρε.

iam antea bene fecerunt[1]); quorum memores nunc quoque ferant auxilium quod antea aliis in occasionibus contulerint. in hunc dicta sunt sensum h. Orph. II uerba u. 12 sq.: Ἄρτεμις Εἰλείθυια καὶ ἡ σεμνὴ Προθυραία, κλῦθι μάκαιρα .. καὶ σῷζ' ὥσπερ ἔφυς αἰεὶ σώτειρα προπάντων. cuius generis uersus conferantur Hom. Il. X 278 sq. cum Vlixes Mineruam sic comprecetur: ἥ τέ μοι αἰεὶ ἐν παντέσσι πόνοισι παρίστασαι.. νῦν αὖτε μάλιστά με φῖλαι Ἀθήνη.[2]) ita Sappho deam ut antea ita nunc quoque benigna adsit dextraque, admonet c. I 5 sq.: αἴ ποτα κἀτέρωτα τᾶς ἔμας αὔδως .. ἔκλυες .. (u. 25) ἔλθε μοι καὶ νῦν.

Nec uero in his tantum uerbis formulisque precandi illius carminum ultimae partis uersus uersantur, amplificantur etiam haud ita raro adiectis quibusdam, ex quibus ut sunt haec eadem precationum legitimarum propria, quanta sit affinitate coniuncta haec hymnorum pars cum precationibus Graecorum legitimis clare intellegi potest. repetuntur enim deorum epitheta non pauca, repetuntur sedes quibus inprimis illi fouent, repetuntur ea quae de illorum propaginibus siue parentibus siue filiis narrari solent, ut complectendo ita breuiter quaecumque prioribus carminis uersibus ad deorum laudes efferendas allata sunt tamquam ultimus capiatur impetus collectis omnibus copiis subsidiisque in oppugnandos deorum animos atque flectendos.

h. Orph. III 12 sq. νῦν δὲ μάκαιρ' ὦ Νύξ, πολυόλβιε, πᾶσι ποθεινή, εὐάντητε .. ἔλθοις. VI 10: ἀλλά, μάκαρ, πολύμητι, πολύσπορε βαῖνε IX 11: ἐλθὲ μάκαιρ' εὔφρων εὐάστερε. XI 21: ἀλλὰ μάκαρ, βακχευτά, φιλένθεε, βαῖνε. XVI 9: ἀλλὰ μάκαιρα θεὰ πολυώνυμε παμβασίλεια ἔλθοις. XXVII 11: ἔρχεο πρὸς τελετήν, ὦ πότνια, τυμπανοτερπές, πανδαμάτορ, Φρυγίης σώτειρα, Κρόνου συνόμευνε, Οὐρανόπαι, πρέσβειρα βιοθρέπτειρα, φίλοιστρε, ἔρχεο. XLIV 10: νῦν σέ, θεά, λίτομαι, κούρη Καδμηίς, ἄνασσα. XLV 7: ἐλθέ, μάκαρ σκιρτητά. XLVII 6: ἐλθέ, μάκαρ, βακχευτά. XLVIII 5: ἀλλά, μάκαρ, Φρυγίης μεδέων, βασιλεύτατε πάντων. LIII 8: ἀλλὰ, μάκαρ, χλοόκαρπε, κερασφόρε, κάρπιμε Βάκχε, βαῖν'. LXIV 12: ἀλλά, μάκαρ, πάντιμε, φερόλβιε, πᾶσι ποθεινέ. LXIX 12: ἀλλά, θεαὶ Μοῖραι, ὀφιοπλόκαμοι, πυλύμορφοι. LXXXIII 6: κλῦθι, μάκαρ, πολύολβε, θεῶν ἅγνισμα μέγιστον, τέρμα φίλον γαίης, ἀρχὴ πόλου, ὑγροκέλευθε, ἔλθοις. hym. Delph. Cr. p. 5 u. 41 sqq. ἀλλ' ὦ Παρνασσοῦ γυάλων εὐδρόσοισι Κασταλίας να[σ]μοῖς σὸν δέμας

---

1) cuius consuetudinis testimonium licet afferre lucidissimum Philochori fragm. 175 (F. H. G. Müller I) ap. Natal. Comit. I 9 p. 36: *erant autem cantilenae in sacris nihil aliud, quam commemorationes eorum beneficiorum, quae dii ipsi in homines benigni contulerant, cum uirium ipsorum deorum et clementiae et liberalitatis amplificatione, et cum precibus, ut benigni ac faciles precantibus accederent, ut ait Philochorus in lib. de sacrificiis.*

2) de locis Homericis cf. quae breuiter exponuntur a Naegelsbachio *Homerische Theologie* I p. 215.

ἐξαβρύνων ἰὴ ἰὲ Παιὰν.. ἐφέποις. Cr. p. 90 II u. 1. ἀλλ' ὦ] δεσπότι Κρησίω[ν πρώνων ἁγνὰ][1] h. Hom. IV 292: χαῖρε, θεά, Κύπροιο ἐϋκτμένης μεδέουσα. V 490 sqq. ἀλλ' ἄγ' Ἐλευσῖνος.. δῆμον ἔχουσαι καὶ Πάρον.. Ἀντρῶνά τε.. πότνια, ἀγλαόδωρ', ὡρηφόρε, Δηοῖ ἄνασσα, αὐτὴ, καὶ κούρη περικαλλὴς Περσεφόνεια, πρόφρονες.. ὀπάζειν. VI 19 sq.: χαῖρ' ἑλικοβλέφαρε, γλυκυμείλιχε· δός. XXX 17 sq.: χαῖρε, θεῶν μήτηρ, ἄλοχ' Οὐρανοῦ ἀστερόεντος, πρόφρων.. ὄπαζε. XXXII 17 sq.: χαῖρε, ἄνασσα, θεὰ λευκώλενε, δῖα Σελήνη, πρόφρον, ἐϋπλόκαμος. huc referendum est quod in Elearum carmine in Dionysum haec bis repetuntur: ἄξιε ταῦρε, ἄξιε ταῦρε. hunc secutus morem Aelius Aristides orationis in Iouem hunc fecit finem (uol. II or. XLIII 29 sqq.): Ζεὺς πάντων πατὴρ[καὶ ποταμῶν] καὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς.. οὗτος ἁπάντων εὐεργέτης καὶ δίκαις νίκην διδοὺς Ἀγοραῖος κέκληται, ἐν δὲ μάχαις Τροπαῖος, ἐν δὲ νόσοις καὶ πᾶσιν καιροῖς βοηθῶν Σωτήρ, οὗτος Ἐλευθέριος, οὗτος Μειλίχιος — εἰκότως, ἅτε καὶ πατήρ — οὗτος Βασιλεύς, Πολιεύς, Καταιβάτης, Ὑέτιος, Οὐράνιος, Κορυφαῖος.. quibus exemplis addere iuuat quae Menander composuit finiente oratione quam in Apollinem speciminis causa confecit (Rhet. Gr. Sp. III p. 445 l. 26 sqq.): ἀλλ' ὦ Σμίνθιε καὶ Πύθιε.. ποίαις σε προσηγορίαις προσφθέγξομαι; οἱ μὲν σε λύκειον λέγουσιν, οἱ δὲ Δήλιον, οἱ δὲ Ἀσκραῖον, ἄλλοι δὲ Ἄκτιον, Λακεδαιμόνιοι δὲ Ἀμυκλαῖον, Ἀθηναῖοι πατρῷον, Βραγχιάτην Μιλήσιοι, πᾶσαν πόλιν καὶ πᾶσαν χώραν καὶ πᾶν ἔθνος διέπεις..... Μίθραν σε Πέρσαι λέγουσιν, Ὧρον Αἰγύπτιοι... Διόνυσον Θηβαῖοι, Δελφοὶ δὲ... Ἀπόλλωνα καὶ Διόνυσον λέγοντες.. Χαλδαῖοι δὲ ἄστρων ἡγεμόνα λέγουσιν κ. τ. λ.

Ita quae mihi hoc priore capitulo expedienda proposueram expediui. his siquidem satis probe stabilita uidentur atque fixa, quasi fundamentis nisi iam altero capitulo ad cantica quaedam Sophoclis Aristophanis Euripidis pertractanda aggrediamur eaque singulorum singula, quibus in condendis hymnos sacros in Dionysum siue qui a sacerdotibus publicis recitabantur siue quibus sectarum quarundam priuatarum sodales utebantur imitando expressisse illi uidentur.

---

1) uerba quae secuntur κ]αὶ ναέτας Δελφῶν ualde dubito rectene Crusius p. 88 iudicauerit ad Apollinem esse referenda comparato hymni Delphici Cr. p. 4 u. 2: ναίων Δελφίδ' ἀμφὶ πέτραν. nam quod ille quo haec coniectura confirmaretur apud Isyllum u. 2 ἀείσατε λαοί, ζαθέας ἐνναέτα[ν] τᾶσδ' Ἐπιδαύρου legendum esse dixit contra Wilamowitzii ἐνναέτα[ι] (quod ad λαοί referas), assentiri nequeo. immo formulam illam legitimam esse ἐνναέται.. Ἐπιδαύρου ut Wilamowitzius ex C. I G. 1167 intellexit (cf. *Phil. Unters.* IX p. 14) ita ex hymni Delphici in *Bull.* uol. XVIII editi u. 38 clare perspicitur: καὶ ναέτας Δελφῶν τ[ημελεῖθ' ἅμα τέκνοις συμ]βίοις. quae uerba si cum uersu illo fragmenti Delphici unde progressi sumus comparantur, nescio an quid profici possit de contextu illo recte intellegendo restituendoque.

Caput II.

In Sophoclis Antigona quae inscribitur fabula iam eo peruentum est ut Creontem uerbis Tiresiae perterritum paeniteret ita crudeliter in Antigonam saeuisse. itaque seruos mittit, ipse properat ne quod fieri iussit peragatur. senes autem Thebani permixtis animis ancipiti spe et metu qui remanserunt Dionysum comprecantur Thebarum deum ipse ut auxilio ueniat suosque seruet (u. 1115 sqq.).

Perquirentibus autem his in uersibus componendis quantum Sophocles hymnorum sacrorum linguam sollemnem reddiderit eorumque obseruauerit componendi rationem atque consuetudines, quoniam in Dionyso celebrando uersatur, ex iis quae priore capite ad illustranda hymnorum sacrorum propria collegimus illa quidem quae ex hymnis in Dionysum confectis petita sunt uel maxime ut comparentur adhibenda esse ipsae res docent. sed etiam ea quae saeculi licet III p. Chr. n. Menander rhetor de hymno in Apollinem Smyntheum conscribendo tradidit praecepta non nihil praebent utilitatis ad eas in quibus elaboramus quaestiones pertractandas: eandem enim rem agit quam hoc carmine Sophocles: Smynthae ut ille orationem in Apollinem Smyntheum scribendam sibi proposuit ita hic senes Thebanos inducit Thebanorum deum celebrantes Dionysum.

Sed ut ordine ac uia procedat haec disputatio, primum quidem de carminis totius compositione deinde de sententiarum ipsarum et genere et structura tum de uerborum electione denique quibus opinionibus de Dionyso doctrinisque poeta usus qualem acceperit deum disserendum erit.

Atque ut inde ordiar quod primum perquirendum proposui, si de carminis compositione uidemus, ipsis iis uerbis quibus carmen incipitur illud hymnorum sacrorum proprium comprobari inuenimus quod cum ipse deus inuocetur, quam plurima congeruntur epitheta cognomenta alia quibus qualis ille sit quantaque potestate describitur. nam quod πολυώνυμος Dionysus uocatur, hoc ad sollemnis dicendi generis usum et morem diligenter recteque a Sophocle obseruatum reuocandum esse illustrare licet exemplis his ex pag. 221 sqq. huc repetendis.

h. Hom. XXVI u. 1: κιccοκόμην Διόνυcον ἐρίβρομον. Pind. fr. 45 u. 11 sq. τὸν κιccοθαλέα Θεόν, Βρόμιον ὄντ' Ἐριβόαν τε βροτοὶ καλέομεν. hym. Delph. Bull. XIX 1 sqq. ἄνα Δ]ιθύραμβε Βάκχ' ε[ὔιε θυρcῆ]ρες βραϊτά, Βρόμιε. Arrian. anab. V 2, 6 Macedones narrat celebrasse ἐφυμνοῦντας τὸν Διόνυcον καὶ τὰς ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλοῦντας. Ouid. metam IV u. 11 sqq. *Bacchumque uocant Bromiumque Lyaeumque Ignigenamque satumque iterum solumque bimatrem, additur his Nyseus indetonsusque Thyoneus et cum Lyaeo genialis consitor uuae Nycteliusque Eleleusque parens et Iacchus et Euen et quae praeterea per Graias plurima gentes nomina, Liber, habes.*

h. Orph. XXX u. 1—5:
κικλήσκω Διόνυσον ἐρίβρομον, εὐαστῆρα,
πρωτόγονον, διφυῆ, τρίγονον, Βακχεῖον ἄνακτα,
ἄγριον, ἄρρητον, κρύφιον, δικέρωτα, δίμορφον,
κισσόβρυον, ταυρωπόν, ἀρήιον, εὔιον, ἁγνόν,
ὠμάδιον, τριετῆ, βοτρυηφόρον, ἐρνεσίπεπλον.

cf. praeterea h. Orph. XLV u. 1—2. XLVI u. 1—2. L u. 1—9. LII u. 1—12. LIII u. 1. luculentissimum autem specimen uersus sunt anonymi hymni in Dionysum (= Orph. ed. Abel p. 284) uiginti sex nihil continentes nisi epitheta secundum litterarum ordinem disposita. quibus adiungere licet quae eodem amplificandi studio permotus rhetor ille in exordio orationis in Apollinem Smyntheum conficiendae posuit haec: ὦ Σμίνθιε Ἄπολλον, τίνα σε χρὴ προσειπεῖν; πότερον ἥλιον .. ἢ νοῦν ... ἢ πότερον .. δημιουργὸν ἢ πότερον .. δύναμιν ..;

Ac uerba Καδμείας νύμφας ἄγαλμα καὶ Διὸς βαρυβρεμέτα γένος quibus quo genere deus natus sit explicatur quod illud proxime secuntur epithetum πολυώνυμος, hoc loco collocata esse obseruanter reseruata communi hymnorum consuetudine quam pag. 226 sq. illustrauimus quis est qui non uideat?

quam comprobat rhetor ille cum cognominibus enumeratis sic pergat (Rhet. Gr. Sp. III p. 438 l. 29): εἶτα ἐρεῖς κεφάλαιον μετὰ τὸν ὕμνον δεύτερον, τὸ γένος. cf. hym. Homer. VII u. 1: Ἀμφὶ Διώνυσον Σεμέλης ἐρικυδέος υἱόν. XXVI u. 1 sq.: κισσοκόμην Διόνυσον .. Ζηνὸς καὶ Σεμέλης .. ἀγλαὸν υἱόν. h. Hom. XXXIV 1—5. h. Delph. Bull. XIX u. 6 sq.: [ὅ]ν Θήβαις πότ' ἐν εὐίαις Ζη[νὶ γείνατο] καλλίπαις Θυώνα. h. Orph. XXX u. 6 sq. Διὸς καὶ Φερσεφονείης ἀρρήτοις λέκτροισι τεκνωθείς. h. Orph. L u. 1. κλῦθι, μάκαρ, Διὸς υἷ', ἐπιλήνιε. Ael. Arist. or. XLI 3 in Dionysum: Ζεὺς Σεμέλῃ συγγίγνεται κ. τ. λ.

Versibus qui secuntur loca enumerantur in quibus inprimis Dionysus colendus haberi dicitur. nominantur autem Italia Eleusis Thebae Parnassus mons Nysa Thebae.[1]) hanc quoque esse hymnorum consuetudinem exemplis pag. 227 sqq. collectis statuimus. quem morem ea ratione secutus est Sophocles quam primariam esse atque genuinam pag. 230 expositum est. namque in eum sensum sedes hic nominantur ut quam maxima illustretur Dionysi potestas eiusque laudes luculentissime appareant.

nec uero praetermisit poeta quin quanto maiore studio et amore quam alias deus Thebas urbem coleret atque adiret, senes Thebanos his uerbis faceret gloriantes: τὰν ἐκ πασᾶν τιμᾷς ὑπερτάταν πόλεων.

quod idem studet efficere rhetor cum quoniam nonnullorum fecit locorum mentionem, haec sequantur uerba (Rhet. Gr. Sp. III p. 439 l. 25 sq.): μετὰ ταῦτα ἐρεῖς ἐγκώμιον τῆς χώρας ὅτι εἰκότως δὲ τὴν ἡμετέραν χώραν ἠγάπησεν ὁ θεός. in eandem sententiam Sironis illa uerba intellegenda sunt: ἐξόχως ... ἄρχων σε τιμαῖσι γεραίρει.

---

1) qua in serie ne id neglegas quod binis locis enumeratis finem singularum stropharum faciunt Thebae. Thebis enim res agitur, senes Thebani hymnum cantant.

Consumuntur ita stropha et antistropha, haec quidem non tota. reliquis autem uersibus preces emittuntur. neque desunt in hac carminis ultima parte ea propria in quibus hymnorum uersus ultimos saepissime uersari pag. 235 sq. uidimus. in his primum posuerim illud quod epitheta congeruntur, inter quae ne illud neglegas quo dei genus exprimitur: χοράγ᾽ .. ἐπίϲκοπε .. παῖ Διὸϲ γένεθλον.[1])

sic in mulierum Elearum illo carmine ἄξιε ταῦρε, ἄξιε ταῦρε repetitur. h. Orph. XLV 7. ἐλθέ, μάκαρ, ϲκιρτητά. XLVII 6: ἐλθέ, μάκαρ, βακχευτά. sic etiam rhetoris illius oratio in Apollinem Smyntheum iisdem fere epithetis quae initio p. 438 l. 11 sq. deo tribuuntur p. 445 l. 26 sqq. repetitis finitur precibus.

Deinde ne uerba quidem καὶ νῦν . . . μολεῖν ab hymnorum dicendi usu aliena esse atque remota iudices, formulam quandam iis reddi sollemnem ex iis elucet quae p. 234 sq. conscripsi de more illo precantium quibus magis ualere preces uidebantur si deos eorum admonebant beneficiorum quibus prioribus datis occasionibus beneuolentiam demonstrassent.

Ac τόπον quendam esse in hymnis sacris quo deorum potestas honoresque ita illustrentur ut describatur, deus siue cum nascatur siue cum uenerantium precibus commotus benigue appropinquet, omnem mundam pauore quodam perfundi uenerabili, maria atque terras summo gaudio affectas saltare turbari moueri pag. 231 sqq. uidimus.

hinc et Naekius *ind. lect. Bonn.* aest. 1822 et Lobeckius Aglaophami p. 218 sq. repetendam esse docuerunt rationem uerborum ἰὼ πῦρ πνειόντων χοράγ᾽ ἄϲτρων. quibus quanta laetitia ipsae stellae aduentu Dionysi afficiantur ita exprimi censent ut saltare illae dicantur cum choro bacchico deo ipso duce.[2])

---

1) ὦναξ si quis suspicatur his epithetis addendum esse, hanc Bergkii coniecturam non comprobo, quamquam omnes fere in contextum recipiendam eam esse iudicasse uidentur. (sed cf. Maurerum *Die Cantica der Antigona.* Progr. Worms 1892 p. 20 qui Νάξιε scribendum et ἁ πάνδαμοϲ πόλιϲ proposuit). sed ne opus est quidem ut codd. lectionem Ναξίαιϲ ἅμα περιπόλοιϲ mutemus. nam quod metri rationibus eam refutari dicunt, iam Wexius a. 1829 recte mihi iudicasse uidetur transpositis uerbis πόλιϲ πάνδαμοϲ omnes tolli difficultates, quem mirum quantum neglexerunt qui post eum hanc fabulam edendam curauerunt. haec autem explicandi causa addidit: *Haud scio an a librariis propterea transposita sint, quia alias constans est dictio* πάνδημοϲ πόλιϲ *cf. supra u. 7.*

2) refutanda est enim quam scholiasta et Eustathius ad Il. V p. 514, 45 proferunt sententia κατά τινα μυϲτικὸν λόγον (λῆρον Eust.) illa uerba intellegenda esse. quamquam Boeckhius quidem alii cum his facere maluerunt quam illam Naekii Lobeckiique interpretationem accipere; sed quaenam esset illa doctrina mystica uel potius qualem illi quidem ueteres interpretes intellexisse uiderentur aut quid sentirent, ne uno quidem uocabulo explicuerunt. attamen uix dubitari potest quin de tali fere illi cogitauerint sententia qua Orphicos usos esse Macrobius testatur sat. I 18, 12 (= fr. Orph. 167 Abel): *Orpheus quoque Solem uolens intellegi ait inter cetera*: . . . (u. 3) ὃν δὴ νῦν καλέουϲι Φάνητά τε καὶ Διόνυϲον . . (u. 6) . . . Διώνυϲοϲ δ᾽ ἐπεκλήθη et Eleos ex Etym. m. cog-

quo cum uerborum sensu ex iis quae p. 232 sqq. congessimus haec inprimis comparentur uelim quae h. Delph. Bull. XIX u. 8 sq. de Dionyso nascendo dicuntur: πάντες δ' [ἀςτέρες ἀγχ]όρευςαν πάντες δὲ βροτοὶ χ[άρηςαν ςαῖς Β]άγχιε γένναις. et u. 14 sqq. de deo urbes suas ingrediente: ἦν, τότε βακχίαζε μὲν χθὼ[ν μεγαλώνυμός] τε Κάδμου Μινυᾶν τε κόλπ[ος Αὔγε]ιά τε καλλίκαρπος· εὐοῖ ὦ ἰὲ Β[άκχ' ὦ ἰὲ] Παιάν. πᾶςα δ' ὑμνοβρύης χόρευε[ν Δελφῶ]ν ἱερὰ μάκαιρα χώρα. αὐτὸς δ' ἄςτε[ϊ ςὸν δ]έμας φαίνων κ. τ. λ. Pind. fr. 75 u. 18 sq.: τότε βάλλεται ἐπ' ἀμβρόταν χθόν' ἐραταί, ἴων βόφαι, ῥόδα τε κόμαιςι μίγνυται ἀχεῖ τ' ὀμφαὶ μελέων ςὺν αὐλοῖς κ. τ. λ. Himer. orat. XIII 7: ὅτε καὶ τὴν γῆν λόγος οἷον αἰςθανομένην τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ, ῥεῖν μὲν μέλι καὶ γάλα καὶ ποταμούς τινας αὐτοῦ τοῦ νέκταρος κ. τ. λ. Nonn. Dionys. XLIV 6 sqq. καὶ κρήνη κελάδηςεν . . . 'Αςωπὸς δ' ἐχόρευε πυρίπνοα χεύματα ςύρων καὶ προχοάς ἐλέλιξε. ςὸν 'Ιςμηνῷ δὲ τοκῆι κύκλαδας αἰθύςςουςα ῥοὰς ὠρχήςατο Δίρκη. XLVII 3 sqq. 'Ιλιςςὸς δ' ἐλέλιζε περὶ πτόλιν ἔμπνοον ὕδωρ κυδαίνων Διόνυςον. ὁμοζήλῳ δὲ χορείῃ Εὔιον ἐκρούοντο μέλος Κηφιςίδες ὄχθαι. atque alio quoque loco Sophocles de eadem re cogitasse uidetur: Antig. u. 153 ὁ Θήβας ἐλελίχθων Dionysus uocatur.

In eligendis igitur iis quae huic carmini insereret et in disponendis Sophoclem uel maxime hymnorum sacrorum similitudinem imitando respexisse satis mihi uidetur expositum esse; sed etiam in eligendis uerbis eum ex linguae sollemnis copia hausisse uocesque adhibuisse sacras et quae consuetudine sacrali constitutae essent nunc iam disserendum uidetur.

Sic πολυώνυμος in hymno quoque Orphico XLII 2 epithetum est Dionysi, praeterea XLV 2, L 2, LII 1. ex iis autem est cognominibus quae saepissime occurrunt fere omnibus tributa deis. h. Orph. X 13 Physis Χαρίτων πολυώνυμε πείθω dicitur. XI 10 Pan πολυώνυμε δαῖμον uocatur. XVI 9 Iuno. XXXVI 1 Diana. LIX 2 Parcae. al. hym. mag. III (Orph. Abel p. 290) u. 23: ὦ 'Εκάτη πολυώνυμε h. mag. V u. 31 Luna πολυώνυμε appellatur. cf. hym. Hom. V 18: (Πολυδέγμων) . . Κρόνου πολυώνυμος υἱός, repetitur u. 32.

Semela autem Καδμεία νύμφα dicitur. similiter in h. Orph. XLIV 1 κούρην Καδμηίδα bubulcus uocat. animaduertas similem locutionem in h. Delph. Cr. p. 4 u. 5: Κοίου κόρας (adiecto nomine Λατοῦς) filius Apollo celebratur, in h. Orph. LVII 4: Παφίης κούρης (nomine addito 'Αφροδίτης) Mercurius filius est.

Semelae uero filium esse deum uerbo ἄγαλμα exprimitur. de hoc uocis usu qui hymnorum sacrorum proprius esse uidetur cf. h. Delph.

---

noscitur: Διόνυςος· . . . . παρὰ γὰρ 'Ηλείοις ὁ αὐτὸς τῷ ἡλίῳ νομίζεται. inde commoti de Sole illa uerba intellegentes quod Dionysum siderum ducem nominatum esse censebant, cui mirum? hoc fere modo illa scholiastae et Eustathii uerba recte intellegi mihi uidentur satisque explicita. at in Sophocle poeta quinti a. Chr. n. saeculi nihil ea ualere uix opus est ut moneam. namque tales doctrinas quibus complures dei in unum confunderentur posteriorum demum fuisse temporum Graecorum nemo nescit.

Cr. p. 4 u. 6: Κοίου τε κόρας Λατοῦς σεμνὸν ἄγαλμα καὶ Διός. fere eadem uerba in Culice quod uocatur carmen latine leguntur u. 11: *Latonae magnique Iouis decus.* eadem uox in h. Orph. IX occurrit u. 9: νυκτὸς ἄγαλμα de Luna. cf. Horat. c. s. u. 2: *lucidum caeli decus.* apud Himerium in paraphrasi Sapphus carminis[1]) legitur orat. I 20: Νύμφα Παφίης ἄγαλμα κάλλιστον.

Regnare deum in Italia in ualle Eleusinia Thebis ut exprimeret, poeta uerbis ἀμφέπειν μέδειν ναίειν usus est. ex iis sunt quae frequentissime de deorum cura ac regno dicuntur. ἀμφέπειν: scol. 3 (Bgk.[4]): Ὀλυμπίαν ἀείδω Δήμητρα .... χαίρετον, εὖ δὲ τάνδ᾽ ἀμφέπετον πόλιν, cf. etiam Apollon. Argonaut. I 571. Ἄρτεμιν ἣ κείνας σκοπιὰς ἁλὸς ἀμφιέπεσκεν. eodem modo διέπειν et ἐφέπειν usurpantur. h. Delph. Cr. p. 5 u. 47: σῴζων ἐφέποις ἡμᾶς quocum Deubnerus *De incubat.* p. 53 collocauit Eur. Iph. Taur. 1247: ἄμφεπε μαντεῖον χθόνιον. in hymno Orph. XXXII Dieterichius *de h. Orph.* p. 27, 3 restituit u. 4: ἣ διέπεις ὄχθων ὑψηχέας ἀκρωρείας. licet comparare Pseud. Aristotel. de mundo 6 p. 399 A 18: ἐπὶ τοῦ τὸ σύμπαν διέποντος θεοῦ.

μέδειν uerbi inprimis participium inuenitur. cf. Il. Π 222. XVI 234 al. hym. Hom. III 2. IV 292. X 4. XVIII 2. Alc. fr. 5. Melanipp. 6. Pind. fr. 95. 1. Callim h. IV 5. h. Orph. X 14. XLVIII 5. LXXIV 3. sed adnotandum uidetur his locis genetiuum locorum nominum positum esse. quem uerbi usum Sophocles cum hoc loco neglegeret — legitur ὃς μέδεις ... ἐν κόλποις — in fr. 342 N[2] seruauit u. 2: ἣ γλαυκᾶς μέδεις εὐανέμου λίμνας.

ναίειν de dis loca quaedam tenentibus dicitur Il. Π 412. XVI 233 al. Hesiod. op. 8. Theogn. 757. Castorion. 2. h. Delph. Bull. XVIII 1. h. Delph. Cr. p. 4 u. 2. p. 34 u. 11. h. Orph. XIII 8. XVII 3. XL 6. LXXV 2.

uerba Βακχεῦ Βακχῶν scholiasta nescio an recte ita coniunxerit ut μητρόπολιν· τὴν πόλιν τῆς μητρός σου esse explicaret. cf. etiam Eustathii uerba ad Od. A p. 1391: οὕτω τις ἔφη τὰς Θήβας Διονύσου μητρόπολιν, ἤγουν πόλιν τῆς ἐκείνου μητρὸς Σεμέλης. namque in Isylli quoque hymno haec uox in eundem intellegenda est sensum proprium u. 23: χαίρεν Ἀσκλαπιὲ τὰν σὰν Ἐπίδαυρον ματρόπολιν αὔξων. cf. Wilamowitzium *Philol. Unters.* IX p. 17. Baunackium *Studien* I p. 158.

uerbum εὐάζειν de choris bacchicis usitatum esse scholiastam ipsum non fugit. cf. eius uerba: εὐαζόντων. ὑμνούντων μετὰ εὐφημίας εὐοῖ λεγόντων ὅς ἐστιν ὕμνος Διονύσου. Diodor. IV 3: Διὸ καὶ παρὰ πολλαῖς τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ... ταῖς παρθένοις νόμιμον εἶναι θυρσοφορεῖν καὶ συνενθουσιάζειν εὐαζούσας καὶ τιμώσας τὸν θεόν. Hesych. εὐάζει. θρηνεῖ καλῶς. ὑμνεῖ ... cf. h. Orph. XL 15. XLV 4. LIII 7. LIV 11. ἐπευάζουσα ἄνακτα LXXIX 9.

---

1) cf. Teuberum *Quest. Himer.* p. 17.

cum toto autem sensu uerborum ἀμβρότων ἐπέων εὐαζόντων ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς perbene conferuntur h. Delph. Bull. XIX u. 145 sqq.: ἐν δ' ἀγυι]αῖς ἅμα σὺγ[χόροισι]ν κ[ικλήσκετε] κισσ[οχ]αίταις ε[ὐοῖ ὦ ἰ]ὸ Βάκχ' ὦ ἰὲ [Παιάν].

Maenadum ταμίας Dionysus carmine finiente inuocatur. quae uox deis inprimis tribuitur. h. mag. II 2. 12 (= Orph. ed. Abel p. 288) Apollini. Soli Procl. h. I 2. Ioui Ael. Arist. orat. XLIII 29. Orco: Greg. Naz. (Christ. pat. 1926). Christo Synes. h. IX finiente.

de inuocandi uerbo μολεῖν cf. p. 221.

Vt his uocibus formulisque carmini illatis Sophocles uel optime hymnorum sacrorum sermonis colorem reddidit ita eorum dicendi rationes obseruantissime secutus est in sententiis condendis uerbisque inter se coniungendis colligendisque.

Ac primum monendum est quod in toto carmine ne uni quidem nomini apponitur articulus. quod proprium esse etiam sermonis hymnorum Delphicorum Crusius l. l. p. 20.[1]) 41, 51 constituit. quod comprobatur hymno Delphico Bull. XIX CII. uersibus nullum continente articulum.

Deinde sententia relatiua ὅς .. ἀμφέπεις .. μέδεις .. ναίων animaduertenda uidetur. est enim hymnorum sermonis proprium epithetis enumeratis sententiam sequi relatiuam qua sedes quas deus teneat uel ex quibus natus sit parentibus uel alia quaedam referantur. hym. Delph. Cr. p. 33 u. 2 ὅς .. προφαίνεις. p. 34 u. 2 αἵ .. λάχετε p. 34 u. 5 ὅς .. ἐπινίσεται p. 71 u. 4 αἵ .. κατελάχετε p. 71 u. 6. ὃν .. ἔτικτε. p. 83 fr. 8 u. 2. Ἀπόλλωνα .. ὅς .. h. Delph. Bull. XVIII 4. Πιερίδες αἵ .. ναίεθ' u. 6. Φοῖβον ὃν .. ἔτικτε u. 22. ἀλλ' ὅς .. ἔχεις. Bull. XIX u. 6. ὅ]ν ... Ζη[νὶ γείνατο. in hymnis Orphicis tales sententiae saepissime leguntur. cf. Dieterichium in mus. Rhen. uol. XLVIII p. 283. h. Orph. II 6. XXVII 5. XXIX 3. XXXVI 10: ὅς (ἥ) ... κατέχεις. ὅς (ἥ) .. ναίεις h. XVII 3. XL 6. LVI 10. LXXV 2. ἥ .. διέπεις h. XXVII 4. ὅς ... χαίρεις XXVIII 5. al. duae autem sententiae relatiuae leguntur h. XII 7. 11. XIV 2. 6. XVII 3. 7. XXVIII 5. 7. XXIX 3. 7. LVII 2. 5. LXXVIII 4. 7. LXXIX 3. 6. LXXXIII 3. 4. tres h. XIII 2. 4. 8. LXVI 2. 3. 6. quinque uero h. VIII 4. 6. 8. 11. 12. Hom. Il. I 37 = 451 κλῦθί μευ ἀργυρότοξ' ὅς Χρύσην ἀμφιβέβηκας. hym. Hom. I 178 ὃν .. τέκε VI 2 ἥ .. Κύπρου κρήδεμνα λέλογχεν. cf. praeterea XII 1. XIV 3. XXII 3: (Ἀμφὶ Ποσειδάωνα ... ἄρχομ' ἀείδειν) ... ὅς θ' Ἑλικῶνα

1) *Syntaktisch bemerkenswert ist die Thatsache, dafs Aristonoos den Artikel nahezu vollständig vermieden hat; ..... Das ist bekanntlich eine Eigentümlichkeit der höheren Lyrik* ... quam rem comprobauit ipse Telestis fragmentis. neque repugnant Theognidis uersus 1—18 Apollini Dianae Musis dedicati. in paeane a Ziebarthio (in *comment. Philol. Monac.* p. 1 sqq.) edito et 24 uersibus constituto unus tantum legitur articulus u. 4 Κορωνίδι τᾷ Φλεγυείᾳ. in tribus illis Mesomedis hymnis unus tantum positus est articulus h. VIII u. 19: ἃ τὰν μεγαλανορίαν βροτῶν νεμεσῶσα φέρεις.

καὶ εὐρείας ἔχει Αἰγάς. XXIV 1 Ἑστίη ἥτε.. ἀμφιπολεύεις. Anan. 1 Ἄπολλον ὅς.. ἔχεις. Theogn. 11 Ἄρτεμι.. ἣν Ἀγαμέμνων εἵσαθ'. 15 Μοῦσαι καὶ Χάριτες.. αἵ.. ἀείσατ'. Alc. fr. 5. 1 Κυλλάνας ὃ μέδεις. Alcaei fr. 9, 3 ἃ... ἀμφιβαίνεις. 5, 2. τὸν.. Μαῖα γέννατο. cuius uerba exprimentis Horatii cf. carm. I 10, 2 qui.. formasti. Anacr. I 4 ἣ... ἐσκατορᾷς II 1. ὦναξ ᾧ.. Ἔρως καὶ Νύμφαι.. συμπαίζουσιν. sic apud Catullum in hymno in Dianam condito XXXIV u. 7 legitur: *quam.. deposiuit.* Lucret. I 3: *quae.. quae.. concelebras.* Apul. metam. XI 2: *Ceres quae.. Eleusiniam glebam percolis, Venus quae.. sociasti.., Phoebi soror quae.. educasti.* Procl. h. II 2 ἧς ἄπο.. ἀνεβλάστησαν. h. IV 2 sq., V 2, VII 9.

Illud quoque notandum quod duo tribuuntur uerba finita uni pronomini ὅς.. ἀμφέπεις.. μέδεις δέ, apponitur participium ναίων. cf. Hom. Il. I 37 ὅς.. ἀμφιβέβηκας.. ἀνάσσεις. Od. II 264 ὃ.. ἤλυθες.. καὶ κέλευσας. Horat. c. s. 9 sq.: *Alme Sol.. qui promis.. nasceris..* h. Orph. XLI 3 ἣ κατέπαυσας.. ἦλθές τε. de participiis autem in hymno Homerico VII cf. Crusium in Philolog. XLVIII p. 198. cf. Sapph. I 5 sqq. in sententia secundaria: αἴ ποτα.. ἀΐοισα.. ἔκλυες.. λίποισα.. ἦλθες ἄρμ' ὑπαζεύξαισα. de participiis in hymnis Delphicis redundantibus cf. Crusium *Die delph. Hymn.* p. 21 sq., adnot. 31 et 39. Mesomed. h. II 8 ὅς.. διώκεις.. ἀγαλλόμενος... ἀμπλέκων.. ἑλίσσων. h. Orph. XLVI 4 sq. 2 u(erba) II 6 sq. 5 u. 1 p(articipium). VI 6 sq. 1 u. 2 p. XVII 2 sq. 1 u. 3 p. LXII 3 sq. 1 u. 3 p. XXXIV 17 sq. 1 u. 5 p. al. cf. Apul. metam XI 2: *Proserpina.. comprimens.. cohibens.. inerrans.. propitiaris.. conlustrans.. nutriens.. dispensans.*

Inuocationis formulam μολεῖν καθαρσίῳ ποδὶ liturgicam esse ex carmine illo mulierum Elearum intellegitur cum uocent: ἐλθεῖν βοέῳ ποδί. cf. Wenigerum *Koll. d. 16 Fr.* p. 8, Usenerum *Griech. Versbau* p. 80. neque iste infinitiuus imperatiui loco neglegendus est. simili modo in h. Hom. V inuenitur u. 494: πρόφρονες.. ὀπάζειν. Anacreon. II 8: ἐπακούειν. Isylli hym. u. 23: χαίρεν Ἀσκλαπιὲ τὰν σὰν Ἐπίδαυρον ματρόπολιν αὔξων, quod Wilamowitzius non recte mihi uidetur mutasse in χαῖρε Ἀσκλαπιέ.

Quibus peractis restat ut de Sophocle Dionysi numinis interprete uideamus. Senes Thebanos facit implorantes Thebanorum deum Dionysum. itaque fabulam adhibuit eam quae de Dionyso Semelae Thebanae filio peruulgata erat. nec uero deest mythi illius res quaedam singularis. fulmine enim Iouem matrem Dionysi percussisse Iouis epitheto ὑψιβρεμέτης Semelaeque κεραυνία (u. 1139) exprimitur. similiter in hym. Hom. XXXIV u. 4 κυσαμένην Σεμέλην τεκέειν Διὶ τερπικεραύνῳ Iouis epitheto eadem res tangitur. cf. hym. anon. (Abel p. 284) u. 1: μέλπωμεν βασιλῆα φιλεύιον εἰραφιώτην quo epitheto de Dionyso Iouis femori insuto cogitari potest. sic explicatur apud Nonn. Dion. IX 23. Etym. magn. p. 302. 52.

Sed eodem puto consilio commotus quo hymni Delphici (in *Bull.*

uol. XIX) poeta studuit ut quam plurimas adhiberet fabulas de Dionyso ita ut in unum confunderet Dionysum Semeleium et Iacchum deum mysticum[1]), hoc carmine Sophocles Dionysum Iacchum uocat eumque Eleusine[2]) regnantem fecit. quod idem apud multos alios inuenitur auctores. cf. Lobeckium Agl. p. 821 adn. e, Welckerum *Griech. Götterl.* II p. 543 adn. 72, Maasium *Orpheus* p. 162 adn. 130.

Tum de uerbis μολεῖν καθαρσίῳ ποδὶ quid uelint uidendum est. credebant enim homines antiqui orgiis bacchicis uim quandam inesse salubrem. cf. Seruium ad Verg. Georg. II 389: *dicunt sacra Liberi ad purgationem animae pertinere.*

de qua re adeas Lobeckium Agl. p. 342, Rohdeum Ps.² II p. 51 sq. huc referendum est epithetum Dionysi ἰατρός. hac igitur sententia senes Dionysum uocant ut urbi et regi graui morbo afflicto καθαρσίῳ ποδὶ auxilio ueniat, furorem sanet. ita apud Ael. Aristid. orat. XLI 7 legitur: καὶ οὐδὲν ἄρα οὕτως βεβαίως δεδήσεται οὐ νόσῳ οὐκ ὀργῇ.. .. ὃ μὴ οἷον τ' ἔσται λῦσαι τῷ Διονύσῳ. simile quid fortasse uerbis hymni Delphici Bull. XIX 35 sqq. expressum fuit: βροτοῖς πόνων ὠιξ[ας δ' ὅρ[μον [ἄλυπον] ἰὲ Παιὰν κ. τ. λ. et u. 40 [Παννυχίσιν] δὲ καὶ χοροῖς desunt cetera, sed hunc coniciam fuisse sensum: sacra illa saltus bacchicos esse quibus deus homines laboribus molestiisque liberaret.

Sophocles igitur quanta arte hoc de quo egimus carmine hymnorum sacrorum et linguam respexerit et imitatus sit usus consuetudinesque sollemnes quoniam illustratum est, tamen eum non ad certas spectasse numinis interpretationes ita ut uersus suos opinionibus accomodaret qualibus cultores Dionysi quidam legitimis suisque uterentur ne quis miretur. namque illa reputanda sunt et quibus ille fuerit finibus legibusque ductus atque adstrictus quae ex totius fabulae conexu eiusque personis desumendae erant et — quod hac eadem ex re efficitur — quanto ille maiore studio non tam aliena exempla accurate recteque secutus esse quam suo ipsius ingenio haud ita parum indulsisse uideri cupiuerit.

Alia uero res est de Aristophane. qui qua ratione in ranarum uersibus 325 sqq. componendis usus sit nunc iam uideamus. atque illud inprimis respicere conuenit quod quoniam summa comicorum et uis et uirtus in eo posita est, ut argumentum quoduis artificiose pertractantes derisisse illud atque in risum hominum conuertisse uideantur, eorum haec est summa lex ut quantum fieri possit illius proprietates omnes summa cum diligentia obseruent reddantque accurate.

---

1) cf. Rohdeum *Psyche*² p. 284 adnot. 2.

2) accedit quod in uerbis μέδεις . . ἐν κόλποις Ἐλευσινίας Δηοῦς deae nomine proprio apposito efficitur ut ritus quidam de initiandis mystis in memoriam uocentur. cf. Dieterichium *de hym. Orph.* p. 38 sqq. adnot. 4.

haec considerantibus nescio an certa quaedam exsistat spes fieri posse Aristophanem illis uersibus certa certorum Dionysi cultorum carmina sacra imitatum esse ut ostendatur eoque usum consilio ut deriderentur et in spectatorum risum conicerentur.

Quae quidem ut infra accurate persequenda nunc mittam. quaerendum est enim primum de uersus componendi rationibus ut quantum illi ad eas quas communes illustrauimus hymnorum sacrorum proprietates formati sint sponte intellegatur.

Carmen ut ex iis est quibus dei ut adueniant atque appropinquent petuntur, iis constat sed breuiter modo expressis quibus ad illud efficiendum opus erat: inuocatur deus. commemoratur ubi ille sit. petitur ut ueniat. describuntur quae mira illo adueniente eueniant.

Ac quem priore in capitulo ostendi (p. 221 sqq.) usum esse in hymnis sacris ut cumulatis epithetis plenior efficiatur carminis sonus atque amplior oratio, p. 237 sq. ad Sophocl. Antig. u. 1117 sqq. repetitis locis e hymnis in Dionysum confectis eum illustraui: hoc quoque carmen repetitis iterum atque iterum uerbis Ἴακχ᾽ ὦ Ἴακχε incipitur. cf. u. 316 sq. 324 sq. u. 341 additur νυκτέρου τελετῆς φωςφόρος ἀςτήρ.

Nec uero uerba ἐνθάδε ναίων u. 324 fortuita ponuntur, sed ea ex illis esse quibus ut sedes loca deis inprimis sancta commemorentur in hymnis usus sit, si quae p. 227 sqq. congessi comparaueris, facile tibi persuadebis. quodsi non certae nominari sedes uidentur, ad ea animum attendas quae ex totius fabulae fictione concludenda sunt apud inferos res agi ideoque de Dionyso ibi morante, de Dionyso chthonio uersus cantari.

Proxime preces secuntur Dionysus ut appropinquet. atque uenire deum fingitur inuocatione commotum. ipse uenit aduentuque eius summo gaudio homines afficiuntur nec natura non gaudet: ignibus refulgent prata senesque ipsi maerores senectutisque molesta excutiunt: u. 342 sqq.: φλέγεται δὴ φλογὶ λειμών. γόνυ πάλλεται γερόντων. ἀποςείονται δὲ λύπας χρονίους κράτων παλαιῶν τ᾽ ἐνιαυτοὺς ἱερᾶς ἀπὸ τιμᾶς. quid? exprimi his uerbis nonne uides locum illum in hymnis sacris quo si de deo nascendo siue appropinquante res est, quanta cum laetitia omnia eum excipiant narrari solere p. 231 sqq. expositum est? adeas praeterea exempla p. 240 e hymnis in Dionysum compositis repetita.

Nunc iam de ratione qua sententiae inter se coniunguntur pauca modo proferenda sunt, sed ea plana ac perspicua ut quantum in hac quoque re hymnorum dicendi generis usus et proprietates conseruatae sint clare cognoscatur.

Sic illud deprehenditur studium ut articulus quantum possit uitetur. de quo conferantur quae p. 242 notaui. unicus enim legimus articulus u. 331 in quo τὰν uerbo substantiuo τιμὰν nescio an ea de causa apponatur quod postea χορείαν additur appositionis loco.

Deinceps illud monendum est quod abundat carmen participiis quae uerbo finito coniuncta ipsa aliis adiectis additamentis explicantur: ἐλθέ... χορεύσων.. τινάσσων.. βρύοντα στέφανον μύρτων.. ἐγκατακρούων τὰν.. τιμὰν Χαρίτων πλεῖστον ἔχουσαν μέρος ita ut una sententia hoc modo amplificata tota carminis pars prior consumatur. de hac linguae sacrae consuetudine cf. p. 243.

Denique uix opus est ut moneamus in uersu 335 ἁγνὰν ἱερὰν quae ad χορείαν referenda sunt adiectiua tantum abesse ut tautologiam quam uocant suspicati aliam alia uoce excludi censeamus aut in coniunctione nescio qua omissa haereamus, ut ipsum hunc modum loquendi ad linguae sacrae usum quendam reuocandum esse pro certo affirmem. remitto autem si qui forte sunt quibus hoc ambiguum esse uideatur, eos qui coniunctionem quandam desiderant ad hym. Delph. Bull. XIX u. 20: Δελφῶ]ν ἱερὰ μάκαιρα χώρα, eos qui tautologiam suspicantur ad hym. Orph. XLII u. 3: ἁγνήν τ' εὐίερόν τε Μίσην.

Quaecumque hactenus protuli de carminis componendi deque sententiarum condendarum rationibus ad eas quas communes eruimus hymnorum sacrorum omnium consuetudines atque usus referenda esse uisa sunt. iam uero iis quae ut disserantur restant de uoculis sacris carmini illatis deque opinionibus qualibus usus in qualem Dionysum hos uersus cantari poeta fecerit, ad certas quasdam singulares certorumque cultorum proprias numinis interpretationes hanc disputationem nostram deduci posse spero.

Atque ut inde proficiscar quod Iacchus inuocatur ἐνθάδε ναίων, ut ueniat τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων, haec uerba cum apud inferos res agantur de Dionyso chthonio intellegenda esse in aperto est. qua potissimum re permoti plerique eorum qui his in uersibus explicandis suo quisque modo elaborauerunt Dionysum Eleusinium significari sibi peruaserunt.[1]) quibus ualde miror quod id placuit quod ne cogitari quidem licet: quinto a. Chr. saeculo quo summa auctoritate fuisse sacra Eleusinia cum apud Graecos omnes tum apud Athenienses satis notum est, poetam comicum illorum mysteriorum siue ritus siue carmina sollemnia imitari ausum esse eaque imitando deridere atque in hominum risum conuertere. quid? Aeschylus poeta tragicus isque grauis et seuerus quod nescio quid[2]) ex mysteriis Eleusiniis nescio

---

1) inter quos Maasius quam optime illustrauit quonam inde progressa disputatio rueret et aberraret. qui *Orpheus* p. 112 sqq. quoniam hos mystarum uersus de Dionyso Eleusinio intellexit, conclusione ipsa certe probanda illos quoque de improborum poenis uersus ex opinionibus Eleusiniis dictos esse ut censeret adductus est. at luce clariora sunt quae de his quidem sententiis Orphicis Dieterichius *Nekyia* p. 72 sqq. disseruit. quid? ille ipse quod disputationem his uerbis finit: *‚Orphische' und ‚eleusinische' Hadesvorstellungen waren in Attika damals (im Allgemeinen) gleichwertig,* quid aliud efficitur quam ut ipse quae sentiat cum iis accommodentur quae Dieterichius demonstrauit?

2) cf. Dieterichium in Pauly-Wissowa *Real-Encycl.* uol. I p. 1067 sq.

qua fabula illustrando profanauisset, exsilio affectus esse traditur. hunc comicum idque unum spectantem ut risus commoueret idem fecisse impune putabimus? accedit alia quaedam causa qua in eandem deducimur sententiam. mystarum enim hic chorus cuius de carmine agitur ille est quem Hercules Dionyso de uia consulenti supra u. 154 sqq. praedixerat inter alia ei obuiam fore. haec uero alia atque ea inprimis quae u. 145 sqq. de eorum poenis dicuntur qui impii fuerunt in deos parentes hospites minime ex dogmate Eleusinio dicta, uerum ad opiniones quasdam quibus alii Dionysi cultores utebantur, sodales quidam Orphici qui uocantur, referenda esse iis quae Dieterichius *Nekyia* p. 72 sqq. disputauit satis perpensis uix quisquam infitiatur. quid igitur? aliorum ex sententia deducta esse ea quae de improborum, aliorum quae de beatorum uita futura narrantur tibi persuadebis?

Sed ne uideamur magis coniectamentis indulgere quam certis idoneisque argumentis demonstrare, nihil aliud uelim nisi hoc concedas hos uersus de quibus res est de Dionyso Eleusinio intellegi non posse, uerum de alio quodam chthonio uidendum esse in quem carmen quale illud legimus cantari posse uideatur.

Proficiscendum autem est a uersu 340 qui hoc modo traditur: ἔγειρε φλογέας λαμπάδας ἐν χερσὶ τινάσσων γὰρ ἥκει (al. codd. γὰρ ἥκεις). quae quidem uerba extrema γὰρ ἥκει ab Hermanno additamentum deleta esse equidem probo. tamen de iis quae antecedunt nihil uideo cur offendant uel opus sit emendatione — id quod omnes fere diiudicauerunt.[1]) at sana sunt omnia quandoquidem sic discerni debent ut legas:

ἔγειρε· φλογέας λαμπάδας ἐν χερσὶ τινάσσων,
Ἴακχ' ὦ Ἴακχε κ. τ. λ.

---

1) ne longus sim: fuerunt qui haec uerba sic coniungerent: ἔγειρε φλογέας λαμπάδας κ. τ. λ. Brunckium secuti qui hoc modo conuertit: *excita flammas lampadas, quas aduenis, in manibus quatiens o Iacche.* at ut Kockius recte monuit, taedae iamdudum incensae sunt. cf. u. 313 καὶ δᾴδων γέ με αὖρα τις εἰσέπνευσε μυστικωτάτη. nec uero Kockii coniectura ἔπειγε stare potest neque opus est. — grauiora quaedam, tamen plane peruersa Fritzschius *de carm. myst. Aristophan.* p. 38 sqq. protulit. qui receptis uerbis γὰρ ἥκει — Hermanni sententiam qua haec uerba delenda sunt p. 41 refutauisse sibi uidetur argumentis leuibus ne dicam stolidis — uersus sic restitui iussit:

ἔγειρε· φλογέας λαμπάδας ἐν χερσὶ γὰρ ἥκει τινάσσων
Ἴακχ' ὦ Ἴακχε κ. τ. λ.

quae uerba uoce ἔγειρε pro ἐγείρου accepta sic intellexit p. 39: *„Erhebe dich, Iacchos! denn dein Daduchus ist gekommen, brennende Fackeln in den Händen schwingend, er, der nächtlichen Weihe leuchtendes Gestirn.“* — Hermannus autem ipse quod Elem. D. Metr. p. 502 scripsit: *‚Nisi magis reconditum quid latet, non uideo quomodo expediri hic locus possit, nisi deletis uerbis* γὰρ ἥκει', permira quadam sensisse mihi uidetur diuinatione deesse aliquid ad recte intellegendos illos uersus quod quidem nunc allatum esse spero fore qui consentiant.

namque in eam sententiam accipienda est uox ἔγειρε ut mystarum alius alium ea impellat: cohortantur inter se ut deum excitent suscitent expergant e somno. atque inde si quid sapio uia recta aperienda est ad hoc carmen accurate interpretandum explicandum intellegendum.

Inter Delphorum sollemnitates quae Dionyso celebrabantur principem obtinebant locum Trieterica.[1]) quorum praecipua pars orgia fuerunt matronarum uirginumque quae furentium instar per siluas montesque uagantes incensis facibus thyrsos iactantes summa Parnassi iuga Coryciumque antrum petentes deum quem prioribus[2]) sacris sepulcralibus defunctum celebrauerant e morte e somno clamoribus dissonis cymbalorumque tintinnatu excitantes ut ille in uitam restitueretur efficere sibi uidebantur. ex multis[3]) auctorum ueterum de illis orgiis quae exstant testimoniis unum hic apponam Plutarchi de Isid. et Osir. c. XXXV: καὶ θύουσιν οἱ Ὅσιοι θυσίαν ἀπόρρητον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅταν αἱ Θυιάδες ἐγείρωσι τὸν Λικνίτην.

Quid ergo? ad illa Delphorum orgia hoc Aristophanis carmen quo Dionysum dormientem excitare item dicuntur referendum erit? minime! an est quisquam qui non uideat cauendum esse ne ad Scyllam abripiatur illam Eleusiniorum Charybdim fugiturus? nam cum Eleusinia tum sacra Delphica summa tum fuerunt ui atque auctoritate apud Graecos omnes in omnibus rebus ad religionem spectantibus neque ullo modo cogitari potest his comici uersibus illorum carmina sollemnia derideri uel imitando illustrari. accedit quod carmen a mystis cantari facit poeta, cum etsi Delphica illa secreta fuisse sacra constat[4]), tamen de 'mystis Delphicis' nihil traditum sit.

Attamen de Delphorum Trietericis prius nobis uidendum erat, ut inde progressi eo perueniremus quo petiimus. eodem enim dogmate quod Delphici de morte et restitutione Bacchi constituerant, alii utebantur Dionysi cultores Graeci ut Elei Lernaei[5]) nec non Orphici. Orphici enim qua fuerunt summa facilitate in adaptandis sibi populorum Graeciae religionibus, simile quoddam adhibebant dogma de Dionysi obitu et regeneratione quod tantum abest ut ex Delphorum sacris petiuerint uel ad eorum conformauerint exemplar[6]), ut suis receptum de Theogonia dogmatibus sua induerint propria ui atque forma. Orphicorum igitur dogmate Dionysus a Titanibus dilaceratus in Orcum descendisse credebatur ibique cum aliquot menses in Proserpinae tutela commoratus esset, in uitam redire expergefactus mulierum uirginumque clamoribus carminibus tripudiis

---

1) cf. Michaelum Ross *De Baccho Delphico* 1865 p. 2 sqq.
2) cf. Rossium l. l. p. 2.
3) quae enumerauit Rossius l. l. p. 4 adn. 2.
4) cf. Rossium l. l. p. 4.
5) cf. Rohdeum *Psyche*[2] II p. 13 adnot.
6) id quod uoluit Luebbertus *De Pindaro theologiae Orphicae censore* (*Ind. lect. Bonn.* hib. 1888/89). refutauit Rohdeus *Psyche*[2] II p. 132 adnot. 1.

sollemnibus. cuius opinionis luculentissimum exstat testimonium hymnus Orphicus LIII Ἀμφιετοῦς:

Ἀμφιετῆ καλέω Βάκχον χθόνιον Διόνυσον
ἐγρόμενον κούραις ἅμα νύμφαις εὐπλοκάμοισιν κ. τ. λ.

Iam eo redeamus unde profecti sumus. ἔγειρε uoce apud Aristophanem mystae inter se cohortantur, Dionysum chthonium petunt ut appareat, eorundem e sententiis petita esse quae de horum mystarum uita beata Hercules u. 154 dicit, quorum e opinionibus ea quae ille de impiorum poenis narrauit poetam sumpsisse ueri simile esse supra uidimus. Orphicorum autem esse illas de impiorum poenis futuris opiniones Dieterichius *Nekyia* p. 72 sqq. dilucide demonstrauit. uidesne quo haec disputatio nostra tendat? an uero est qui dubitet quin Orphicos irriserit Aristophanes mystas, carmen mysticum imitatus sit Orphicum?

Attamen alia accedunt eaque non leuiora hercle. atque haec quidem praemittere licet non tam demonstrandi causa quam comprobandi. nam quod petunt ut Dionysus adueniat τινάσσων . . στέφανον μύρτων, iam scholiastae causa fuit ut explicaret quare non de Dionyso κισσοφόρῳ ut plerumque fit res esset. sed myrtus quantum ualuerit in deis chthoniis rite colendis satis superque notum est.[1]) quodsi quantum ualuerit in opinionibus iis quibus Orphici de uita futura beatorum utebantur, cum in continuis illis neque unquam intermissis conuiuiis coronis myrteis coronati deo ipso rege scolia cantare dicerentur, e claris potest intellegi testimoniis[2]), quo quaeso modo poetam aptius exprimere potuisse censes illorum sibi irridendas sententias quam ita ut beatorum chorum comprecantem faceret suum deum Dionysum ut sibi adueniret τινάσσων στέφανον μύρτων?

Deinceps illud animaduertendum est quod a deo petunt ut ueniat ἐγκατακρούων τὰν . . τιμάν, Χαρίτων (sic enim scribas) πλεῖστον ἔχουσαν μέρος. quocum conferas Elearum illam quae apud Plutarchum quaest. Graec. XXXVI 7 traditur cantilenam, quam sic legendam esse Usenerus docuit *Altgriech. Versbau* p. 80:

ἐλθεῖν, ἥρω Διόνυσε,
Ἀλεῖον ἐς ναὸν
ἁγνὸν σὺν Χαρίτεσσιν
ἐς ναόν, [ἐς ναόν],
τῷ βοέῳ ποδὶ θύων,
ἄξιε ταῦρε, ἄξιε ταῦρε.

atque egregie conueniunt quae apud Pausaniam leguntur V 14, 10: πρὸς δὲ τῷ τεμένει τοῦ Πέλοπος Διονύσου μὲν καὶ Χαρίτων ἐν

---

1) cf. schol. ad h. l. Rohdeum *Psyche*² I p. 220 adnot. 2. p. 251 adn. 5.
2) cf. Maasium *Orpheus* p. 115 sq.

κοινῷ. quodsi ita pergit: μεταξὺ δὲ αὐτῶν Μουςῶν καὶ ἐφεξῆς τούτων Νυμφῶν ἐςτι βωμός, haec quoque uerba perbene illustrantur Anacreontis carminis in Dionysum u. 1 sqq. (= fragm. 2): ὦναξ ᾧ δαμάλης Ἔρως καὶ Νύμφαι κυανώπιδες πορφυρέη τ' Ἀφροδίτη ςυμπαίζουςιν uel Aristophanis Thesmoph. u. 993 χοροῖς τερπόμενος κατ' ὄρεα Νυμφᾶν. sed etiam — id quod hic nostra interest — in Orphicorum hymnis sacris qui de Dionyso conficiebantur hunc Charitum Nympharumque cum Dionyso cultum communem receptum atque celebratum fuisse ex eorum qui aetatem tulerunt hymno XLVI perspicitur. u. 3 sqq. Dionysus sic inuocatur:

νυμφῶν ἔρνος ἐραςτὸν εὐςτεφάνου τ' Ἀφροδίτης,
ὅς ποτ' ἀνὰ δρυμοὺς κεχορευμένα βήματα πάλλες
ςὺν νύμφαις χαρίεςςιν ἐλαυνόμενος μανίῃςι.

similiter autem de Proserpina dicitur h. Orph. XLIII u. 7:

.. Φερςεφόνης ςυμπαίκτορες, εὖτέ ἑ Μοῖραι
καὶ Χάριτες κυκλίοιςι χοροῖς ποτὶ φῶς ἀνάγωςι

iam uides quid Charites cum diis chthoniis habuerint et Eleorum et Orphicorum sententiis, uides quanta cum diligentia Aristophanes horum reddiderit carmina de Dionyso chthonio mystica, uides quanta cum constantia illi quos Fortuna seruauit posteriorum temporum hymni Ὀρφέως qui inscribuntur antiquissimorum et fere primorum illius sectae temporum conseruauerint et formulas et sententias legitimas.

His praemissis ad grauiora progredimur cum de uoculis formulis locutionibus uideamus quibus carmini insertis hymnorum sacrorum lingua et sermo accuratissime redduntur. nam etsi quaedam inueniuntur — id quod consentaneum uidebitur esse — quae ex communi omnium carminum sacrorum lingua desumpta esse in aperto sit, tamen uel plurima sunt ea ad quae amplius illustranda ad Orphicorum hymnos confugere debemus, unde quam luculentissime efficitur quanta affinitate Aristophanes hoc carmen cum poesi illa Orphica legitima imitando coniunxerit.

Atque inuocandi formula uersus 326 ἐλθέ ex iis est quibus deos ut adueniant aduocare solent. cf. p. 221.

ναίων u. 324 participium est uerbi de deis sedem aliquam tenentibus usitatissimi. cf. p. 241.

πολυτίμητος u. 324 ad ἕδραις nomen substantiuum[1]) referen-

---

1) cauendum est ne scribendo πολυτίμοις ἐν ἕδραις — quod plerisque placuit — illius locutionis comicam quandam deleamus uim. neque enim in datiuo locali quem dicunt — ἐν codicum interpreti rei metricae ignaro debetur — offendimus et iocandi causa puto poeta quod deo conuenit sedi attribuit. quod eo magis effecit ut facete dictum uideretur, quoniam epithetum illud de deis adhibitum omnium in ore fuisse uidetur. nam monendum est atque premendum ex comicorum fabulis in quibus maxime sermonem uulgarem reddi constat exempla quae attuli petita

dum deorum plerumque est epithetum. adeas Bruchmanni libellum *Epitheta deorum*. hym. Orph. XV 1: Ζεῦ πολυτίμητε. Aristoph. nubb. u. 268 ὦ πολυτίμητοι Νεφέλαι. hoc quoque loco Orphicorum carmina poeta imitatus est. cf. Dieterichium in mus. Rhen. XLVIII p. 275 sqq. praeterea attribuitur Ioui: Pherecrat. fr. 73 Kock. Arist. eq. 1390. au. 667. fr. 319 K. Eubuli fr. 117 K. Menandri fr. 351. 848 K. Veneri: Eriphi fr. 2 K: βέρβεια πολυτίμητε. Herculi: Arist. Acharn. 807. Proserpinae: Arist. ran. 337. Iaccho: Arist. ran. 397. cf. Arist. uesp. 1001: ὦ πολυτίμητοι θεοί. Thesmoph. 594: ὦ πολυτιμήτω θεώ.

Mystae ὅσιοι uocantur. cf. u. 327: ὁσίους ἐς θιασώτας et u. 336: ὁσίοις μύσταις. qua uoce mystae inprimis Orphici significantur. sic apud Plat. rep. II p. 263 C. h. Orph. LXXXIV 3: ὁσίους μύστας codd. (ὁσίαις sc. τελεταῖς Abel). nam sacris illis initiati 'puri' uidebantur esse.[1]) ac de sacris ipsis dicitur: h. Orph. I 9. XLIII 10. ceterum in hymno quoque Delphico Bull. XIX ὀργίων ὁσ[ίων mentio fit u. 34.

Dionysus adueniat petunt τινάσσων στέφανον . . uocant eum in h. Orph. LII θυρσοτινάκτα u. 4. eadem usurpatur uox de Neptuno in h. Orph. XVII u. 6: τινάσσων ἁλμυρὸν ὕδωρ. de Ioue h. Orph. XIX u. 3: παμμακάρων ἕδρανον θείαις βρονταῖσι τινάσσων. uerbi forma passiua de Iunone: h. Orph. XVI 8 ἠερίοις ῥοίζοισι τινασσομένη κατὰ χεῦμα. forma media Nonn. Dion. XXXIV 160: τὸ γὰρ εἶπε σοφὴ Θέτις, ὄφρα σαώσῃ λαὸν ὅλον μογέοντα τινασσομένου Διονύσου.

Coronam autem uocant βρύοντα μύρτων: quod uerbum plerumque de personis adhibetur, tamen simili modo dicitur in h. Delph. Bull. XIX 19: ὑμνοβρύης χώρα. saepissime autem occurrit in hymnis Orphicis. de Luna h. Orph. IX 7: καλοῖς ἄστροισι βρύουσα. de Hercule h. XII 2: βρύων ἄθλοισι κραταιοῖς. de Mari h. XXII 8: μῆτερ.. πηγῆς νυμφῶν νασμοῖσι βρυούσης. de Terra h. XXVI 3: καλαῖς ὥρῃσι βρύουσα. de Proserpina h. XXIX 10: κόρη καρποῖσι βρύουσα. de Cerere h. XL 18: καρποῖς[ι] βρύουσα (sic codd.? βρίθουσα Abel) θερείοις. de Adonide cf. h. Orph. LVI 2: βρύων ᾠδῇσι (sic cum codd. scribendum. cf. h. Delph. Bull. XIX 19: ὑμνοβρύης. Abel ὥρῃσι) ποθειναῖς. Dionysum ipsum uocant h. Orph. XXX 4: κισσόβρυον. de eodem: h. Orph. LIII 10: καρποῖσι τελεσσιγόνοισι βρυάζων. uerbi autem participium epitheti loco ponitur h. Orph. LII 13: ἐλθέ, μάκαρ, μύστῃσι βρύων κεχαρισμένος αἰεί.

ἐλθέ . . . . θρασεῖ δ' ἐγκατακρούων ποδὶ quod mystae petunt, comparare iuuat similes locutiones eodem modo adhibitas in Elearum

---

esse uel omnia uno excepto: quod cum in hymno quodam Orphico legatur, quam optime illustrat Orphicos inter homines uulgares doctrinas suas propagantes. — sermonis autem uulgaris esse illam uocem et ex Arist. Acharn. u. 759 uide: ΔΙΚ. τί δ' ἄλλο Μεγαροῖ; πῶς ὁ σῖτος ὤνιος;
ΜΕΓ. παρ' ἁμὲ πολυτίματος, ἅπερ τοὶ θεοί.

1) cf. Dieterichium *de h. Orph.* p. 34 adn. 4, *Abraxas* p. 145 adnot 2. Rohdeum *Psyche*² p. 288 adnot. 1.

carmine illo: ἐλθεῖν ... τῷ βοέῳ ποδὶ θύων et apud Soph. Antig. u. 1143: μολεῖν καθαρσίῳ ποδί.

τιμή uox dicitur de munere deos colentium: (ἐγκατακρούων) .. τὰν .. τιμάν, (ἁγνὰν ἱερὰν χορείαν) et u. 346: ἀποσείονται δὲ λύπας ἱερᾶς ὑπὸ τιμᾶς. nescio an in hunc eundem singularem sensum intellegenda sit uox in h. Orph. LXXIX 10 de Themide: ἐκ σέο γὰρ τιμαὶ μακάρων μυστήριά θ' ἁγνά.

φιλοπαίγμων autem epithetum uox est de rebus bacchicis usitatissima. mystae ipsi παίζουσι cf. u. 319. ἱερὰ παίγματα apud Eur. Bacch. 161 commemorantur. h. Orph. XI 4 sq. de Pane: ἐλθέ, μάκαρ, σκιρτητά .. βακχευτά ... ἁρμονίην κόσμοιο κρέκων φιλοπαίγμονι μολπῇ. Nereides in h. Orph. XXIV quae u. 10 sq. sic celebrantur: ὑμεῖς γὰρ πρῶται τελετὴν ἀνεδείξατε σεμνὴν εὐιέρου Βάκχοιο καὶ ἁγνῆς Φερσεφονείης, u. 2 uocantur χοροπαίγμονες. Nymphae h. Orph. LI 14: φιλοπαίγμονες: hae quoque (u. 16) σὺν Βάκχῳ Δηοῖ τε χάριν θνητοῖσι φέρουσαι.

μάκαρ quod Dionyso u. 352 tribuitur epithetum linguae sollemnis uox est usitata. h. Delph. Bull. XVIII 6: Λατὼ μάκαιρα. h. Orph. XIV 5 de Rhea: Κρόνου σύλλεκτρε μάκαιρα. legitima uero est in precibus carmine finiente emittendis: h. Orph. III 12: νῦν δὲ μάκαιρ' ὦ Νύξ ... ἔλθοις. h. XI 21: ἀλλά, μάκαρ, βακχευτά ... cf. exempla huius generis p. 235 collecta.

nec uero omittenda est ἔγειρε illa uox qua mystae inter se cohortantur. conferantur autem quae Luebbertus *ind. lect. Bonn.* hib. 1888/89 p. 13 recte iudicauit: *ea uox est in sacris illis* (de Dionyso expergefacto res est) *usitata. Non nascitur Bacchus, sed renascitur. Hoc est pulcherrimum illud:* ἐγείρειν τὸν Λικνίτην *quod scriptoribus in deliciis est.* Plut. de Iside 35: καὶ θύουσιν οἱ Ὅσιοι θυσίαν ἀπόρρητον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅταν αἱ Θυιάδες ἐγείρωσι τὸν Λικνίτην.

His de uoculis sollemnibus utcumque absolutis iam de carminis locutionibus amplioribus et uersibus uidendum erit quantum cum Orphicorum poesi sacra quae quidem exstet conueniant. quod tabula quadam illustrare iuuat ita ut Aristophanis uerbis ea quae eadem uel similia inueniuntur in hymnis de Dionyso confectis adscribantur itaque quibus consentiant quasi ipsis oculis quaerentibus intellegantur ac comprobentur.

Aristoph. ran.	hymn. Orph.
u. 324. ὦ πολυτιμήτοις ἕδραις ναίων.	h. XLV 5 sq. de Dionyso ipso: τετιμένε πᾶσι θεοῖσι καὶ θνητοῖσι βρότοισι ..
u. 326 sq. ἐλθὲ τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων ὁσίους ἐς θιασώτας	h. XLV 1 sqq. ἐλθέ..δς..χαίρεις.. Μαινάσι θ' ἁγναῖς εὐάζων κατ' Ὄλυμπον.

Aristoph. ran.	hymn. Orph.
u. 328 sqq. πολύκαρπον μὲν τινάccων.. βρύοντα cτέφανον μύρτων	h. L 4. εὔκαρποc, πολυγηθέα καρπὸν ἀέξων. h. L 10. νῦν cε καλῶ μύcτῃcι μολεῖν ἡδὺν, φερέκαρπον.
u. 330 sqq. θραcεῖ δ' ἐγκατακρούων ποδὶ τὰν ἀκόλαcτον φιλοπαίγμονα τιμάν	h. XLVI 4. ὅc ποτ' ἀνὰ δρυμοὺc κεχορευμένα βήματα πάλλειc. LII 7. χοροιμανέc ἡγέτα κώμων.
u. 335 sq. Χαρίτων πλεῖcτον ἔχουcαν μέροc	h. XLVI 3. νυμφῶν ἔρνοc ἐρατὸν εὐcτεφάνου τ' Ἀφροδίτηc. u. 5. cὺν νύμφαιc χαρίεccι ἐλαυνόμενοc μανίῃcι.
ἁγνὰν ἱερὰν ὁcίοιc μύcταιc χορείαν.	h. LII 8. βακχεύων ἁγνὰc τριετηρίδαc.
u. 340. φλογέαc λαμπάδαc ἐν χερcὶ τινάccων et u. 350 λαμπάδι φέγγων.	h. LII 9. πυριφεγγέc.
u. 342. νυκτέρου τελετῆc φωcφόροc ἀcτήρ,	h. LII 3 sq. πυρίπνοε καὶ τελετάρχα, νυκτέριε. h. XXX 1. εὐαcτῆρα.
u. 346. ἀποcείονται δὲ λύπαc.. ἱερᾶc ὑπὸ τιμᾶc	h. L 6. παυcίπονον θνητοῖcι φανεὶc ἄκοc. h. XLV 7. ἐλθέ.. cκιρτητά. φέρων πολὺ γῆθοc.
u. 351. ἔξαγ'.... χοροποιόν, μάκαρ,	h. XLV 7. ἐλθέ, μάκαρ. XLVI 7. εὔφρων ἐλθὲ μάκαρ. XLVII 6. ἐλθέ, μάκαρ et LII 13.
ἥβαν.	h. LII 12. πολυπάρθενε.

Ac finem quidem huius de Aristophanis uersibus disputationis ita instituere liceat ut quoniam de Dionyso trieterico carmen esse statui ex hymnis Orphicis qui sunt de Dionyso illo chthonio hymnum LIII Ἀμφιετοῦc explicem atque interpreter adscribendo ea quae ex Aristophanis carmine ad illum illustrandum se praebent hac tabula confecta:

hym. Orph. LIII Ἀμφιετοῦc.	Aristoph. ran.
u. 1 sq. Ἀμφιετῆ καλέω Βάκχον, χθόνιον Διόνυcον ἐγρόμενον κούραιc ἅμα νύμφαιc εὐπλοκάμοιcιν.	u. 324. Ἴακχ' ὦ πολυτιμήτοιc ἕδραιc ἐνθάδε ναίων. u. 330 sq. ἐλθέ.. ἐγκατακρούων .. τὰν .. τιμὰν Χαρίτων πλεῖcτον ἔχουcαν μέροc.
u. 5 sq. αὐτὸc δ' ἡνίκα τὸν τριετῆ πάλι κῶμον ἐγείρῃc εἰc ὕμνον τρέπεαι cὺν ἐυζώνοιcι τιθήναιc εὐάζων ...	u. 350 sq. cὺ δὲ .. ἔξαγ' ἐπ' ἀνθηρὸν ἕλειον δάπεδον χοροποιόν .. ἥβαν.

hym. Orph. LIII Ἀμφιετοῦς.	Aristoph. ran.
u. 8 sqq. ἀλλά, μάκαρ, χλοοκάρπε, κερασφόρε, κάρπιμε Βάκχε	u. 326 sqq. ἐλθέ.. πολύκαρπον μὲν τινάσσων.. βρύοντα στέφανον μύρτων .. ἐγκατακρούων
βαῖν' ἐπὶ πάνθειον τελετὴν γανόωντι προσώπῳ εὐιέροις καρποῖσι τελεσσιγόνοισι βρυάζων.	τὰν .. τιμάν, ἁγνὰν ἱερὰν ὁσίοις μύσταις χορείαν.

A Bacchis Dionysi comitibus furentibus **Bacchas fabulam Euripides** denominauit. neque uero inde nomen petiuit solum sed **totam** fabulam moribus illis instruxit bacchicis insanis uere obseruatis itaque accurate redditis ut nisi traditum esset poetam Macedonia in aula regia morantem illam fabulam composuisse commotum atque impulsum orgiis bacchicis quibus mulieres Macedoniae simili modo ac Delphicae nocturnis sacris sollemnibus Dionysum celebrabant — quibus ipsum quasi alterum Pentheum interfuisse eorumque ritus ac caerimonias cognouisse quo fuit summo studio omnium rerum ad religionem deorum spectantium conicere fas est —, tamen rem similiter se habuisse uersus ipsi clamarent.[1]) repleta autem sunt furore illo bacchico cum tota fabula tum chori cantica, quibus in conscribendis num fortasse quantum poetae carmina Baccharum sollemnia siue in memoria fuerint siue ad exemplar, uidere nostrum est.

Nam perquirenti mihi carminum sacrorum in Dionysum uestigia huius Euripidis fabulae cantica uel maxime pertractanda esse in aperto est. tamen consultius uidebatur de primo tantum cantico amplius disserere et huc referre itaque una cum illo pertractare quae ex ceteris hymnorum sacrorum propria afferenda essent.

Qua autem re permotus inde absoluendam proposuerim hanc de Euripide hymnorum in Bacchis imitatore quaestionem, sponte intellegitur si de primis illius carminis uersibus uidemus.

Vu. 64 sqq. chorus mulierum in scaenam ingressus quis sit unde ueniat exponit. Asiae minoris ab ora ueniunt. Dionysum uenerantur eumque colunt. sed fauere linguis omnes nunc iubent: τὰ νομισθέντα γὰρ αἰεὶ Διόνυσον ὑμνήσω. iam uides, ipsae illae dicunt quemadmodum id quod sequitur carmen intellegendum sit. an uero fugere te potuit hanc uocem ex legitimis esse eorum qui hymnum sacrum in deos cantaturi sunt? cf. p. 221. hymnum igitur sacrum cantaturae sunt mulieres in Dionysum, Bacchae in Bacchum. quodsi singula accuratius inspiciemus, hanc comprobari sententiam efficietur Euri-

1) *Noch schlägt uns aus den „Bacchen" des Euripides der Zauberdunst enthusiastischer Erregung entgegen, wie er sinnverwirrend, Bewusstsein und Willen bindend, Jeden umfing, der sich in den Machtbereich dionysischer Wirkung verirrte.* Rohde *Psyche*² II p. 46.

pidem hos uersus cum conficeret carminum sacrorum imitatum esse et linguam et consuetudines legitimas.

Atque illis quidem praemissis uersibus 72 sqq... quibus beatus praedicatur quicumque particeps sacrorum sanctam agit uitam carmen incipiunt u. 83 deum rite ac sollemniter nominantes.

Hac prima carminis parte peracta ad praeclaram illam ueniunt alteram qua de Dionyso quomodo, a quibus natus sit narratur. neque fugere potest sollemnibus his atque sanctis uerbis obseruari morem illum carminum sacrorum proprium quo inuocatione facta de deorum parentibus siue filiis aut epithetum solum proferatur aut nonnulli carminis toti uersus hoc argumento consumantur.

Inde ad Thebanas admonendas se conferunt pie riteque ut excipiant deum appropinquaturum: nam potentissimus est ille qui adueniet. ipsa terra se mouet saltat bacchatur Dionysi epiphaniam cum sentiat. quid multa dicam de his uersibus ut recte intellegantur? iam cognoscis locum illum hymnorum sacrorum proprium legitimumque de deorum epiphania qua omnis mundus aut summo affici dicitur gaudio aut pauore quodam percussus uenerabili contremiscere.

Quibus breuiter adumbratis iam elucet hoc Baccharum carmen hymnum esse sacrum compositione legitima confectum inuocationem continentem, narrationem de deo nascendo, descriptionem dei epiphaniae eorumque quae hac efficiuntur. quas quoniam tres statuimus partes, ad singulas accuratius inquirendas progrediamur.

Ac primum quidem uerba ἴτε Βάκχαι ἴτε Βάκχαι in eandem accipienda sunt uim ac uocula illa ἔγειρε in Aristophan. ran. de qua p. 252 diximus. itemque ex usu Baccharum siluas montesque peruagantium et cohortantium inter se desumpta ea uideri facile conceditur.

neque omittendum est quod deus non ipso modo nomine uocatur, sed hoc quoque loco illud comparet studium inuocantium ut deorum epitheta congerant et cumulent. ita u. 84 sq. mulieres uocant Βρόμιον παῖδα θεὸν θεοῦ Διόνυσον.

deinde uerba illa κατάγουσαι Φρυγίων ἐξ ὀρέων Ἑλλάδος εἰς .. ἀγυιὰς τὸν Βρόμιον in eam dicta sunt sententiam ut sedis illius Dionyso ante omnes sanctae mentio fieret. hanc eandem carminum sacrorum consuetudinem amplius poeta imitando persecutus esse uidetur u. 402 sqq. ubi chorus desiderare se dicit ut ueniat Cyprum Paphum Olympum ad montem quibus locis Dionysi cultum florere u. 415 edocemur: ἐκεῖ δὲ Βάκχας θέμις ὀργιάζειν. similiter u. 556 sqq. loca enumerantur quattuor numero ubi deum morari chorus suspicatur: Nysa Corycia Olympus mons Lydia. atque illam quoque animaduertas locutionem quae si de Dionyso urbem aliquam ingrediente et ab incolentibus rite excepto narratur in hymnis uulgata est: εὐρύχοροι ἀγυιαί. hoc nostro loco Dionysum agunt Ἑλλάδος εἰς εὐρυχόρους ἀγυιάς. in hymno Delphico Bull. XIX 114 sq. haec leguntur: ἀλλὰ δέχεσθε ... Δι[ό]νυσον ἐν δ' ἀγυί]αις. Wei-

lius ad h. l. Demosth. XXI 52 affert[1]): μεμνῆcθαι Βάκχοιο καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς ἱcτάναι ὡραίων Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα πάνταc. accedit Soph. Antig. u. 1135: ἀμβρότων ἐπέων εὐαζόντων Θηβαΐας ἐπιcκοποῦντ' ἀγυιάc.

Huic altera de deo nascendo qua refertur carminis pars adiungitur idque sententia relatiua. qui sententiarum coniungendarum modus in carminibus sacris usitatus est. cf. p. 242 sq. ne illud quidem animaduertere neglegas quod participiis compluribus insertis haec sententia ampliorem quandam accipit sonum ac uim: ὅν ποτ' ἔχουc' ... πταμέναc ... ἔτεκεν .. λιποῦc'. cf. p. 243 et 246.

Narrationis autem quaedam monenda sunt singularia, quae cum eadem in ceteris quoque de Dionyso hymnis et Homericis et Delphicis et Orphicis inueniantur, clare perspicitur quantum Euripides carminum sacrorum consuetudines obseruauerit et uerba formulasque receperit.

Sic de Semela ex partu laborante et de Ioue fulgurante in hymno quoque Homerico XXXIV res est. u. 4 κυcαμένην Σεμέλην τεκέειν Διῒ τερπικεραύνῳ. similia leguntur in h. Orph. XLIV in Semelam u. 4: ἣ μεγάλαc ὠδῖναc ἐλάccατο πυρφόρῳ αὐγῇ
ἀθανάτου τηχθεῖcα Διὸc βουλαῖc Κρονίοιο.[2])

de Dionyso Iouis femori insuto εἰραφιώτηc epithetum est in h. Orph. XLVIII 2. hym. anon. (Abel p. 284) u. 1., in h. Orph. LII 3 μηροτρεφέc.

Abscondite ac secrete Dionysum a patre natum esse in ceteris quoque monetur hymnis. ita inde ab puero modo nato secreti aliquid deo circumdatur. Διὸc καὶ Φερcεφονείηc ἀρρήτοιc λέκτροιcι τεκνωθεὶc in h. Orph. XXX 7 ille celebratur. conferantur h. Hom. XXXIV 6 sq.: cὲ δ' ἔτικτε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε πολλὸν ἀπ' ἀνθρώπων, κρύπτων λευκώλενον Ἥραν. inde nominatur deus in h. Orph. XXX 3: κρύφιοc. L 3: κρυψίγονον μακάρων ἱερὸν θάλοc. LII 5: κρύφιον Διὸc ἔρνοc. simili modo in h. Hom. XXVI 5 de educando dicitur: ὁ δ' ἀέξετο πατρὸc ἕκητι.

Atque alio quoque loco in Dionysum quomodo natus sit oratio ducitur u. 520 sqq. ubi alia quaedam poeta amplificando addidit quae unde sumpserit dubium esse non potest. nam primum quod Dircam Acheloi fluminis filiam excepisse narratur Διὸc βρέφοc ὅτε μηρῷ πυρὸc ἐξ ἀθανάτου Ζεὺc ὁ τεκὼ νήρπαcέ νιν, similiter Alphei fluminis mentio fit in h. Homer. XXXIV 3 οἱ δέ c' ἐπ' Ἀλφειῷ ποταμῷ βαθυδινήεντι κυcαμένην Σεμέλην τεκέειν Διῒ τερπικεραύνῳ. deinde studium illud quod in carminibus sacris frequentissime occur-

---

1) cf Elmsleyum ad Eur. locum.

2) ita hic uersus legendus uidetur. τεχθεῖcα codd. leuissima mutatione correxi in τηχθεῖcα. de hac aoristi forma cf. Platon. Tim p. 61 B: τηχθέντι τῷ κοινῷ cώματι, de uocis usu ac ui cf. cum alios tum Soph. Antig. uers. 905: οὔτ' εἰ πόcιc μοι κατθανὼν ἐτήκετο.

rere p. 224 sq. uidimus hoc quoque loco animaduertitur quod epitheti Διθύραμβος origo explicatur causaeque redduntur. u. 525 Iuppiter 'ἴθι, Διθύραμβ', inquit, ἐμὰν ἄρσενα τάνδε βᾶθι νηδύν.' 'ἀναφαίνω σε τόδ', ὦ Βάκχιε, Θήβαις ὀνομάζειν' chorus explicandi causa addit. de eodem epitheto explicando ex Procli hymnis hic uersus exstat apud Olympiodor. in uita Plat. p. 384 (ed. Westerm.)

ὅσσ' εἶδον τεκέεσσιν ἐφημίξαντο τοκῆες.

Sed antequam de tertia carminis parte disseramus, illustrare iuuat huius cum hymnis sacris affinitatem locutionibus similibus sententiisque tabula conscriptis apteque iunctis.

Eur. Bacch.	h. Delph. Orph. (Hom.)
u. 88 sqq. ὅν ποτ' ἔχουσ' ἐν	h. Delph. Bull. XIX 6. [δ]ν Θήβαις ποτ' ἐν εὐίαις Ζη[νὶ γείνατο] καλλίπαις Θυώνα.
ὠδίνων λοχίαις ἀνάγκαισι … ἔτεκεν λιποῦσ' αἰῶνα κεραυνίῳ πλαγᾷ	h. Orph. XLIV in Semelam u. 4. ἣ μεγάλας ὠδῖνας ἐλάσσατο πυρφόρῳ αὐγῇ .. τηχθεῖσα.. h. Hom. XXXIV 4. κυσαμένην Σεμέλην τεκέειν Διῒ τερπικεραύνῳ. h. Orph. XLV 1. πυρίσπορε cf. LII 2. h. Orph. XLVIII 2 sqq. ὃς Βάκχον ....
u. 96 sqq. κατὰ μηρῷ δὲ καλύψας χρυσέαισι συνερείδει περόναις	εἰραφιώτην μηρῷ ἐγκατέραψας. h. Orph. LII 3. μηροτρεφές. h. Hom. XXXIV 6. σὲ δ' ἔτικτε πατὴρ ...
κρυπτὸν ἀφ' Ἥρας	πολλὸν ἀπ' ἀνθρώπων κρύπτων λευκώλενον Ἥρην. h. Orph. XXX 3. κρύφιον. L. 3. κρυψίγονον μακάρων ἱερὸν θάλος. LII 5. κρύφιον Διὸς ἔρνος.
u. 99 sq. ἔτεκεν δ' ἁνίκα Μοῖραι τέλεσαν	h. Orph. XLVIII 3. μηρῷ ἐγκατέραψας ὅπως τετελεσμένος ἔλθοι.
ταυροκέρων θεόν.	h. Orph. XXX 3. δικέρωτα. LIII 8. κερασφόρε. XLV 1. ταυρομέτωπε.

Veniendum iam est ad ea quae de tertia carminis parte afferenda sunt, quae in Dionysi epiphania describenda inprimis uersatur. mulieres Thebanae admonentur ut deum excipiant paratae apparatu bacchico legitimo coronis hederaceis ornatae et thyrsis et pellibus.

similis autem adhortatio in hymno Delphico Bull. XIX inuenitur u. 144 sqq.: Ἀλλὰ δέχεσθε βακχ[ειώτα]ν Δι[ό]νυσ[ον ἐν δ' ἀγυι]-αῖς ἅμα σὺγ [χόροισ]ι κ[ικλήσκετε] κισσ[οχ]αίταις: Ε[ὐοῖ ὦ ἰ]ὲ Βάκχ' ὦ ἰὲ [Παιάν].

Neque alia res singularis praetermittenda est, quod descriptio eorum quae Dionysi epiphania efficiuntur incipitur uoce αὐτίκα. quae cum in hoc usu fere legitima esse formula uideatur, paucis illustrari liceat exemplis ex carminibus sacris petitis. atque in hymno quidem Homerico VII in Dionysum summo iure Crusius defendit[1]) tales narrationis particulas quibus quam celeriter omnia fiant exprimitur. cumulantur autem ita ut u. 6 τάχα legitur, u. 9 τάχα.. αἶψα, u. 16 αὐτίκα, u. 22 αὖτις, u. 23 αὐτίκα, u. 34 τάχα, u. 38 αὐτίκα. eodem modo in h. Homerico XXXIII Dioscurorum epiphania celebratur: u. 14 αὐτίκα δ' ἀργαλέων ἀνέμων κατέπαυσαν ἀέλλας. Callimach. h. IV 255 sq. de Apolline modo nato: ὃ δ' ἔκθορεν αἳ δ' ἐπὶ ... νύμφαι Δηλιάδες .. εἶπαν Ἐλειθυίης .. μέλος, αὐτίκα δ' αἰθὴρ χάλκεος ἀντήχησε διαπρυσίην ὀλολυγήν. in hym. Delph. Bull. XIX de Dionyso urbes complures terrasque ingresso res est. ille cum Olympum ingrederetur (u. 58 sq.), Μοῦσαι [δ'] αὐτίκα πάρθενοι... μ[έλψαν]. huc referenda sunt quae apud Him. eclog. XVIII 2 de Venere nascenda narrantur: καὶ ἔδει.. λοιπὸν ἐκκυηθῆναι τὴν δαίμονα. ἵσταται μὲν εὐθὺς καὶ ἄγει γαλήνην ἡ θάλαττα.

Ipsa uero epiphania Dionysi ut plerumque fit celebratur ita ut summo gaudio ac laetitia permotam terram saltare describant u. 114: αὐτίκα γᾶ πᾶσα χορεύσει. quodsi uersibus 135 sqq. in eodem poeta uersatus argumento cum de Dionyso loquatur qui e summo inter Bacchas deiectus ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελισσᾶν νέκταρι Συρίας δ' ὡς λιβάνου καπνός, suis magis uidetur usus esse coloribus, tamen si conferuntur quae postea apud Himerium leguntur de eadem re orat. XIII 7: ὅτε καὶ τὴν γῆν λόγος οἷον αἰσθανομένην τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ (sc. Διονύσου), ῥεῖν μὲν μέλι καὶ γάλα καὶ ποταμούς τινας αὐτοῦ τοῦ νέκταρος Σατύροις τε καὶ Βάκχαις ἀρύεσθαι καὶ μειδιᾶν μὲν ὁμοῦ ἡδύ τι καὶ χρυσαυγές, πορφύρειν δὲ ὅλην τοῖς ἄνθεσιν ὅπως ἂν ἔχοι σκιρτᾶν τε καὶ ἀθύρειν ἐπ' αὐτῶν ὁ θεός, similia certe, non tamen eadem — nescio an non tam memorem fuisse rhetorem illius Euripidis loci censendum sit, quam illum quoque fuisse e legitimis hymnorum sacrorum de Dionysi epiphania celebranda locis quem ut Himerius ita Euripides in usum suum conuertisset. quae eo magis confirmari mihi uidetur opinio quod etiam ceteris illius loci Euripidei uersibus eo deducimur ut poetam sententias et usus rite adhibitos expressisse clare intellegamus. sic enim in Dionysum ὠμοφάγον alluditur neque opus est ut ullam addamus uoculam de more illo bacchico ὠμο-

---

1) in Philol. uol. XLVIII p. 194 contra Ludwichium, *Königsberger Studien* I p. 63 sqq.

φαγίης totiens a scriptoribus ecclesiasticis christianis uituperandi causa citato.[1]) denique uerbis Συρίας δ' ὡς λιβάνου καπνός admonemur quantum ualuerint tales odores ad animos bacchantium excitandos.[2]) atque eiusdem turis in hymno Orphico LV in Venerem u. 17 mentio fit: εἴτε καὶ εὐλιβάνου Συρίης ἕδος ἀμφιπολεύεις.

Caput III.

Haec habui quae de iis dicerem canticis quibus hymni quales in Dionysum sollemniter cantabantur toti imitando expressi sunt. sed exstant alii quoque aliorum canticorum uersus singulares qui quin ad hymnorum illorum singularia quaedam propria spectent dubium esse non potest. ac quoniam inde huic disputatiunculae finem instituere placuit ut comprehenderemus quid effectum esset de hymnis sacris quinto illo saeculo quales in Dionysum rite recitabantur accuratius cognoscendis atque intellegendis, ne quicquam neglectum esse uideretur ad carminum illorum imaginem effingendam atque explendam, illi quoque uersus singulares idonei uidebantur qui afferrentur et cum iis coniungerentur quae ex canticis illis uberrime pertractatis profecimus.

De forma igitur atque compositione qua institui deque sententiis et rebus quibus in enarrandis uersari hymni illi sacri soliti sunt nunc iam quae mihi cognita uidentur atque restituta esse complectendo consideremus.

Incipiebatur carmen quale illis temporibus in Dionysum dicebatur, ut fieri solet in hymnis sacris, inuocatione. cui ut amplior accedat sonus et maior uis, epitheta cumulabantur. consentiunt hac in re Sophocles Euripides Aristophanes: πολυώνυμε senes Thebani Dionysum inuocant, Bacchae Βρόμιον παῖδα θεὸν θεοῦ Διόνυσον cantaturae sunt, Aristophanes eandem effecit amplificationem cum mystas repetentes faceret Ἴακχ' ὦ Ἴακχε. sed etiam illud accidisse ueri est simile ut unius ex his cognomentis origo explicaretur, qui usus est in hymnis sacris. inde Euripides ut Διθύραμβος epitheti rationes redderet commotus uidetur esse.

Deinceps narrabatur quibus parentibus, quomodo natus esset Dionysus. ac sicut in aliis hymnis, aut epitheto solo hoc agebatur aut complures carminis uersus in hoc argumento uersabantur. hunc dicendi modum ab Euripide illustrari uidimus, illum Sophocles secutus est et Aristophanes Thesmoph. u. 990 (ed. von Velsen): εὔιε ὦ Διὸς σύ, Βρόμιε, καὶ Σεμέλας παῖ. in ranis uero quibus Orphi-

---

1) cf. Bernaysium *Heraklit. Briefe* p. 73.
2) cf. Rohdeum *Psyche*² p. 17 adn. 1., p. 49 adnot. 1.

corum sententias de Dionyso trieterico deridebat nihil ei dicendum erat de dei genere quoniam ne in hymno Orphico quidem LIII commemoratur. Semelae autem et Iouis filius esse Dionysus praedicabatur. ita hac usi sunt fabula et Sophocles et Euripides. quorum quodsi utrumque uidemus non praetermisisse quin de Semela Iouis fulmine percussa et de Dionysi origine ignea referret, Sophoclem quidem epitheto tantum Iouis βαρυβρεμέτα Semelae κεραυνία, Euripidem uero praeclarissimis uersibus compluribus et praeterea de Dionyso Iouis femori insuto deque Iunonis ira inimicitiisque — legitimas fuisse has res in mytho de Dionysi genere peragendo atque huius hymni partis proprias concludere licet.

Atque sedes enumerabantur in quibus maxime deus coleretur. haec quoque carminum sacrorum consuetudo legitima. ita apud Sophoclem inprimis quinque numero nominari uidimus loca. ac monendum hic est quod de Dionyso quem Delphici colebant ante omnes rem fuisse uidetur. illorum enim festorum quae Delphis agitabantur longe saepissime mentio fit. cf. Aeschyl. Eumen. 22 sqq. Sophocl. O. R. 1105 sqq. Eur. Ion 714 sqq. Iphig. Taur. 1243 sqq. Phoen. 226 sqq. fr. 752 N² inde igitur, a Parnasso monte ex Corycio antro deum aduocare solebant. cf. Sophocl. (p. 238). Eur. Bacch. 559 Aristoph. nubb. u. 603 sqq. u. 595:

ἀμφί μοι . . .
. . . .
Παρνασίαν θ' ὃς κατέχων
πέτραν σὺν πεύκαις σελαγεῖ
Βάκχαις Δελφίσιν ἐμπρέπων,
κωμαστὴς Διόνυσος.

nec uero mirum quod Dionysus Eleusinius semel modo commemoratur apud Soph. cf. p. 238. nam in hymnis iis quorum uestigia poetae illi secuti sunt de illo deo mysteriorum antistite uix fuit cur ageretur. sed sacerrimis illis carminibus mysticis proprius fuit neque de aliis rebus profanis eum aduocari fas erat.

Aliorum autem commemorabantur Dionysi cultus sicut Thebanorum (Sophocl. cf. p. 238), Phrygiorum (Eur. cf. p. 255 et fr. 586 N²), Lydorum (Eur. Bacch. 571), Italorum (Sophocl. cf. p. 238). Nysae quoque quo loco Dionysum educatum esse fabula erat mentio fit apud Soph. (p. 238). et fr. 874 N², Eur. Bacch. 556, praeterea Cypri insulae (Eur. Bacch. 402), Paphi (Eur. Bacch. 406), Olympi montis (Eur. Bacch. 411), Coloni collis (Soph. O. R. 678), Cithaeronis montis (Arist. Thesm. 996).

Epiphaniam autem cum petituri essent — nam de eiusmodi carminibus solum nobis dicendum est — in ea praeclare describenda inprimis opera et studium collocabantur narrando quae mira euenirent deo appropinquante. et longe pulcherrimi sunt Sophoclis et Euripidis et Aristophanis uersus ii quibus hanc consuetudinem reddiderunt.

atque illud quidem legitimum fuisse uidetur ut praedicaretur quanto gaudio omnis mundus deum exciperet: saltando enim omnia dicebantur laetitiam quam sentirent exprimere: saltant sidera Dionyso ipso ducente (Soph. Antig. 1146), omnis terra saltat (Eur. Bacch. 114), saltant senes senectutis molestiarum obliti (Arist. ran. 346), saltat aether, saltat luna, saltant nymphae. cf. Eur. Ion. u. 1074 sqq. qui huc referendi sunt: αἰςχύνομαι τὸν πολυύμνον

θεόν, εἰ . . . .
ὄψεται ἐννύχιος ἄυπνος ὤν,
ὅτε καὶ Διὸς ἀςτερωπὸς
ἀνεχόρευςεν αἰθήρ,
χορεύει δὲ ςαλάνα
καὶ πεντήκοντα κόραι
Νηρέος . . .

sed etiam alia narrabantur: fulgere prata luce mystica (Arist. ran. 344), erumpere e terra uini fontes et mellis et lactis (Eur. Bacch. 142), excitari montes et ualles atque bacchari. cf. Aristoph. Thesm. u. 995 sqq.

ἀμφὶ δὲ ςοὶ κτυπεῖται
Κιθαιρώνιος ἠχώ,
μελάμφυλλά τ' ὄρη δάςκια καὶ νάπαι
πετρώδεις βρέμονται.

His peractis ad carminis finem perueniebatur ita ut Dionysum benigne ut appareret comprecarentur. nec uero solum! sed comites quoque eius legitimas siue mulieres illas bacchantes siue Charites quin aduocarent non praetermittebant. ita apud Sophoclem senes: προφάνηθι Ναξίαις[1]) ςαῖς ἅμα περιπόλοις Θυίαιςιν, apud Aristophanem: ἐλθὲ .. ἐγκατακρούων .. τὰν τιμάν, Χαρίτων πλεῖςτον ἔχουςαν μέρος mystae petunt. sed etiam alias preces hoc loco interdum emissas esse ut benigne conferret precantibus auxilium suosque seruaret inprimis ex Soph. Antig. u. 1140 sqq. intellegimus. quodsi carmen ita finiebatur, illae quas p. 235 sq. monuimus notae omnes comparebant: repetebantur epitheta quam plurima, cf. huius generis Soph. O. R. uersus 209 sq. τὸν χρυςομίτραν .. τᾶςδ' ἐπώνυμον γᾶς, οἰνῶπα Βάκχον εὔιον Μαινάδων ὁμόςτολον, repetebatur cuius filius deus esset, admonebatur sicut aliis datis occasionibus ita nunc quoque benigne auxilio ueniret.

De ipso uero hymnorum sermone ac dictione quantum attinet ad sententiarum uocularumque inter se nexum atque coniunctionem, deque totius orationis tenore et conformatione haec quidem repetenda uidentur atque notanda: quod quantum potuit nominum articuli uita-

1) cf. p. 239 adnot. 1.

bantur; inter sententias relatiuae quam acceptissimae erant quibus epithetis enumeratis oratio pergeretur; in ipsis sententiis condendis uerba finita quam plurima congerebantur; itemque participia abundabant.

Haec fere sunt de carminum sacrorum qualia in Dionysum quinto a. Chr. n. saeculo conficiebantur forma et sententiis restituendis quae possunt proferri. ac satis mihi multa uidentur esse ut inde imaginem quandam recipiamus perspicuam et in omnes fere partes adumbratam.

Errata

Legas p. 221 u. 25 pro: ῾Υπερβορέων: Ὑπερβορέων
„ 241 „ 10 pro: Ἐθλυμπίαν: Ὀλυμπίαν
„ 241, 1 u. 1 pro: Quest.: Quaest.
„ 244, 2 u. 1 pro: ΛητοϑϹ: ΔηοϑϹ

QUAESTIONES PLATONICAE

SCRIPSIT

GUALTHERUS JANELL
MEGALOPOLITANUS

carmine illo: ἐλθεῖν . . . τῷ βοέῳ ποδὶ θύων et apud Soph. Antig. u. 1143: μολεῖν καθαρcίῳ ποδί.

τιμή uox dicitur de munere deos colentium: (ἐγκατακρούων) . . τὰν . . τιμάν, (ἁγνὰν ἱερὰν χορείαν) et u. 346: ἀποcείονται δὲ λύπας ἱερᾶς ὑπὸ τιμᾶς. nescio an in hunc eundem singularem sensum intellegenda sit uox in h. Orph. LXXIX 10 de Themide: ἐκ cέο γὰρ τιμαὶ μακάρων μυςτήριά θ' ἁγνά.

φιλοπαίγμων autem epithetum uox est de rebus bacchicis usitatissima. mystae ipsi παίζουcι cf. u. 319. ἱερὰ παίγματα apud Eur. Bacch. 161 commemorantur. h. Orph. XI 4 sq. de Pane: ἐλθέ, μάκαρ, cκιρτητά . . βακχευτά . . . ἁρμονίην κόcμοιο κρέκων φιλοπαίγμονι μολπῇ. Nereides in h. Orph. XXIV quae u. 10 sq. sic celebrantur: ὑμεῖc γὰρ πρῶται τελετὴν ἀνεδείξατε cεμνὴν εὐιέρου Βάκχοιο καὶ ἁγνῆc Φερcεφονείηc, u. 2 uocantur χοροπαίγμονεc. Nymphae h. Orph. LI 14: φιλοπαίγμονεc: hae quoque (u. 16) cὺν Βάκχῳ Δηοῖ τε χάριν θνητοῖcι φέρουcαι.

μάκαρ quod Dionyso u. 352 tribuitur epithetum linguae sollemnis uox est usitata. h. Delph. Bull. XVIII 6: Λατὼ μάκαιρα. h. Orph. XIV 5 de Rhea: Κρόνου cύλλεκτρε μάκαιρα. legitima uero est in precibus carmine finiente emittendis: h. Orph. III 12: νῦν δὲ μάκαιρ' ὦ Νύξ . . . ἔλθοιc. h. XI 21: ἀλλά, μάκαρ, βακχευτά . . . cf. exempla huius generis p. 235 collecta.

nec uero omittenda est ἔγειρε illa uox qua mystae inter se cohortantur. conferantur autem quae Luebbertus *ind. lect. Bonn.* hib. 1888/89 p. 13 recte iudicauit: *ea uox est in sacris illis* (de Dionyso expergefacto res est) *usitata. Non nascitur Bacchus, sed renascitur. Hoc est pulcherrimum illud:* ἐγείρειν τὸν Λικνίτην *quod scriptoribus in deliciis est.* Plut. de Iside 35: καὶ θύουcιν οἱ Ὅcιοι θυcίαν ἀπόρρητον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνοc, ὅταν αἱ Θυιάδεc ἐγείρωcι τὸν Λικνίτην.

His de uoculis sollemnibus utcumque absolutis iam de carminis locutionibus amplioribus et uersibus uidendum erit quantum cum Orphicorum poesi sacra quae quidem exstet conueniant. quod tabula quadam illustrare iuuat ita ut Aristophanis uerbis ea quae eadem uel similia inueniuntur in hymnis de Dionyso confectis adscribantur itaque quibus consentiant quasi ipsis oculis quaerentibus intellegantur ac comprobentur.

Aristoph. ran.	hymn. Orph.
u. 324. ὦ πολυτιμήτοιc ἕδραιc ναίων.	h. XLV 5 sq. de Dionyso ipso: τετιμένε πᾶcι θεοῖcι καὶ θνητοῖcι βρότοιcι . .
u. 326 sq. ἐλθὲ τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύcων ὁcίουc ἐc θιαcώταc	h. XLV 1 sqq. ἐλθέ . . δc . . χαίρειc . . Μαινάcι θ' ἁγναῖc εὐάζων κατ' Ὄλυμπον.

Aristoph. ran.	hymn. Orph.
u. 328 sqq. πολύκαρπον μὲν τινάccων.. βρύοντα cτέφανον μύρτων	h. L 4. εὔκαρποc, πολυγηθέα καρπὸν ἀέξων. h. L 10. νῦν cε καλῶ μύcτῃcι μολεῖν ἡδὺν, φερέκαρπον.
u. 330 sqq. θραcεῖ δ' ἐγκατακρούων ποδὶ τὰν ἀκόλαcτον φιλοπαίγμονα τιμάν	h. XLVI 4. ὅc ποτ' ἀνὰ δρυμοὺc κεχορευμένα βήματα πάλλειc. LII 7. χοροιμανέc ἡγέτα κώμων.
u. 335 sq. Χαρίτων πλεῖcτον ἔχουcαν μέροc	h. XLVI 3. νυμφῶν ἔρνοc ἐρατὸν εὐcτεφάνου τ' Ἀφροδίτηc. u. 5. cὺν νύμφαιc χαρίεccι ἐλαυνόμενοc μανίῃcι.
ἁγνὰν ἱερὰν ὁcίοιc μύcταιc χορείαν.	h. LII 8. βακχεύων ἁγνὰc τριετηρίδαc.
u. 340. φλογέαc λαμπάδαc ἐν χερcὶ τινάccων et u. 350 λαμπάδι φέγγων.	h. LII 9. πυριφεγγέc.
u. 342. νυκτέρου τελετῆc φωcφόροc ἀcτήρ,	h. LII 3 sq. πυρίπνοε καὶ τελετάρχα, νυκτέριε. h. XXX 1. εὐαcτῆρα.
u. 346. ἀποcείονται δὲ λύπαc.. ἱερᾶc ὑπὸ τιμᾶc	h. L 6. παυcίπονον θνητοῖcι φανεὶc ἄκοc. h. XLV 7. ἐλθέ.. cκιρτητά. φέρων πολὺ γῆθοc.
u. 351. ἔξαγ' .... χοροποιόν, μάκαρ,	h. XLV 7. ἐλθέ, μάκαρ. XLVI 7. εὔφρων ἐλθὲ μάκαρ. XLVII 6. ἐλθέ, μάκαρ et LII 13.
ἥβαν.	h. LII 12. πολυπάρθενε.

Ac finem quidem huius de Aristophanis uersibus disputationis ita instituere liceat ut quoniam de Dionyso trieterico carmen esse statui ex hymnis Orphicis qui sunt de Dionyso illo chthonio hymnum LIII Ἀμφιετοῦc explicem atque interpreter adscribendo ea quae ex Aristophanis carmine ad illum illustrandum se praebent hac tabula confecta:

hym. Orph. LIII Ἀμφιετοῦc.	Aristoph. ran.
u. 1 sq. Ἀμφιετῆ καλέω Βάκχον, χθόνιον Διόνυcον	u. 324. Ἴακχ' ὦ πολυτιμήτοιc ἕδραιc ἐνθάδε ναίων.
ἐγρόμενον κούραιc ἅμα νύμφαιc εὐπλοκάμοιcιν.	u. 330 sq. ἐλθέ.. ἐγκατακρούων .. τὰν .. τιμὰν Χαρίτων πλεῖcτον ἔχουcαν μέροc.
u. 5 sq. αὐτὸc δ' ἡνίκα τὸν τριετῆ πάλι κῶμον ἐγείρῃc εἰc ὕμνον τρέπεαι cὺν ἐυζώνοιcι τιθήναιc εὐάζων ...	u. 350 sq. cὺ δὲ.. ἔξαγ' ἐπ' ἀνθηρὸν ἕλειον δάπεδον χοροποιόν .. ἥβαν.

hym. Orph. LIII Ἀμφιετοῦς.	Aristoph. ran.
u. 8 sqq. ἀλλά, μάκαρ, χλοοκάρπε, κερασφόρε, κάρπιμε Βάκχε	u. 326 sqq. ἐλθέ .. πολύκαρπον μὲν τινάσσων .. βρύοντα στέφανον μύρτων .. ἐγκατακρούων
βαῖν' ἐπὶ πάνθειον τελετὴν γανόωντι προσώπῳ εὐιέροις καρποῖσι τελεσσιγόνοισι βρυάζων.	τὰν .. τιμάν, ἁγνὰν ἱερὰν ὁσίοις μύσταις χορείαν.

A Bacchis Dionysi comitibus furentibus Bacchas fabulam Euripides denominauit. neque uero inde nomen petiuit solum sed totam fabulam moribus illis instruxit bacchicis insanis uere obseruatis itaque accurate redditis ut nisi traditum esset poetam Macedonia in aula regia morantem illam fabulam composuisse commotum atque impulsum orgiis bacchicis quibus mulieres Macedoniae simili modo ac Delphicae nocturnis sacris sollemnibus Dionysum celebrabant — quibus ipsum quasi alterum Pentheum interfuisse eorumque ritus ac caerimonias cognouisse quo fuit summo studio omnium rerum ad religionem deorum spectantium conicere fas est —, tamen rem similiter se habuisse uersus ipsi clamarent.[1]) repleta autem sunt furore illo bacchico cum tota fabula tum chori cantica, quibus in conscribendis num fortasse quantum poetae carmina Baccharum sollemnia siue in memoria fuerint siue ad exemplar, uidere nostrum est.

Nam perquirenti mihi carminum sacrorum in Dionysum uestigia huius Euripidis fabulae cantica uel maxime pertractanda esse in aperto est. tamen consultius uidebatur de primo tantum cantico amplius disserere et huc referre itaque una cum illo pertractare quae ex ceteris hymnorum sacrorum propria afferenda essent.

Qua autem re permotus inde absoluendam proposuerim hanc de Euripide hymnorum in Bacchis imitatore quaestionem, sponte intellegitur si de primis illius carminis uersibus uidemus.

Vu. 64 sqq. chorus mulierum in scaenam ingressus quis sit unde ueniat exponit. Asiae minoris ab ora ueniunt. Dionysum uenerantur eumque colunt. sed fauere linguis omnes nunc iubent: τὰ νομισθέντα γὰρ αἰεὶ Διόνυσον ὑμνήσω. iam uides, ipsae illae dicunt quemadmodum id quod sequitur carmen intellegendum sit. an uero fugere te potuit hanc uocem ex legitimis esse eorum qui hymnum sacrum in deos cantaturi sunt? cf. p. 221. hymnum igitur sacrum cantaturae sunt mulieres in Dionysum, Bacchae in Bacchum. quodsi singula accuratius inspiciemus, hanc comprobari sententiam efficietur Euri-

1) *Noch schlägt uns aus den „Bacchen" des Euripides der Zauberdunst enthusiastischer Erregung entgegen, wie er sinnverwirrend, Bewusstsein und Willen bindend, Jeden umfing, der sich in den Machtbereich dionysischer Wirkung verirrte.* Rohde *Psyche*[2] II p. 46.

pidem hos uersus cum conficeret carminum sacrorum imitatum esse et linguam et consuetudines legitimas.

Atque illis quidem praemissis uersibus 72 sqq. . . quibus beatus praedicatur quicumque particeps sacrorum sanctam agit uitam carmen incipiunt u. 83 deum rite ac sollemniter nominantes.

Hac prima carminis parte peracta ad praeclaram illam ueniunt alteram qua de Dionyso quomodo, a quibus natus sit narratur. neque fugere potest sollemnibus his atque sanctis uerbis obseruari morem illum carminum sacrorum proprium quo inuocatione facta de deorum parentibus siue filiis aut epithetum solum proferatur aut nonnulli carminis toti uersus hoc argumento consumantur.

Inde ad Thebanas admonendas se conferunt pie riteque ut excipiant deum appropinquaturum: nam potentissimus est ille qui adueniet. ipsa terra se mouet saltat bacchatur Dionysi epiphaniam cum sentiat. quid multa dicam de his uersibus ut recte intellegantur? iam cognoscis locum illum hymnorum sacrorum proprium legitimumque de deorum epiphania qua omnis mundus aut summo affici dicitur gaudio aut pauore quodam percussus uenerabili contremiscere.

Quibus breuiter adumbratis iam elucet hoc Baccharum carmen hymnum esse sacrum compositione legitima confectum inuocationem continentem, narrationem de deo nascendo, descriptionem dei epiphaniae eorumque quae hac efficiuntur. quas quoniam tres statuimus partes, ad singulas accuratius inquirendas progrediamur.

Ac primum quidem uerba ἴτε Βάκχαι ἴτε Βάκχαι in eandem accipienda sunt uim ac uocula illa ἔγειρε in Aristophan. ran. de qua p. 252 diximus. itemque ex usu Baccharum siluas montesque peruagantium et cohortantium inter se desumpta ea uideri facile conceditur.

neque omittendum est quod deus non ipso modo nomine uocatur, sed hoc quoque loco illud comparet studium inuocantium ut deorum epitheta congerant et cumulent. ita u. 84 sq. mulieres uocant Βρόμιον παῖδα θεὸν θεοῦ Διόνυϲον.

deinde uerba illa κατάγουϲαι Φρυγίων ἐξ ὀρέων Ἑλλάδοϲ εἰϲ . . ἀγυιὰϲ τὸν Βρόμιον in eam dicta sunt sententiam ut sedis illius Dionyso ante omnes sanctae mentio fieret. hanc eandem carminum sacrorum consuetudinem amplius poeta imitando persecutus esse uidetur u. 402 sqq. ubi chorus desiderare se dicit ut ueniat Cyprum Paphum Olympum ad montem quibus locis Dionysi cultum florere u. 415 edocemur: ἐκεῖ δὲ Βάκχαϲ θέμιϲ ὀργιάζειν. similiter u. 556 sqq. loca enumerantur quattuor numero ubi deum morari chorus suspicatur: Nysa Corycia Olympus mons Lydia. atque illam quoque animaduertas locutionem quae si de Dionyso urbem aliquam ingrediente et ab incolentibus rite excepto narratur in hymnis uulgata est: εὐρυχόροι ἀγυιαί. hoc nostro loco Dionysum agunt Ἑλλάδοϲ εἰϲ εὐρυχόρουϲ ἀγυιάϲ. in hymno Delphico Bull. XIX 114 sq. haec leguntur: ἀλλὰ δέχεϲθε . . . Δι[ό]νυϲον ἐν δ' ἀγυί]αιϲ. Wei-

Transeamus nunc ad Ioannis ab Arnim[4]) disputationem, quae de affirmationum usu Platonico habita est. Hic vir doctus de ea via, qua in his quaestionibus procedendum est, illustranda optime meritus est.[5])

Observationes de affirmationibus factas aptissimas ad finem totius rationis ess eprimum quod frequentissime inveniantur, deinde quod „a rerum tractatarum proprietate nequaquam pendeant", denique quod „in re leviuscula" scriptor quasi sibi inscius stilum immutet, vir doctus initio explicat; accedere quod inter singulas affirmationes pugna cerni possit. Has in quinque genera dividit: primum quod fit per adverbia, quae augendi vim habent; alterum quod fit per enuntiatum, quo interrogantem vera etc. dixisse statuitur; tertium quod fit per adverbia οὕτωc, ὀρθῶc etc., quartum quod fit per verba φαίνεcθαι, δοκεῖν etc., quintum quod fit per interrogationem rhetoricam.

Summam autem observationum Arnimii invenimus Philebum proxime ante Leges conscriptum esse atque, quod etiam Dittenberger Schanzius Ritter demonstraverunt, „Sophistam Politicumque cum inter se simillimam consuetudinem tum cum Philebo et Legibus haud pauca habere communia". — Nisus aliis observationibus Arnimius contendit ultimos dialogos hoc ordine ortos esse: Sophistam Politicum Philebum Leges; Theaetetum denique Phaedrum Parmenidem cum mediis Reipublicae libris conspirare.

Postquam ad finem huius quaestionis pervenimus, reliquum est, ut omnia, quae disputationibus illorum virorum doctorum effecta sint, comprehendamus. Tabulis igitur Ditterbergeri Ritteri Arnimii collatis — Schanzium exclusimus, quod tantum Dittenbergerum correxit — intellegimus viros doctos de temporibus Theaeteti et Phaedri, qui ad eandem aetatem ad quam Respublica relegentur, et Sophistae Politici Philebi Legum, qui dialogi ultimi esse videantur, mirum quantum inter se congruere.

Breviter denique dicendum est de libro Vincenti Lutosławski cui est titulus *On the origin and growth of Plato's logic.* Hic omnibus quaestionibus quae de dicendi genere Platonis habitae sunt contractis, certam chronologiam scriptorum Platonicorum instituere conatur (cf. *Zeitschr. f. Philos. u. phil. Krit.* 110, 171 sqq.). Sine dubio Lutosławskius laude dignus est, quod summa industria omnia congessit.

4) De Platonis dialogis quaestiones chronologicae. Ind. lect. Rostoch. 1896/97.

5) Neque hoc loco possumus non profiteri, quantum Ioanni ab Arnim praeceptori nostro debeamus, qui philologiae studiosos pridie Kal. Mart. a. MDCCCXCVII ad certamen his verbis invitans: *Ordinem temporum, quibus dialogi Platonis scripti sunt, e sermonis observatione definire complures viri docti conati sunt. Postulamus, ut quid ex hac ratione certi adhuc intellectum sit diiudicetur. Porro plura certioraque eadem ratione enucleari volumus cum hiatus vitandi legibus tum verborum collocandorum arte et consuetudine accurate observatis* — nos quoque ad Platonis dictionem perquirendam incitavit.

Tamen ratio arithmetica, qua sic utitur, ut iis quoque dictionis observationibus, quae omnino nihil valent, adhibitis legem „stylometricam" condat (cf. l. a. p. 205), abicienda est; atque Ioanni ab Arnim plane assentimur, qui dicit (*Gött. Gel. Anz.* 1899 p. 151) *„die von Lutosławski .... angewandte rechnerische Methode ist ein Irrweg"*.

Nihilominus autem putamus quaestiones ad dictionem pertinentes, si modo aliam viam quam Lutosławskius ineamus, ad chronologiam Platonicam constituendam aliquid conferre posse. Sed sunt qui hoc in dubium vocent. Primus Eduardus Zeller hanc rationem rectam esse negavit; quaerit enim, quanam re intellegere possimus, quae dictionis discrimina soli huic causae, quod dictio paulatim immutata sit, quaeque aliis causis debeantur.

Quamquam viro summo libenter concedimus non omnes sermonis proprietates, quae adhuc adhibitae sunt ad illustrandam chronologiam, vim habere, tamen verisimile est multa generis dicendi discrimina, quae in scriptis eiusdem auctoris inveniantur, in eo posita esse quod alia scripta aliis temporibus conscriberentur. Ea autem, quae ad hanc rem utilia sint, eligenda curat ratio, quam supra explicavimus. Atque optimo iure existimari potest eis quae ab illis viris doctis, hac ratione quasi armatis, miro consensu effecta sint, Zelleri argumenta infirmari.

Praeterea, ut ad singula transeamus, nonnulla, quibus Zeller sententiam confirmare studet, refutari possunt. Ut enim ea, quae Ritter de tempore Sophistae et Politici dialogorum Legibus vicinorum enucleaverat, refellat, *Wer bürgt uns dafür*, inquit (*Archiv f. Gesch. d. Philos.*, vol. II, 1889, p. 684 sq.), *dass die Eingriffe des Herausgebers* (scil. Legum), *welche sich an so manchen Stellen derselben erkennen lassen, sich nicht auch auf ihre Sprache erstreckten?* Contra hanc sententiam dicendum est opinionem a Bergkio (*Fünf Abhandlungen zur Gesch. d. Philos.*, p. 60 sqq.), Rittero (commentar. ad Legg. p. 64), Ioanne ab Arnim (*Gött. Gel. Anz.* 1899, 167 sq.) prolatam, ex qua Philippus Opuntius, qui Leges edendas curavit (Diogen. Laert. III 25), hac in re verecunde ac pie egerit, confirmari eo quod ille, quamquam Epinomis eum legem hiatus vitandi quam accuratissime secutum esse probat[6]), ne hiatus quidem in Legibus inventos imminuere[7]) ausus sit. Itaque editor Legum illo crimine, quod Zeller ei intulit, solvi potest; atque argumentum contra utilitatem Ritteri observationum prolatum caducum est. Porro Zeller nuperrime (*Archiv f. Gesch. d. Philos.*, vol. 13 (1900) p. 282 sqq.) demonstrare conatur Ioannem ab Arnim ex iis, quae quaestionibus de adfirmationibus habitis effecerit, nimium concludere; ac numeris affirmationum ναί et πάνυ adhibitis sententiam suam confirmari putat. Tamen hoc uno exemplo nihil

---

6) Invenimus enim in 14, 3 paginis (scil. editionis Didoteanae) 39 hiatus, in singulis igitur 2, 7.

7) Nam in nonnullis Legum libris, quamquam studium hiatus vitandi exstet, satis multos hiatus inveniri infra videbimus.

probatur. Nam numeri adfirmationum illo παντάπασι compositorum sententiam Ioannis ab Arnim confirmant: si enim Zellerum sequimur, efficimus haec:

Reipublicae	I	1,00 %	Reipublicae	VI	4,05 %
„	II	5,71 „	„	VII	4,76 „
„	III	5,79 „	„	VIII	1,83 „
„	IV	7,15 „	„	IX	4,21 „
„	V	6,52 „	„	X	6,75 „

Uno igitur libro VIII excepto — atque hoc nihil probatur — libri Reipublicae II—X multo maiorem numerum illarum formularum quam l. I praebent eumque fere parem; itaque ab Arnim suo iure dicit Platonem seniorem has adfirmationes adamasse; Legum autem usus huc non spectat (Arnim p. 7). Idem fit quaestione de adfirmationibus interrogativis habita (Arnim p. 14):

inveniuntur in Reipublicae			in Legum libris	
l.	I	9,00 %	I	26,78 %
„	II	11,43 „	II	24,71 „
„	III	17,48 „	III	29,41 „
„	IV	14,74 „	IV	25,81 „
„	V	8,26 „	VI	39,29 „
„	VI	18,92 „	VII	32,26 „
„	VII	14,29 „	VIII	19,75 „
„	VIII	13,76 „	IX	20,00 „
„	IX	14,74 „	X	12,00 „
„	X	14,86 „	XII	20,00 „

Videmus igitur in Reipublicae l. II—X fere eundem numerum inveniri eumque maiorem quam in libro I., eos autem Legum libros, qui huc pertineant, satis multas illarum adfirmationum praebere — nam nec Reipublicae V nec Legg. X dissidentes quicquam probare possunt. — Itaque ab Arnim suo iure dicit prima aetate parvam esse harum interrogationum frequentiam, maiorem fieri media aetate, maximam ultima (p. 14).

Denique Zeller id, quod iam pridem postulaverat (cf. *Archiv f. Gesch. d. Phil.* II (1889) p. 679), ipse fecit, cum in usum dicendi eorum scriptorum eiusdem auctoris, quorum tempora certa essent, inquireret. Nam postquam compluria Davidi Strauss scripta elegit, quaesivit, quem usum singularum interpunctionum adhiberent (*Archiv f. Gesch. d. Phil.* 1898, p. 1 sqq.). Ac putavit iis, quae demonstrasse sibi visus est, fundamenta quaestionum ad dictionem pertinentium eversa esse. Lutosławskius (*Zeitschr. f. Phil.*, vol. 112, 34 sq.) quidem opinatur Zelleri observationibus, quod ad res leviusculas pertineant, nihil demonstrari posse, Campbellum autem, qui dictionem Alfredi Tennyson perquisiverit, illam rationem chronologiae illustrandae esse probandam confirmare. Tamen melius est examinare, quid

ex Zelleri commentationibus concludi possit, quam sibi sumere observationes viri egregii nullius pretii esse. Nobis enim illae tabulae nostram rationem probare videntur: nam si, alteri parti epistulas ac scripta minora, alteri scripta maiora tribuentes, Zelleri tabulam priorem perspexerimus, inveniemus haec:

num. stigmat.	in epist. etc.	num. stigm.	in scr. mai.
a⁰ 1831	102	a⁰ 1835	54
38	101	35	41
48	115	40	62
56	114	64	46
58	109	64	57
66	88		
70	85		
70	71		
72	98		

„ 401 B φύλακεc
„ 401 C ἵνα
„ 401 C προcβάλῃ,
„ 402 A τροφή,
„ 403 B ἅπτεcθαι
„ 404 A γε
„ 405 D πνευμάτων
„ 410 B οὐχ
p. 411 A ὤτων
„ 411 B εἶχεν,
„ 411 B ἐκτέμῃ
„ 411 E ἀγριότητι
„ 413 D θεατέον,
„ 414 D ἐπαιδευόμεν,
„ 415 E πολέμιοc
„ 416 E ξυccίτια —.

lib. IV.: 26 ὥcπερ, 1 καθάπερ:

ὥcπερ:

p. 420 A ἄν,
„ 420 A λαμβάνοντεc
„ 420 C cκεψόμεθα.
„ 421 B καὶ
„ 424 A ἔρχεται
„ 424 A γεννᾶν
„ 425 E τοιούτουc
„ 426 E ὄντι
„ 428 A μήν;
p. 430 A δέξοιντο
„ 430 E τοιαῦτα
„ 431 E οὐχ
„ 432 B δεῖ
„ 432 D καταγελαcτότατοι·
„ 435 A τρίβοντεc
„ 437 C αὐτὴν
„ 439 B ἄγοντοc
p. 439 B οὖν.
„ 440 B καὶ
„ 440 D ἢ
„ 440 D ἐπικούρουc
„ 440 D ἀρχόντων
„ 441 A φανῇ,
„ 441 E οὐχ,
„ 443 D ὄντα
„ 445 C ἐγώ,

καθάπερ: p. 441 A ἢ καθάπερ.

lib. V.: 16 ὥcπερ, 0 καθάπερ:

ὥcπερ:

p. 449 C τοῦτο,
„ 450 A πάντα
„ 450 A πάλιν
„ 451 B cε
„ 452 B πρεcβυτέ-
ρας,
p. 457 B ἓν
„ 458 A ἑορτάcαι,
„ 458 C αὐτοῖc,
„ 466 D ξυνθηρεύειν
„ 466 D δυνατὸν
„ 466 E ἵνα
p. 470 B μοι,
„ 472 A ἐγώ,
„ 473 C ἀτεχνῶc
„ 475 C εἶναι,
„ 475 D ἐλθεῖν, —.

lib. VI.: 29 ὥcπερ, 0 καθάπερ:

ὥcπερ:

p. 484 C δυνάμενοι
„ 485 B ἀφίενται,
„ 485 D ἀcθενέcτεραι
„ 487 B καὶ
„ 492 A ἡγεῖ,
„ 495 C δὲ
„ 495 D μεcτήν,
„ 495 D δημιουρ-
γιῶν
„ 496 D ἀλλὰ
„ 497 B αὐτήν,
p. 497 C πολιτείαν,
„ 498 E αὐτομάτου
„ 500 A διορίζῃ
„ 501 A ἐγώ,
„ 502 E ἀρχόντων
„ 503 A ἐκβαίνοντα,
„ 503 D δυcμαθῶc
„ 503 E ἀποδειλιά-
cει,
„ 504 D δεῖ
„ 505 B ὄφελοc,
p. 506 D Γλαύκων,
„ 506 D ἂν
„ 507 A μὴ
„ 508 B ταμιευομέ-
νην
„ 508 C τυφλῶν,
„ 509 A ἀλήθειαν,
„ 509 D ἐγώ,
„ 509 D ἔχω.
„ 511 E λόγον, —.

lib. VII.: 24 ὥcπερ, 0 καθάπερ:

ὥcπερ:

p. 514 B παρῳκοδο-
μημένον,
„ 519 B ξυγγενεῖc
„ 519 B ἑώρα,
„ 520 B πόλει
„ 521 C φῶc,
„ 524 E οὐcίαν,
„ 529 D ὁμοίωc
„ 530 B χρώμενοι
p. 531 A ἀνήνυτα
„ 532 B τέλει
„ 532 C θέαν,
„ 532 D οὕτωc
„ 532 E ἀφικομένῳ
„ 533 E ἐγώ,
„ 534 C καὶ
„ 534 D ὄνταc
„ 534 E ἐγώ,
p. 535 E εὐχερῶc
„ 536 C καὶ
„ 537 A αἵματοc,
„ 538 C ἐκτεθράμ-
μεθα
„ 538 E οἰκεῖα,
„ 539 B χαίροντεc
„ 540 C Cώκρατεc,—

lib. VIII.: 23 ὥcπερ, 1 καθάπερ:

ὥcπερ:

p. 543 B ἄλλοι,
„ 544 B τοίνυν,
„ 544 E ἂν
„ 545 B οὖν,
„ 545 D βούλει,
„ 548 A ἔcονται,
„ 548 B καρπούμε-
νοι,
p. 549 A δούλων
„ 550 E διέcτηκεν,
„ 553 A πταίcαντα
„ 556 E οὐκοῦν
„ 557 C εἶναι
„ 557 C ταύτην,
„ 557 D ἐκλέξαcθαι,
„ 558 A περινοcτεῖ
p. 558 C cκεπτέον,
„ 559 E οὖν,
„ 561 B ἀεὶ
„ 561 E ποικίλον,
„ 564 C πόλιν,
„ 568 C μέν,
„ 568 D τιμή,
„ 569 A ἑταίρουc, —

καθάπερ: p. 543 C γάρ, καθάπερ.

lib. IX.: 14 ὥcπερ, 2 καθάπερ:

ὥcπερ:

p. 573 E δὲ
„ 573 E ἄλλαιc
„ 574 A οὖν,
„ 575 A αὐτὸν
„ 575 D πόλιc

p. 579 C ἄρχειν,
„ 580 B ἤδη,
„ 580 B ἔγωγε
„ 580 D ἐπειδή,
„ 585 A γίγνεcθαι,

p. 586 C εἶναι,
„ 589 B ἐπιμελήcεται
„ 590 D αὐτόν,
„ 590 E αὐτοῖc —

καθάπερ: p. 577 A μὴ —, p. 580 B κρίcιc. —

lib. X.: 24 ὥcπερ, 2 καθάπερ:

ὥcπερ:

p. 599 C πεποιηκέναι,
„ 599 C κατελίπετο
„ 599 D ᾤκηcεν,
„ 600 A λέγονται,
„ 600 B Ὁμηρικήν,
„ 600 E ἀλλὰ
„ 603 D ἢ
„ 604 C καὶ
„ 605 B λογιcτικόν,

p. 607 E ἑταῖρε,
„ 608 D οὖν
„ 609 C ποίει·
„ 610 C ἔχοντι
„ 610 D μὴ
„ 611 C κακῶν,
„ 611 C αὐτό,
„ 612 B ἐπηνέγκαμεν,
„ 612 D δικαιοcύνηc,

p. 612 E θεομιcήc,
„ 614 E ἀφικνουμέναc
„ 616 D εἶναι,
„ 620 D ᾑρῆcθαι,
„ 621 B ἅπτονταc
„ 621 D κομιζώμεθα, —

καθάπερ: p. 604 C προcπταίcανταc —, 616 D ἁρμόττων, —.

Theaetetus: 47 ὥcπερ, 2 καθάπερ:

ὥcπερ:

p. 144 A ὀξεῖc
„ 144 A φέρονται
„ 146 A καθεδεῖται,
„ 146 B ἀλλά,
„ 148 B ἀποκρίναcθαι,
„ 148 C ἐπιcτήμην,
„ 148 D ἀπόκριcιν,
„ 151 B cε,
„ 151 C ἀγρίαινε
„ 153 D τοῦτο
„ 156 C μέν,
„ 158 C γὰρ
„ 159 B οὕτωc
„ 161 C αὐτὸν
„ 162 A ἀνήρ,
„ 162 B πείcεcθαι;

p. 168 A ὁρᾷc
„ 168 B οὐχ,
„ 170 A χειμάζωνται,
„ 170 E πολλοί,
„ 172 D ποιοῦνται·
„ 173 C ἡμέτεροι
„ 173 C θεατὴc
„ 174 A Cώκρατεc;—
„ 176 A λέγειc
„ 179 E ἀρχῆc
„ 179 E ἤ,
„ 180 A ἔρῃ,
„ 180 C παραλαβόνταc
„ 181 A δώcομεν
„ 181 C ἤ,

p. 183 D διέλθητε,
„ 184 D ἡμῖν,
„ 185 D ἴδιον
„ 187 B προιοῦcιν,
„ 187 E πάλιν
„ 191 D ἀποτυποῦcθαι,
„ 193 C κηρίνῳ
„ 193 C καὶ
„ 197 C ἀλλὰ
„ 197 D δή,
„ 202 B cυγκείμενα,
„ 202 E δή·
„ 206 D ὀνομάτων,
„ 207 A ἡμᾶc,
„ 208 C φωνῇ
„ 208 E ἐγγὺc —

καθάπερ: p. 169 A ἀναγκάcειν —, p. 172 D μᾶλλον —.

Habent autem Sophista: 9 ὥϲπερ, 14 καθάπερ:

ὥϲπερ:

p. 221 A ϲώματοϲ	p. 252 C ὑποφθεγγόμενον	p. 258 B ἔχον
„ 230 C αὐτούϲ,	„ 255 D εἰδοῖν	„ 267 E ϲκοπώμεθα
„ 237 D λέγειν	„ 258 B οὖν	
„ 244 E ἐϲτίν,		

καθάπερ:

p. 217 A ἤ	p. 250 E ἤδη	p. 259 A ἐκείνῳ
„ 218 A καὶ	„ 255 D λέγειϲ	„ 261 C δόξαν
„ 239 B λέγοντι	„ 256 C ἑτέρου	„ 261 D δή,
„ 241 C καὶ	„ 257 C κατακεκερματίϲθαι	„ 262 D δὴ
„ 250 A ϲὲ		„ 268 C αὐτοῦ, —.

Politicus: 19 ὥϲπερ, 33 καθάπερ:

ὥϲπερ:

p. 258 B διαληπτέον,	p. 277 D πάλιν	p. 296 E ἀρχομένων;
„ 258 D χειρουργίαν	„ 280 A τέχνην	„ 297 C θετέον
„ 261 D ἰδιοτρόφον,	„ 283 E ἀλλὰ	„ 301 B δὲ
„ 263 A οὖν	„ 287 C νῦν;	„ 303 A πολλῶν
„ 264 A διαιρώμεθα,	„ 293 A νομιϲτέον	„ 303 C ἡμῖν
„ 276 B ἐϲτίν,	„ 294 C ξυντείνοντα	„ 306 D γενοίμην, —
„ 277 B/C ἡμῖν		

καθάπερ:

p. 257 C ϲυμβουλεύειϲ;	p. 265 E δεῖ	p. 279 B οὐ,
„ 260 A ἀπηλλάχθαι,	„ 266 B ᾖ	„ 280 A ἱματιουργικῆϲ
„ 260 C κριτικῇ,	„ 267 A καὶ	„ 284 B οὖν,
„ 260 C πῃ,	„ 267 C τοῦτο,	„ 284 E μετρητικήν,
„ 260 E βούλει,	„ 268 D δή,	„ 287 E πήγνυται.
„ 261 E μέν,	„ 268 E νοῦν	„ 289 C γενήϲεϲθαι,
„ 262 B ἔχῃ	„ 271 E ἐπιϲτατῶν	„ 294 C ἀτεχνῶϲ
„ 262 D διαιροῖ	„ 274 A ἀλλὰ	„ 302 A καὶ
„ 263 A ϲχολὴν	„ 274 D ἔχειν	„ 303 C δρᾶμα
„ 263 D διονομάζοι	„ 276 A ταὐτὰ	„ 308 D αὐτή,
„ 264 E πεζονομικήν	„ 276 E ἐπανορθούμενοι,	„ 310 A καὶ. —

Timaeus: 10 ὥϲπερ, 18 καθάπερ:

ὥϲπερ:

p. 23 A ἐτῶν	p. 53 B διακείμενα	p. 79 A ῥεῖν
„ 26 C ἀλλὰ	„ 65 C ταῦτα	„ 80 D γέγονεν
„ 52 E διακρινόμενα	„ 69 B πρόϲθεν.	„ 81 A περιειλημμένα. —
	„ 77 C ἵνα	

καθάπερ:

p. 19 A ἤδη	p. 26 A δή,	p. 50 E γένη,
„ 20 C δή,	„ 30 C ἔχει,	„ 63 A ὅλον,
„ 20 E προπάππου	„ 37 D ἀπεργάσασθαι.	„ 73 D καὶ
„ 21 C ἐσπουδάκει	„ 40 B ἴσχοντα,	„ 81 A γίγνεται,
„ 24 B θεοῦ	„ 47 D ἄλογον	„ 86 C γίγνεται
„ 24 D ἀρετῇ	„ 48 B αὖ,	„ 89 E ἄν. —

Critias: 2 ὥσπερ, 5 καθάπερ:

ὥσπερ:

p. 109 D γένος, — p. 114 C δέ, —.

καθάπερ:

p. 108 A παραιτήσε-ται	p. 109 B βιαζόμενοι,	p. 113 B τότε.
	„ 111 B δή,	„ 120 D δέ, —.

Philebus: 10 ὥσπερ, 27 καθάπερ:

ὥσπερ:

p. 14 A λόγος	p. 33 D τινα	p. 61 B ἡμῖν,
„ 18 A τούτων.	„ 44 C ἀλλὰ	„ 62 C δῆτα,
„ 31 B ἡδονήν·	„ 44 D τούτους,	„ 66 D πλὴν
	p. 67 B πιστεύοντες —	

καθάπερ:

p. 15 A τιθῆται,	p. 32 D λύπῃ	p. 60 B δὲ
„ 19 E λέγομεν,	„ 41 B δὴ	„ 61 A τίνα;
„ 22 E πεπτωκέναι	„ 44 B εἶναι	„ 61 C μὴν
„ 25 D ἡμᾶς,	„ 44 E Πρώταρχε,	„ 62 E ἀναγκαῖαι,
„ 27 A ὀνόματι,	„ 49 B δοξάζουσι,	„ 63 A καί,
„ 28 C ἐγώ,	„ 51 C λέγω	„ 63 B ὅτι
„ 28 D τἀναντία,	„ 57 B ἐπιστήμη	„ 63 E ὁπόσαι
„ 29 A γῆν,	„ 58 C πραγματείᾳ	„ 64 B γὰρ
„ 31 B σοὶ	„ 59 E φαίη	„ 65 C ὡς.

Legum lib. I.—XII.: 24 ὥσπερ, 148 καθάπερ:

lib. I.: 5 ὥσπερ, 8 καθάπερ:

ὥσπερ:

p. 630 E λέγειν;	p. 636 A ἀνευρήσο-μεν,	p. 637 B λύσαιτο,
„ 631 A ζητούντων,		„ 637 D πότερον, —

καθάπερ:

p. 625 D ἔστι,	p. 634 A αὐτάς,	p. 636 A γάρ,
„ 629 C πολέμου,	„ 634 B ξένε,	„ 637 E ἢ —.
„ 632 E διεξελθεῖν	„ 635 A καὶ	

lib. II.: 3 ὥcπερ, 12 καθάπερ:

ὥcπερ:

p. 655 A ἀπεικάcαντα, — p. 671 C αὐτὸν — p. 671 E οὐχ —.

καθάπερ:

p. 654 E αὖ
„ 657 A εἴη,
„ 658 B ἐπιδεικνύναι
„ 659 B νόμῳ.
p. 659 E πράττεcθαι
„ 660 D ἤ
„ 660 D εἰ
„ 660 D ἔτι
p. 665 E εἰ
„ 666 C ἦθος,
„ 671 B ταῦτα,
„ 671 C πλάττειν.

lib. III.: 3 ὥcπερ, 10 καθάπερ:

ὥcπερ:

p. 679 C cοφίαν, — p. 682 E ἀφίγμεθα — p. 699 C φίλοιc —.

καθάπερ:

p. 680 E ἑπόμενοι
„ 684 C δέξονται
„ 685 C ἀδικοῖ,
p. 685 C cμικρόν·
„ 689 E οὖν,
„ 693 A βαρβάροιc,
p. 701 C μὴ —
p. 693 D ἅπαcαι,
„ 697 E καὶ
„ 700 C πλήθουc,

lib. IV.: 1 ὥcπερ, 12 καθάπερ:

ὥcπερ: p. 715 E θεόc, —.

καθάπερ:

p. 706 B ἐκέκτηντο
„ 707 D ἡγούμενοι,
„ 708 D καὶ
„ 711 A δέ,
p. 712 A οὖν
„ 712 B cοι
„ 713 C ἄρα,
„ 720 A προcδιδῷ;
p. 720 A δεώμεθα,
„ 720 B μή,
„ 720 C εἰδώc,
„ 723 E περαίνοντεc,

lib. V.: 1 ὥcπερ, 7 καθάπερ:

ὥcπερ: p. 732 B ἀναμιμνήcκοντα· —.

καθάπερ:

p. 733 C ἰcορροπεῖ,
„ 734 E ὑπογράφειν.
p. 735 D ἀλγεινόc,
„ 736 C ὅτι
p. 747 C λάθοι, —
p. 739 A φορά,
„ 746 A πλάττων

lib. VI.: 1 ὥcπερ, 18 καθάπερ:

ὥcπερ: p. 753 A ταὐτά, —.

καθάπερ:

p. 754 B παρόντι
„ 754 C δὲ
„ 755 D δοκιμαcθέν-των
„ 755 E εἶναι,
„ 756 A γίγνεcθαι,
„ 756 C ταὐτὰ
p. 759 E εἶναι
„ 760 A γίγνεcθαι
„ 763 E αἵρεcιν
„ 766 D φθεγγόμε-νοc,
„ 769 A δοκεῖ
„ 769 A ὅτι
p. 770 B ἀπεριήγη-τον
„ 774 E θεοῖν,
„ 775 B οὕτωc,
„ 776 B παῖδαc
„ 782 B ζῷα,
„ 784 E ἔcτω —.

lib. VII.: 1 ὥςπερ, 12 καθάπερ:

ὥςπερ: p. 814 B μηδὲ —.

καθάπερ:

p. 790 E παιδίων	p. 799 E καὶ	p. 803 E καὶ
„ 795 B γεγυμναςμένου.	„ 800 A πειθόμενον,	„ 805 E ἤ
„ 798 B ἤ	„ 800 B ἀςφαλέςτατον	„ 813 B ἀποδῶμεν.
„ 799 C ἂν	„ 801 C τούτου,	„ 820 E μέντοι.

lib. VIII.: 0 ὥςπερ, 14 καθάπερ:

καθάπερ:

p. 828 D αὐτήν,	p. 837 C ὥρας	p. 843 D μειζόνων,
„ 831 E δύναμιν	„ 839 A κρατήςας,	„ 843 E χωρίων,
„ 833 A ἡμῖν,	„ 839 C δοκεῖ,	„ 845 C δὲ
„ 833 E ὁπόςα,	„ 841 C δὴ	„ 845 C μηδὲν —.
„ 836 C κοινωνεῖν	„ 842 B ἢ	

lib. IX.: 4 ὥςπερ, 22 καθάπερ (+ 867 C)[37]):

ὥςπερ:

p. 857 C με	p. 859 B πρῶτον,
„ 858 A ἀτεχνῶς	„ 861 B λόγος, —.

καθάπερ:

p. 853 C οὐ,	p. 868 E ὡςαύτως	p. 874 A γίγνεςθαι
„ 853 D καὶ	„ 869 A ἑκών,	„ 874 E τραύματα,
„ 855 C χρημάτων	„ 869 C πρότερον,	„ 876 B μεςτὰ
„ 856 C γίγνεςθαι	„ 869 D ἀποκτείνῃ,	„ 877 A ἢ
„ 857 E διεξέρχεται	„ 872 B δέ,	„ 877 E ςυνελθόντας
„ 858 B ἔξεςτι	„ 872 C τοιούτου,	„ 881 B προςτυγχάνων —
„ 865 A δή,	„ 873 B εἶναι,	
„ 867 D ἔτη,	„ 874 A ἐξορίζειν,	

lib. X.: 1 ὥςπερ, 11 καθάπερ:

ὥςπερ: p. 900 C ςφῷν —.

καθάπερ:

p. 885 C δή,	p. 898 E τοιοῦτον,	p. 904 A ςῶμα,
„ 892 D εἰ	„ 900 C νέου	„ 906 D ἀπονέμῃ,
„ 893 C κινεῖςθαι	„ 902 A δεῖ,	„ 908 D μὲν —.
„ 895 A γενόμενα	„ 903 A ἐπιμελεῖςθαι	

---

37) Hoc enim unum in numero ceterorum duci non potest: cf. p. 312 adn. 36.

lib. XI.: 1 ὥςπερ, 10 καθάπερ:

ὥςπερ: p. 923 A αὐτούς, —.

καθάπερ:

p. 915 B ἀλλὰ	p. 920 C καπηλείας,	p. 934 C δέ,
„ 916 C εἶναι,	„ 921 D αὖ	„ 935 D θυμοῦ —.
„ 916 D δέ,	„ 929 E διατίθεςθαι,	
„ 919 B χαλεπόν,	„ 933 C μηδὲ	

lib. XII.: 3 ὥςπερ, 11 καθάπερ:

ὥςπερ:

p. 946 E εὐθύνων, —	p. 956 D ἡττηθείς, —	p. 961 C θ' —

καθάπερ:

p. 945 A ὡςαύτως,	p. 952 E φοιτήςεςι,	p. 959 B λόγον,
„ 945 C εἰςι,	„ 953 E ποιουμένους,	„ 963 B καὶ
„ 949 B μή,	„ 954 A προπωλῶν,	„ 963 C τοῦτο, —.
„ 949 B ξένους,	„ 957 D αὐτῷ	

Dittenberger cur Plato usum harum particularum variaverit, non disserit; causa autem illius mutationis appetenda est ex quaestione de hiatu habita. Mirum enim est in iisdem dialogis, in quibus hiatus quam maxime vitetur, καθάπερ superiorem se praebere. Itaque verisimile est illam mutationem cum lege hiatus vitandi cohaerere. Ac profecto cum in ceteris omnibus dialogis et post vocabulum in consonantem desinens et post vocabulum in vocalem desinens ὥςπερ exstet — nam καθάπερ perpaucis locis inventum propter parvum numerum nihil probat —, illi sex dialogi, quos hiatum vitare videmus, scil. Sophista, Politicus, Timaeus, Critias, Philebus, Leges, ubicumque concursus vocalium cadere possit, καθάπερ praebent. Quod consulto esse factum apparet, scilicet ut hiatus vitaretur. Quod autem in his dialogis nequaquam cunctis locis, quibus καθάπερ legitur, vocabulum in vocalem desinens exstat, nullius momenti est; nam postquam Platoni καθάπερ propter hiatum vitandum in consuetudinem venit, id etiam iis locis tenuit, quibus necesse non erat; etiamsi concedendum est alias quoque res ad discrimina inter frequentiam particularum ὥςπερ et καθάπερ intercedentia aliquid valere (cf. Blass. l. a. III 2, 388).

Cum autem quaestio de hiatu habita ad ordinem temporis singulorum dialogorum constituendum aliquid conferret, haec quoque ad ὥςπερ et καθάπερ pertinens ad chronologiam illustrandam adhiberi potest. Itaque Dittenberger optimo iure ex usu illorum in aliis dialogis alio conclusit Platonem inscriptiones non secutum aetate priore ὥςπερ praetulisse, posteriore autem ei particulam καθάπερ magis magisque in usum venisse (l. a. p. 338).

Rursus igitur eosdem dialogos, qui in hiatu vitando cum Legibus consentiunt, cum hoc opere Platonis postremo facere intellegimus. Atque iterum apparet nihil impedire, quominus Sophistam et Politicum postremae Platonis aetati adscribamus. Tamen de ceteris quoque scriptis aliquid certi intellegitur, cum eluceat discerni posse duas dialogorum classes, quarum altera frequentia hiatus et ὥσπερ particula fere sola adhibita, altera hiatu vitato atque illius καθάπερ copia sunt insignes. Haec classis, item ac Dittenbergeri et Arnimii tertia, Platonis opera postrema complectitur, cum prior apud nos ad aetatem eius et primam et mediam pertineat.

IV.

Quae quaestionibus et de hiatu et de particulis ὥσπερ et καθάπερ habitis sunt effecta, nunc ad tempus Ionis dialogi constituendum adhibenda sunt. Postquam ex dictionis observationibus certae classes scriptorum Platonis, quae tempore coniungi posse videntur, constitutae sunt, perspicuum est unumquemque dialogum genuinum ex dictione uni ex illis classibus attribuendum esse. At multi viri docti Ionem genuinum esse negant. Itaque ut ad certum finem perveniamus, omnia, quae contra originem huius dialogi genuinam sunt prolata, refutentur oportet, priusquam in eius dicendi genus inquirere incipiamus.

Io dialogus in septima ex illis tetralogiis, per quas Thrasyllus Tiberii Augusti aequalis Platonis opera tribuit, una cum Hippiis et maiore et minore Menexeno dialogis traditus est.[1]) Atque cum Thrasylli temporibus genuinus haberetur, initio saeculi undevicesimi Schleiermacher et Astius primi hunc dialogum a Platone conscriptum esse negaverunt. Quamquam iam Carolus Fridericus Hermann (*Geschichte und System der platonischen Philosophie* p. p. 435—439) Ionem contra illos viros doctos defendere conatus est, tamen magis magisque Schleiermacheri opinio pervolgata est, praesertim cum Eduardus Zeller a parte eorum, qui dialogum spurium habent, staret (*Philos. d. Griech.*[4] II, 1 p. 480 sq.). Novissimis autem temporibus complures viri docti originem genuinam Ionis defenderunt iique praeclarissimi: Ferdinandus Duemmler, Antisthen. p. 27 sq. (= *Kl. Schr., Bd. I, herausgegeben von Karl Joël, S. 35*), Ivo Bruns, *Litterar. Porträt d. Griechen* p. 351 sqq., Eduardus Meyer, *Forschungen zur alten Gesch.*, vol. II, p. 174 adn.[2])

Examinemus igitur quomodo res se habeat.

Argumentum eius dialogi hoc fere est: Socrates cum in Ionem Ephesium rhapsodum, qui Epidauri summa praemia abstulit, incidat,

1) Cf. M. Wohlrab. *N. Jbb. f. cl. Phil.* supplem. XV (1887) p. 659.

2) E. Rohdius quoque Ionem genuinum habuisse videtur (*Psyche*[2] II 129, 3).

artem rhapsodi, quae non solum versus, sed etiam vim atque consilium (διάνοιαν) poetae iis qui audiant explanet, magna laude ornat. Io autem verba Socratis perperam interpretatus explicat sese multas et egregias cogitationes (διανοίας) de Homero proferre posse. Quas cum Socrates nunc audire nolit, quaerit ex Ione, num solum de Homero an de Hesiodo quoque et Archilocho loqui possit. Cum se solum de Homero verba facere respondeat, Socrates demonstrat Ionem, si de Homero verba facere possit, etiam eorum locorum Hesiodi et Archilochi, quibus eandem rem atque Homerus tractent, peritiam habere debere; nam penes eundem esse de eadem re a pluribus tractata, si tamen, iudicium facere. At Io dicit se ceteros poetas praeter Homerum neglegere. Cuius rei causam inesse in eo Socrates putat, quod nulla arte instructus de Homero loquatur. Nam eum, qui scientiam artis cuiusvis habeat, de omnibus, qui hanc artem exerceant, iudicium facere posse: hoc pictores sculptores alios docere. Io tametsi Socrati hoc concedit, in sententia permanet (p. 533 C). Nunc Socrates id, quod supra prolocutus erat (p. 532 C), explanat, cum dicat Ionem in Homero recitando vi divina inflammari: nam ut lapis Heracleus annulos ferreos non solum attrahat, sed etiam vi magnetica imbuat, ita poetas a Musa, rhapsodos a poetis, eos qui audiant a rhapsodis furore divino affici, ut poeta quasi primus annulorum, rhapsodus secundus, is qui audiat tertius illa catena contineantur. Solum id ad quod Musa compellat eos novisse atque interpretes numinis, nulla arte aut scientia instructos, divina canere; ut alii poetae ab aliis Musis inflammati sint, alios rhapsodos ab aliis poetis affici: hac in re causam inesse, quod Io, qui per Homerum commotus sit, ceteros omnes poetas neglegat.

Io quamquam animum verbis Socratis personuisse confessus est (p. 535 A), tamen putat eum, si recitationem Homeri audivisset, non dicturum fuisse se furore quodam affectum recitare.

Socrates autem, ut πολλὰς καὶ καλὰς διανοίας effugiat (cf. p. 530 D), quaerit, num in omnibus rebus, quae in Homero inveniantur, versatus sit; postquam hic affirmavit, ostendit, cum aliae artes ad alias res adhibeantur, non pertinere ad rhapsodos, sed ad aurigam iudicium de iis praeceptis, quae Nestor Antilocho filio dederit, facere, non esse rhapsodorum, sed medicorum decernere, num Machao ab Hecameda recte curatus sit etc.

Itaque Io sententiam circumscribit ita, ut dicat rhapsodos ea perspicere posse, quae viros aut mulieres aut servos aut liberos aut obnoxios aut regnantes deceat. Neque hanc rem ita se habere Socrates demonstrat; nam munus navis in tempestate dirigendae non rhapsodo, sed gubernatori subeundum esse; non rhapsodi, sed mulieris esse de arte texendi verba facere etc. Io etiamsi haec omnia paulatim concedit, tamen perseverat rhapsodi esse iudicium facere de iis, quae ducem deceat; nam artem rhapsodi et ducis inter se minime differre. Qua ex re Socrates concludens Ionem, qui summus

rhapsodus sit, summum ducem esse, interrogat, cur hoc munere adhuc functus non sit. Hic frustra se excusare conatur; denique autem cum Socrates, ut ineptiis eius finem imponat, ex eo quaerat, num is qui fallat ac decipiat quam homo divinus esse malit, partes hominis divini sequitur.

Huius dialogi duo membra discerni possunt: priore, quo pp. 530 A —536 D continentur, ostenditur poetas vates haruspices rhapsodos non arte instructos, sed solum vi divina impletos loqui; posteriore parte (inde a p. 536 E) negatur rhapsodos per se ullam scientiam amplecti: aut ut aliter dicamus, duo auctor Ionis sibi proposuit primum demonstrare rhapsodos, dum nihil aliud esse vellent quam interpretes numinis θείᾳ μοίρᾳ inflammatos, revera θείους ἄνδρας esse, tum eos, qui munere suo freti sese omnem scientiam amplecti opinarentur, risum movere.

Hactenus Io; atque optimo iure nobis Eduardus Meyer iudicasse videtur, cum l. a. diceret *ich muss bekennen, dass ich nicht verstehe, wie man es über sich bringen kann, die geistvolle Schrift Plato abzusprechen.*

Porro de summa dialogi non habemus cur existimemus Platonem talem rem non tractasse. Neque Eduardus Zeller, quamquam dialogum damnat, hoc negare potest; dicit enim (*Zeitschrift f. d. Altertumswiss.* 1851, p. 261 sqq.): *Der leitende Gedanke ist unleugbar Platonisch.*

Huc accedit, quod etiam Schleiermacher sensit (*Platos Werke*² II 3), quod auctor Ionis auctoris Hippiae minoris, quem dialogum Platonis esse nemini negare licet — nam Aristoteles ipse originem genuinam praestat — similis ac propinquus est.[3])

Itaque iam pridem Carolus Fridericus Hermann suo iure Ionem contra Schleiermacherum et Astium defendit et recte explicavit id, quod in Ione de θείᾳ μοίρᾳ dictum sit, non ex Platonis Phaedro haustum esse. Cum enim hic dialogus (p. 244 A sqq.) et μαντικὴν et οἰωνιστικὴν et ποίησιν θείᾳ μοίρᾳ quadam effectas esse ostendat, Schleiermacher et Astius (*Platons Leben und Schriften* p. 466 sqq.) putaverunt Ionis argumentum ex Phaedri loco allato sumptum esse. Contra hanc opinionem optime dictum est ab Hermanno: *Die Lehre von der Bewusstlosigkeit dichterischer Schöpfungen wird als ein alter Satz vorausgesetzt* (cf. Legg. IV, 719 C).[4]) Itaque non est quod auctorem Ionis[5]) a Phaedro pendere putemus.

3) Hippiae minoris parte priore (inde a p. 363 A—368 A) demonstratur eum, qui artis cuiusvis peritus sit, maxime idoneum esse qui de ea vera et falsa dicat: ὁ αὐτὸς ψευδῆ καὶ ἀληθῆ λέγειν περὶ λογισμῶν δυνατώτατος· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ ἀγαθὸς περὶ τούτων (367 C). Atque Ionis legimus p. 531 E sq. eum, qui artis cuiusvis peritus sit, maxime idoneum esse, ut decernat, qui de ea bene et qui male locutus sit.

4) Conferas Hesiodi quoque Opp. et Dier. v. 648/9. 661/2.

5) Idem quod Ioni, Astius Menoni, quem dialogum genuinum esse nunc inter omnes constat, crimini dat, cuius p. 99 D sqq. de θείᾳ μοίρᾳ, qua vates et poetae inflammati sint, agitur. — Ratio autem, quae inter

Quod autem Eduardus Zeller (p. 261) putat Ioni suspicioni esse quod ea, quae in Phaedro de poetis dicta sint, hic ad rhapsodos referantur: neque enim verisimile esse hos declamatores illis temporibus tam graves fuisse, ut Platonem commoverent, ut secum contenderet, egregie Eduardus Meyer dicit nunquam de rhapsodorum vi recte iudicatum esse: per eos Homerum ceterosque poetas Graecorum memoriae traditos esse; eos cum sophistis et philosophis acriter de pueris liberaliter educandis certasse[6]); itaque Platonem eos non indignos habuisse, quibuscum disputaret.

Libenter autem concedimus Astio et Zellero auctorem Ionis nonnullos locos imperfecte atque incondite tractasse; nam recte Hermannus (p. 439) dicit haec omnia aetati Platonis iuvenili deberi. Eidem rei debetur Socratis fusius genus dicendi et docenti simile, quod Astius praeterea Ioni crimini dat. Tamen genuina Platonica in nostro dialogo inveniri nemo negabit qui Socratis ironiam cognoverit: cf. p. 532 D, ubi Socrates, ut id quod p. 532 C dixerat παντὶ δῆλον ὅτι τέχνῃ καὶ ἐπιστήμῃ περὶ Ὁμήρου λέγειν ἀδύνατος εἶ — tamquam infirmet, σοφοὶ μέν, inquit, πού ἐστε ὑμεῖς οἱ ῥαψῳδοί . . ., ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ τἀληθῆ[7]) λέγω, οἷον εἰκὸς ἰδιώτην ἄνθρωπον. — Porro quam scite mores Ionis depinguntur p. 535 E, ad quem locum Ivo Bruns optime adnotat (p. 355): *Es ist allerliebst, wie der gottbegeisterte Mann, wenn er sein Publicum hingerissen sieht, im stillen die Berechnung nicht unterdrücken kann, wie günstig das den Abschluss der Tageskasse beeinflussen wird.* Neque intellegimus, cur Zeller hanc descriptionem reprehenderit (p. 263). Platonem autem in Ionis stultitia atque insolentia pingenda nimium non fuisse Xenophontis Memorab. IV 2, 10 et Convivii cap. III, de quibus locis infra accuratius agendum est, docent.

His quaestionibus apparet nihil impedire, quominus Ionem Platonis et aetate eius iuvenili conscriptum esse existimemus. Nunc autem difficultates oriuntur. Primum Astius dixit Ionem, cum Xenophontis Convivium fons nostri dialogi esset, quod rhapsodos illuderet et versus

Menonem et Ionem intercedit, ea est, ut id, quod Io fusius tractaverat, in Menone brevibus verbis repetatur.

6) Quomodo rhapsodi apud populum locuti sint, elucet ex Hipparchi qui fertur Platonis p. 228 B: ἠνάγκασε (scil. Hipparchus Pisistrati filius) τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ (scil. Homeri carmina) διιέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι, et Io rhapsodus Socrati narrat: τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων ἠνεγκάμεθα scil. Epidauri, Socrates autem respondet ἄγε δὴ ὅπως καὶ τὰ Παναθήναια νικήσωμεν (530 A. B). — Hac in re autem rhapsodi poetas imitati sunt; nam poetas ipsos certaminibus certasse apparet ex Hesiodi Opp. et Dier. v. 654 sqq. Ex hac autem narratione fabula pervolgata est Homerum et Hesiodum olim certamine inter se contendisse (cf. Rzach. edit. Hesiodi p. 237 sqq.), quam satis vetustam esse E. Rohde (*Rhein. Mus.* 36, 566 sq.) et Ed. Meyer (Hermae tom. XXVII. 377 sqq.) demonstraverunt.

7) Traditam enim lectionem Vahlenus suo iure defendere nobis videtur (cf. Ind. lect. Berol. 1900 p. 14).

Homeri quidam in Ione laudati ex Convivio[8]) sumpti essent, Platonis non esse; neque enim putari posse Platonem Xenophontis verba tantopere imitatum esse. Huc accedit alia res. Nam cum nobis constare videatur Xenophontis Convivium posteriore tempore quam Platonis conscriptum[9]) esse, tempus autem huius Symposii commemoratione τοῦ διοικιςμοῦ Mantineensium (p. 193 A), qui anno trecentesimo octogesimo quinto a. Chr. n. factus est (cf. Xen. Hell. V 2, 5 sqq.) statutum esse — neque enim Wilamowitzio (Herm. tom. XXXII 102 adnot. 1) assentiri possumus (cf. Blass. *Att. Bereds.*² III 2, 386) —, Io, si Astius eum Xenophontis Convivium novisse recte dixisset, spurius habendus esset; nam vidimus nos eum, ut Platonis haberetur, iuvenili aetati huius auctoris quin tribueremus facere non potuisse. Examinemus igitur, quae sit res, ita ut primum Xenophontis Conv. cap. III 5 sqq. tractemus. Haec est scaena: omnes deinceps convivae iussi sunt exponere, ἐφ' ᾧ μέγιςτον φρονοῦςιν. Itaque cum Niceratus narravisset se patre cogente totum Homerum edidicisse, Antisthenes rhapsodos gentem stultissimam appellat. Ac Socrates adstipulatus δῆλον γάρ, inquit, ὅτι τὰς ὑπονοίας[10]) οὐκ ἐπίςτανται.

---

8) Idem Wilamowitzius sensit: *Arist. u. Athen* I 188, 4.

9) Nuperrime hoc Ivo Bruns demonstravit (*Neue Jahrbücher f. d. class. Altertum* 1900, 37).

10) Socrates ὑπόνοια voce hoc loco nulla alia causa commotus, quam ut Antisthenem lacesseret, usus est. Nam ὑπόνοια Antisthenis quasi terminus technicus rationis Homeri interpretandi allegoricae est; neque cuiquam, rhapsodi τὰς ὑπονοίας ut adhiberent, postulare licuit. Videas ad vocem ὑπόνοιαν I. Bruns (p. 354), qui firmissime demonstravit in nostro dialogo de Antisthene, ut F. Duemmler voluit, cogitandum non esse. Nusquam enim hoc in dialogo vocem ὑπόνοια legimus, sed agitur de διανοίᾳ poetae, cuius interpretem Socrates Ionem esse vult (p. 530 C), et διανοίαις περὶ Ὁμήρου, quibus Io gloriatur: ὑπόνοια est allegoria, ut diximus, (cf. Plutarchi Morall. p. 19 E), quam significationem Platonis Reipublicae II 378 D invenimus, ubi item atque apud Xenophontem de Antisthenis quasi termino technico cogitandum esse videtur. Neque enim ὑπόνοια ab initio allegoriam significavit: antiquissima apud scriptores Atticos exempla vocis ὑπόνοια sunt Aristophanis Pacis (quae fabula a. 421 docta est) v. 993 et Thucydidis V 87 et VII 49, quibus locis suspicionem, Thucyd. II 41, quo spem significat. Videmus igitur ὑπόνοιαν esse vocem mediam. Euripidis Phoenissarum autem, quae fabula circa a. 406 docta esse videtur, v. 1130 sqq. legimus hanc Capanei scuti a nuntio institutam descriptionem „ςιδηρονώτοις .... ἐπῆν γίγας e terra ortus, qui umeris urbem totam, quae vectibus e fundamento levaretur, portabat, symbolum (ὑπόνοιαν) eorum, quae urbi nostrae (scil. Thebis) imminent". Hoc igitur loco notio allegoriae exstat. Cum autem acceperimus Antisthenem circa a. 445 natum esse (cf. Blass. *A. B.*² II 332), facile putari potest circa a. 406 iam illam vocem ὑπόνοιαν ab eo terminum technicum positum fuisse atque Euripidem fortasse ad hunc usum alludere.

Si haec recte sunt disputata, ille term. techn. in Ione, si modo Antisthenem illudere voluit, adhiberi debebat. Legitur autem in nostro dialogo διάνοια vocabulum: quod quid sibi velit perlucide apparet ex Phaedri p. 228 D τά γε ῥήματα οὐκ ἐξέμαθον· τὴν μέντοι διάνοιαν... δίειμι; opponuntur igitur hic inter se ῥήματα et διάνοια, aeque ac nostro

Idem, scil. rhapsodos stultos esse, alios quoque sensisse apparet ex Memorab. IV 2 10, ubi Euthydemus interrogatus, num rhapsodus fieri vellet, respondet Μὰ Δία, οὔκ ἔγωγε· τοὺς γάρ τοι ῥαψῳδοὺς οἶδα τὰ μὲν ἔπη ἀκριβοῦντας, αὐτοὺς δὲ πάνυ ἠλιθίους ὄντας. Propter hanc autem rem Convivii locum ex Memorabilibus haustum esse nemo erit qui dicat. Sed res ita se habet: cum rhapsodos in illis hominibus, qui in foro viisque volitabant, optimo iure ducere possimus, minime mirum est eos sicut sophistas et haruspices illudi.[11]) Itaque cur auctor Ionis per se illam gentem stultissimam illudere non potuerit, sed Xenophontem consulere debuerit, non intellegimus.

Alter locus Convivii inest in cap. IV, 6 sqq., ubi idem Niceratus iis quae ex Homero didicerit glorians dicit sese, cum Homerus de omnibus rebus humanis egerit, unumquemque, qui ad se accedat, has cunctas res docere posse; sese esse peritum et rei familiaris tuendae et concionandi et scientiae imperatoriae. Hoc loco idem, quod in altera parte nostri dialogi (inde a p. 536 E) Ionem affirmantem audivimus, contineri perspicuum est. Credas nunc revera omnes rhapsodos illorum temporum dicere solitos esse se, quia Homerum edidicissent, omnes res humanas amplecti. Etiamsi hoc concedi potest, haec restat difficultas, quod Niceratus munere rhapsodi functus non est (cf. Conv. III 6). Quomodo autem res se habeat, dilucide apparet ex iis, quae sequuntur: Niceratus enim Anthistenem interrogantem, num etiam βασιλεύειν sciat, plane neglegens abrupte dicit se aurigae artem exercere posse laudatque eosdem versus, quos Ionis p. 537 A invenimus. Hi duo loci quin inter se pendeant dubitari non potest.[12])

---

loco τὴν διάνοιαν ἐκμανθάνειν, μὴ μόνον τὰ ἔπη legitur: διάνοια igitur argumentum vel consilium, nostratium *Inhalt*, *Wesen* significat. Itaque Zeller iniuria dicit (*Phil. d. Griech.*[4] II 1, 331, 1) *[Der verborgene Sinn]: die* ὑπόνοια *oder* διάνοια. Neque διάνοιαν esse allegoriam concludi potest ex eo, quod Io p. 530 C. D dicit se Metrodorum Stesimbrotum Glauconem superare πολλαῖς καὶ καλαῖς διανοίαις; quamquam enim hosce viros Homeri carmina in allegoriam convertisse notum est (cf. Xen. Conv. cap. III 6 et Laert. Diogen. II 11), tamen ad hoc illorum studium etiam Ionis locum pertinere (ut Wolfius Prolegg. ad Hom. 162, 23 vult) negamus. Nam Io de διανοίαις περὶ Ὁμήρου loquitur; quid autem de his intellegendum sit, apparet ex Platonis Hipp. min. 363 B et incerti auctoris (cf. Zeller. l. c. p. 481 et Bruns. l. a. p. 347 sqq.) Hipp. maioris p. 286 A. B.

11) Conferas et Xenophontis Conv. III 6 πῶς ἂν λελήθοι ἀκροώμενόν γε αὐτῶν (scil. τῶν ῥαψῳδῶν) ὀλίγου ἀν' ἑκάστην ἡμέραν; et Platonis Euthyphronis p. 3 C, ubi Euthyphro haruspex his verbis queritur καὶ ἐμοῦ γάρ τοι, ὅταν τι λέγω ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τῶν θείων, προλέγων αὐτοῖς τὰ μέλλοντα, καταγελῶσιν ὡς μαινομένου.

12) Optime dixit Ferd. Duemmler (l. c. p. 30 = *Kl. Schr. I*, S. 36) „iam nemo erit qui serio adfirmet Niceratum Xenophonteum a Platone refelli". Tamen viro docto quod pergit . . . „oportet et Platonem et Xenophontem eundem respicere libellum", assentiri non possumus: nam huic sententiae cum ea res quod iidem versus apud hunc Nicerato, qui non rhapsodus est, apud illum Ioni rhapsodo tribuuntur, tum ea quae statim proferemus (v. s.), minime favent.

Nam Niceratum apud Xenophontem eosdem versus, quos apud Platonem Io, per se laudasse minime verisimile est. Utro loco hi versus aptius dicti sunt? Sine dubio in Ione; nam hic desiderantur: ibi autem Niceratus Antistheni interroganti, num etiam βαϲιλεύειν sciat, ut respondeat postulamus. Inde sequitur, ut locus Ionis prior sit conscriptus. Idem dicendum est de cap. IV 7: Niceratus his verbis καὶ πρὸϲ τούτοιϲ γε ἄλλο οἶδα ad alium versum quasi transilit (ἐπὶ δὲ κρόμυον ποτῷ ὄψον), quem in Ione primum post p. 537 A legimus (p. 538 C). Nam Socrates ad id quod probare voluit nullum locum aptiorem quam illam Iliadis libro XI 618 sqq. inventam descriptionem reperire potuit; Xenophontem autem, cuius non intererat duos versus exscribere, illum versum in iocum vertere apparet ex verbis Charmidis et Socratis (IV 8). Postquam haec intelleximus, perlucidum est illa quoque, quae Niceratus supra dixerat (IV 6 inde ab ὅϲτιϲ ἂν οὖν), ex Ione sumpta esse. Ac putamus Xenophontem, qui omnino Niceratum hominem ridiculum facit (cf. IV 7. 45), illis verbis eum nostri dialogi locum, quo Io affirmat sese esse summum ducem, iocose superare voluisse, cum Antisthenem interrogantem faceret ἦ καὶ βαϲιλεύειν ἐπίϲταϲαι;

Hac ex quaestione Xenophontem in Convivio conscribendo Ionem dialogum adhibuisse apparet. Inde sequitur, ut Io prius in publicum emissus sit quam Convivium Xenophontis. — Nihil igitur impedit, quominus nostrum dialogum genuinum habeamus.

Neque Ioni suspicioni dari potest, quod illa narratione (p. 538 C) dissentit a loco Reipublicae (III 405 D): in Ione enim legimus Hecamedam Nestoris servam Machaoni filio Aesculapii vulnerato miscellaneam potionem dedisse; in Republica autem narratur filios Aesculapii servam, quae Eurypylo vulnerato miscellaneam potionem dederit, non vituperasse nec Patroclo, qui eum curaverit, invidisse. — Campbellus commentarii ad Rempublicam[13]) p. 144 ad hunc locum adnotat *It is observable that the same circumstance is rightly narrated of Machaon in the Ion* — ac recte addit *the mistake is natural (as the wound of Eurypylus occurs only a few lines earlier).*

Res apud Homerum ita se habet: Machao est vulneratus (Λ 506); hunc precibus Idomenei commotus Nestor ex pugna curru vehit. Postea etiam Eurypylus vulneratur (v. 583). Machao in tentorio Nestoris ab Hecameda recreatur; ad eos accedit Patroclus ab Achille missus, ut certior fiat, num Machao sauciatus sit (v. 608sqq.). Patroclus cum redeat ad Achillem, Eurypylo occurrit (v. 809); hunc a se petentem, ut ad naves ducat (v. 828), in tentorium introucit et obligat (v. 842 sqq.).

Apparet igitur Platonem in Republica illas narrationes confudisse, sine dubio nulla alia de causa, quod ex memoria locum afferret. Mirum autem non est eum in Ione, quo in dialogo

13) *Plato's Republic, by Jowett & Campbell*, vol. III.

Homerum rursus ex memoria laudat (cf. adnot.), eandem rem recte narrare.[14])

---

14) Discrepantiarum, quibus verba Homeri apud Platonem inventa et nostri codices inter se distant, causa posita est et in eo, quod Plato Homerum ex memoria attulit, et in eo, quod aliud exemplar Homeri inter manus habuit quam nos. — Cum haec res summi momenti sit, pauca verba de ea facere nobis liceat: Platonem Reipubl. II 364 D. E Iliadis I 497 sqq. ex memoria laudare vel inde apparet, quod pro θυέεcci affert θυcίαιcι, quae vox Attica nusquam apud Homerum invenitur; item Reipubl. III 388 C. D Π 433 sq. ex memoria afferri docet illa exclamatio αἶ αἶ; nam haec quoque vox Attica est. Porro ex memoria laudati sunt Ξ 96 sqq. Legg. IV 706 E, ubi Plato οἷ' ἀγορεύεις pro ὄρχαμε λαῶν praebet. Hi loci sufficiunt, ut demonstretur Platonem saepius Homerum memoriter laudare, quod minime mirum est; nam omnes eruditos homines Graecos, si minus, ut ille Niceratus, totum Homerum, attamen permagnam versuum copiam memoria tenuisse consentaneum est. Aliis autem locis discrimina, quae inter traditionem Homeri Platonicam et codices exstant, in eo posita sunt, quod Plato aliud exemplar inter manus quam nos habuit, quamquam nihilo minus hi versus e memoria allati esse possunt. Hoc docent hi loci: Hippiae minoris p. 365 A laudantur I 308 sqq.; discrepantiae autem hae sunt: Plato cum compluribus libris manuscriptis ὥcπερ δὴ κρανέω, textus Aristarchi ἧπερ δὴ φρονέω (cf. scholion), Plato ὡc τελέεcθαι ὀίω, Aristarchus ὡc τετελεcμένον ἔcται praebent. Versus 311 apud Platonem non legitur. V. 314

Plato ὡc καὶ τετελ. ἔcται
Aristarchus ὥc μοι δοκεῖ ἐμμ. ἄριcτα.

Quod attinet ad ὥcπερ et ἧπερ, utraque lectio stare potest; sed Platonis κρανέω (i. e. conficere) melius est quam Aristarchi φρονέω (i. e. meditari); de illo καὶ ὡc τελέεcθαι ὀίω dicendum est lectionem Aristarchi praeferendam esse videri. Versus 311 sine dubio consulto omissus est.

Legg. III 681 E laudantur Υ 217 sq., ubi Plato una cum libris manuscriptis compluribus πολυπιδάκου, Aristarchus πολυπίδακοc praebent. Lectionem πολυπιδάκου revera in textu Homeri exstitisse nec Platonem eam finxisse apparet ex verbis scholiastae ad Ξ 157 πολυπίδακοc ἀπὸ τῆc πολυπίδαξ· τὸ δὲ διὰ τοῦ ου γράφειν παντελῶc ἐcτιν ἄγροικον.

Illa igitur discrimina, quae inter Platonem compluresque libros manuscriptos et Aristarchum exstant, probant Platonem aliud Homeri exemplum habuisse quam nostros codices ab Aristarcho pendentes.

Ionis p. 537 A. B laudantur Ψ 335—40; variae lectiones sunt perpaucae: pro αὐτὸc δὲ κλινθῆναι librorum Homericorum Plato habet κλινθῆναι δὲ καὶ αὐτόc, quae transmutatio nihil valet, pro ἐυπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ codicum ἐυξέcτῳ ἐ. δ., denique pro ἄν (v. 339) μή.

Dici potest de sella et ἐύξεcτοc (bene politus) et ἐύπλεκτοc (i. e. bene plexus): cf. Π 402. Ψ 436. — Xenophonti opus erat versus, quos apud Platonem invenit, propter structuram paulo immutare: itaque scripsit αὐτὸν δὲ κλινθῆναι, . . . ὁμοκλήcαντ'. Consentit autem cum Platone, quod ἐύξεcτοc habet, cum genetivus pro dativo, ἐπὶ pro ἐνί scribae deberi videantur. Ionis p. 538 C Λ 639 sq. cum v. 630 commixtos e memoria allatos esse apparet.

P. 538 D laudantur Ω 80—82: Io praebet ἵκανεν
libri Homerici ὄρουcεν
Io ἐμμεμαυῖα
libri Hom. ἐμβεβαυῖα
Io μετ', libri Hom. ἐπ'.
Io πῆμα, libri Hom. κῆρα.

Nec licet originem Ionis genuinam in dubium vocare, quod Plato in hoc dialogo titulo carminis duodecimi Iliadis, scil. Τειχομαχία (p. 539 B), usus est, cum in ceteris fere omnibus scriptis Homerum non tam accurate laudaret: tales titulos e. gr. in Republica, cuius pp. 386 C sqq. permulti loci et Iliadis et Odysseae afferuntur, nusquam invenimus, quamquam ex Herodoti[15]) II 116 constat eos iam pridem usitatos fuisse; Plato autem plerumque hunc usum repudiasse videtur. Praeter Ionem enim soli Hippias minor (364 E) et Cratylus (428 C) dialogi similem titulum praebent, scilicet utroque loco Λιταί i. e. liber Ι. Cur illi tituli his in dialogis adhibeantur, facile intellegi potest: Hippias et Cratylus[16]) homines Ὁμηρικώτατοι fuerunt; in Ione autem Socrates rhapsodis, qui illos titulos invenerunt, scilicet ironice morem gerit.

Nunc restat, ut is locus tractetur, ex quo a nonnullis viris doctis argumentum, quod Ionis originem genuinam in dubio ponere videbatur, haustum est. Nominantur enim Ionis p. 541 C sqq. tres peregrini, qui Athenis munere ducis functi sunt: Apollodorus Cyzicenus, Phanosthenes Andrius, Heraclides Clazomenius. Si Wilamowitzius (*Ar. u. Ath.* I 188, 4) recte dixisset Apollodorum illum Atheniensem, quem Pausanias (I 29, 10) commemoraret, fuisse, de origine Ionis genuina actum esset. Nam is Apollodorus compluribus annis post Platonis mortem floruit. Tamen Eduardus Meyer illam sententiam refutat, cum diceret (l. c.) ... *von diesem Apollodor sagt Pausanias ausdrücklich, dass er ein Athener war; wie sollte er auch sonst auf den Kerameikos kommen?* — Porro Pausanias hunc ducem Atheniensium fuisse non dicit, nedum saepe fuisse, ut Ionis p. 541 C narratur. Itaque pro explorato habemus Apollodorum in Ione nominatum plane alium fuisse quam Apollodorum a Pausania commemoratum. Iam

---

Discrepantiae eae sunt, ut facile memoriae debeantur.

Ionis p. 539 A laudantur υ 351 sqq.

Io δαιμόνιοι, libri Homerici ἆ δειλοί;

Io γυῖα, libri Homerici γοῦνα; versus autem 354 deest in Ione. — Hos versus e memoria allatos esse apparet; debetur etiam huic rei, quod v. 354 omissus est.

Ionis p. 539 B. C afferuntur Μ 200 sqq.

Io ἔπετο, libri Homerici πέτετο. Illa ἐνὶ κάββαλ', quod codices Homeri praebent, et ἐγκάββαλ' Platonis inter se non differunt. Praeferendum autem est ἔπετο, quod scholiasta quoque legisse videtur, cum ad hunc versum adnotaret τῷ πνέοντι ἀνέμῳ δοὺς ἑαυτὸν .... καὶ ἡμεῖς οὖν οὐ κόσμῳ παρὰ ναῦφιν ἐλευσόμεθα τῇ πνοῇ τῆς εὐχῆς ἑπόμενοι. Hoc igitur loco revera alia lectio, quam quae in codicibus nostris versata est, exstitisse videtur.

15) ἐν Διομήδεος ἀριστείῃ i. e. Ε: versus autem, qui laudantur, nos quidem non in libro Ε, sed Ζ legimus. — Eundem usum praebet Minos qui fertur Platonis (p. 319 D ἐν Νεκυίᾳ = λ), ad cuius rationem hoc optime quadrat. Etiam Aristoteles hos titulos novit: Νίπτρα, i. e. τ, legimus Poet. 1460ᵃ 27.

16) Hunc enim Homerum tractasse vel inde apparet, quod Socrates Cratyli p. 391 D sqq. rationem eius illudit.

pridem autem Astius (l. a. p. 469) ex nomine Phanosthenis allato, quem a. 406 ab Atheniensibus adversus Andrum patriam missum esse ex Xenophontis Hell. I 5, 18 accepimus, colligi posse putavit Ionem dialogum circa annum 406 conscriptum esse. Tamen haec opinio reicienda est, quod commemoratio Phanosthenis nihil indicare potest nisi id tempus, quo Plato colloquium Socratis et Ionis habitum fingit; quo etiam verba Ionis ἡ ἡμετέρα πόλις (scil. ἡ Ἔφεσος) ἄρχεται ὑπὸ ὑμῶν pertinent: nam anno 404 omnes civitates obnoxiae a ditione Atheniensium liberatae sunt.

Tertius nominatur Heraclides Clazomenius. Idem in inscriptione, quam Udalricus Kœhler Hermae tom. XXVII 68 sqq. tractavit, et in Aristotelis Ἀθην. πολιτ. (cap. 41, 3 Blass.) commemoratur. Hic narrat Heraclidem, cui cognomen βασιλεύς fuerit, Athenis post tyrannos eiectos tulisse, ut cives ad contionem venientes binos obolos acciperent. Eum hoc tempore in civitatem iam receptum fuisse consentaneum est. Sin autem civis fuit, etiam duci esse ei licuit, neque habemus, quod cum Kœhlero (l. c. p. 78) et Wilamowitzio (l. a.) circa annum demum 390 eum στρατηγίαν adeptum esse putemus. Potius Immischio (*Neue Jahrbb. f. d. class. Altert.* 1899, p. 441, 3) assentimur, qui existimavit verisimile esse Heraclidem iam ante imperium plebis restitutum civitate donatum esse, quia cum Phanosthene, de quo aliquid certi alibi traditum esset, compararetur. Atque hoc modo Platonem anachronismo, quo Kœhlerus eum oneravit, solvimus.

Postquam vidimus omnino non esse, quod Ionem damnemus, dicendum est de tempore huius dialogi. Ea quidem, quae de Apollodoro Phanosthene Heraclide disputavimus, ad tempus eius illustrandum nihil conferre intelleximus; neque multum lucis ille terminus nobis affert, qui Ione et Xenophontis Convivio comparatis constitutus est. Tamen hoc non impugnatur ea sententia, ad quam iam supra pervenimus, quae est verisimillimum esse nostrum dialogum a Platone iuvenili aetate — fortasse eodem tempore quo Hippias minor — conscriptum esse.

Hac igitur quaestione confecta via est patefacta ad dictionem Ionis inquirendam. Tria autem momenta dicendi generis tractare nobis proposuimus, primum quales adfirmationes adhibeat, deinde num legem hiatus vitandi ratam habeat, denique qui sit usus particularum ὥσπερ et καθάπερ. Agemus igitur nunc de adfirmationibus, qua in re eandem rationem inibimus, quam I. ab Arnim, cum diceret (l. a. p. 5) se ad eas tantum formulas animum attendisse, quae sive separatim sive initio orationis positae nil nisi meram affirmationem continerent eamque ipsis verbis expressam neque cohaerentem cum verbis antecedentibus interrogantis.

Enumeravimus duodetriginta affirmationes, ex quibus inveniuntur ναί quindecies [p. p. 531 D. E. 532 A. C. E. 537 D. E (bis). 538 B (ter). 540 A. C. D. E.] — πάνυγε quater (530 A. 531 B. 532 E. 541 B) — ἀληθῆ λέγεις ter (530 C. 531 D. 538 B.) —

semel δῆλον ὅτι (531 B), ἔοικέ γε (532 B), μάλιστα (541 A), οὕτω μοι δοκεῖ (538 A), οὕτως (532 A), παντάπασί γε (535 A).

Ναί et πάνυγε ex omnibus affirmationibus frequentissimae sunt; sine dubio in Atheniensium cotidiano sermone usitatissimae fuerunt. Quod autem ναί et πάνυγε plus quam dimidiam partem omnium Ionis affirmationum implent, cum Hippia minore Euthydemo Gorgia Menone Cratylo consentit. De ratione inter particulas πάνυγε et πάνυ μὲν οὖν intercedente dicendum est Ionem (4 : 0) facere cum Apologia, Charmide, Hippia minore (ab Arn. p. 6). — Quod in nostro dialogo semel παντάπασί γε legimus, quam affirmationem neque Hippias minor neque Euthydemus neque Gorgias nec Meno neque Cratylus neque Charmides praebent, nullius momenti est, cum e. gr. in Euthyphrone Euthydemo Charmide Gorgiaque semel καὶ μάλα similisve formula, qua cum alii tum Hippias minor carent, exstet (cf. ab Arnim. p. 7); nec propterea illos dialogos ab Hippia plane discrepare affirmari potest.

Porro Io semel μάλιστα praebet, quod et alii et Charmides Euthydemus Gorgias Hippias exhibent. Plane autem Io cum Hippia consentit, cum utroque in dialogo ἀνάγκη vel similes formulae desint: atque Arnimius adnotat (p. 8) hoc adfirmationis genus omnibus aetatibus a Platone usurpatum esse, minus autem frequenter, cum Hippiam Euthydemum Menonem Cratylum Lachetem conscriberet. — Δῆλον ὅτι, quod in Ione semel legitur, etiam in Gorgia Cratyloque invenitur. Hanc formulam Platonis aetate prima omnino raram esse apparet ex verbis Arnimii (p. 8): desunt hae formulae (scil. δῆλον δή, δῆλα δή, δῆλον ὅτι) in Euthyphrone Protagora Charmide Lachete Hippia minore Euthydemo Menone.

Ἀληθῆ λέγεις in Ione ter invenimus; ac si hoc cum ἀληθῆ „nude posito" et omnibus Ionis adfirmationibus comparamus, exstat haec ratio 3 : 0 : 28. Similem in Critone Euthyphrone Hippia Euthydemo Menone Cratylo invenit ab Arnim (p. 8/9). Etiam numero ἀληθῆ λέγεις et ἀληθέστατα λέγεις adfirmationum Io cum Critone Euthyphrone Charmide Hippia Euthydemo Gorgia Menone plane consentit (l. a. p. 10). — Οὕτως et Io et Euthyphro (p. 13 A) praebent — supplendum est utroque loco ἔχει — (cf. l. a. p. 11). Οὕτω μοι δοκεῖ formulam sane Io solus exhibere videtur; tamen δοκεῖ μοι οὕτως Menonis p. 99 A inveniri Arnimius docet (p. 12); neque ordo verborum quicquam discriminis facit. Ἔοικέ γε, ut in Ione, et in Hippia (p. 373 E) et Euthyphrone et Gorgia et Menone et Cratylo superius est quam εἰκός (l. a. p. 12). Quod autem Io nullam interrogationem rhetoricam praebet, mirum quantum sententia nostra confirmatur; nam raritate harum formularum insignes esse Charmidem Hippiam Euthydemum Gorgiam Menonem Cratylum Arnimius p. 14 demonstrat. Reliquum est, ut de particula τί μήν, quae semel in Ione invenitur (p. 531 D), loquamur. Dittenberger (l. a.) affirma-

tionem τί μήν in recentioribus solis Platonis scriptis inveniri docuit; qua de causa mirum sit, si in Ione, qui primae Platonis aetati tribuendus est, illud τί μήν exstet. Tamen iam Constantinus Ritter τί μήν hoc loco non adfirmationem significare, sed interrogationem intellexit (l. c. p. 96).

Hac quaestione putamus demonstratum Ionem eodem tempore, quo Gorgias Meno Hippias minor, i. e. aetate Platonis prima, ortum esse quominus existimemus nihil impedire. Quod nonnullae adfirmationes, quae in Hippia vel Gorgia vel Menone inveniuntur, in Ione desunt, satis parvo numero formularum eius debetur.

Addi autem potest ea, quae ad tempus Ionis pertinentia haec quaestio nos docuit, cum iis, quae ex re in Ione tractata conclusimus, prorsus concinere.

Quod nunc ad hiatus in Ione inventos transimus, consentaneum est, quia Ionem cum ceteris dialogis comparare volumus, eos omnes vocc. concursus, quos in illis non vitiosos haberi vidimus, in hoc quoque dialogo in numero hiatuum poni non posse. His igitur neglectis invenimus Ionis 8, 6 paginis 332 hiatus, singulis igitur plus minusve quam 38, 6: Ionem legem hiatus vitandi plane neglexisse hi numeri probant; atque haec observatio nostrum dialogum cum iis scriptis, quibuscum usu adfirmationum consentit, facere confirmat: nam omnes illi, scil. Hippias Gorgias Meno aliique, hiatus permultos praebent.

Denique de ὥσπερ et καθάπερ particulis agendum est. Invenimus in Ione ter decies ὥσπερ, nusquam καθάπερ:

ὥσπερ

p. 533 D κινεῖ,	p. 534 B πραγμάτων,	p. 537 E ἀμφοτέρων;
„ 534 A ὡσαύτως,	„ 536 A καὶ	„ 537 E σύ,
„ 534 A κατεχόμενοι,	„ 536 C κατοκωχῇ·	„ 539 D ἐμοί,
„ 534 B φέρουσιν	„ 537 D ἅρα	„ 541 E ἀτεχνῶς

p. 542 A ποιητοῦ, ὥσπερ.

Hoc ad hiatum non vitatum optime quadrat. Praeterea Ionem rursus cum illis dialogis facere intellegimus.

Postquam igitur demonstratum est nostrum dialogum tribus generis dicendi momentis — iisque gravissimis — cum compluribus dialogis aetate Platonis iuvenili ortis consentire, et hac via ad eundem finem pervenimus, ad quem quaestio de rebus tractatis habita nos deduxit, non dubitamus Ionem in numero primitiarum Platonis ponere. Ferdinandus Duemmler quidem putaverat (Antisthen. p. 62 sq. = *Kl. Schr. I,* S. 66) Ionem ex dictione Theaeteti tempori tribuendum esse; tamen neque observationes de ὥσπερ et καθάπερ particulis factae neque ea, quae vir doctus de usu vocum καὶ μήν, ἀλλὰ μήν (τί μήν aliter explicandum esse vidimus), ἕως profert, impediunt, quominus Ionem priori aetati, i. e. Hippiae, adscribamus.

Quae Ritter (l. a. p. 96 sq.) ex dictione contra genuinam Ionis originem profert, partim ipse refutat (de illis τί μήν et πῶς), partim facile refelli possunt: nam quod p. 97 dicit: *Ist es nicht sehr auffallend, dass unter den Antwortformeln kein* δοκεῖ μοι *vorkommt?* minime recte iudicat; δοκεῖ μοι enim in Critone Protagora Hippia Euthydemo Gorgia, quos dialogos primae Platonis aetati esse tribuendos Ritter quoque pro explorato habet (l. c. p. 127), plane deest.

Corrigenda

In textu: p. 278 l. 10 θυμοειδῆ
„ 279 „ 2 ἑκάστοτε
„ 285 „ 24 γίγνηται
„ 288 „ 22 νομοθετεῖται
„ 297 „ 26 Theaetetus
„ 299 „ 37 relinquuntur
„ 306 „ 17 duodeviginti

In tabulis: p. 294 (ad Phaedonem) 40, 99. ibid. (ad Reip. I.) **43, 95**
„ 305 (ad Reip. I.) 43, 95. ibid. (adPhaedon.) **40, 99.**


ROMANORUM SERMONIS CASTRENSIS

RELIQUIAE COLLECTAE ET ILLUSTRATAE

AB

I. G. KEMPF





PARENTIBUS

Argumentum

Caput I

	Pagina
Romanorum sermo castrensis quid sit quibusque e fontibus quaque via ac ratione eius reliquiae hauriantur . . .	342—346

Caput II

Romanorum sermonis castrensis reliquiae adiectis testimoniis comprobatae	347—363
A. Minores reliquiae	347—357
I. Nomina rerum	347—350
1) munimentorum et machinamentorum	
2) armorum et signorum	
3) numerorum militarium et generum copias instruendi	
4) aliarum rerum.	
II. Nomina locorum	350
III. Interiectiones	351
IV. Locutiones	351
V. Nomina hominum	351—357
1) substantiva appellativa ad significanda	
a) genera quaedam militum	
b) genera quaedam aliorum hominum	
c) singulares homines	
2) nomina propria	
a) propria et perpetua cognomina	
b) cognomina per occasionem, non in perpetuum indita.	
B. Maiores reliquiae	357—363
I. Cantilenae	357—360
II. Dicta collectanea	360—362
III. Inscriptiones glandibus plumbeis impressae . . .	362—363
1) glandes Asculanae	
2) glans in Hispania reperta	
3) glandes Perusinae	
4) glans Apsori reperta.	

Caput III

Commentarius ad singularia exempla illustranda	363—393
(inter A et B a p. 385 ad p. 387 excursus de peregrinis verbis militaribus vel castrensibus insertus est).	

Caput IV

Quid in universum iudicandum sit de Romanorum sermone castrensi	394—397
Index	398—400

Caput I

Romanorum sermo castrensis quid sit quibusque e fontibus quaque via ac ratione eius reliquiae hauriantur.

Ubicunque literarum monumenta ipse sibi aliquis populus condere occipit, a sermone qui ad id temporis unus ac simplex in omnium consuetudine fuit, sermo librorum seiungitur; ut autem oratio in literis adhibita in varia genera dicendi vel scribendi dividitur, ita is sermo, qui in cotidiano hominum usu valet, quo ampliores sunt fines gentis quantoque magis vitae et officiorum genera paulatim variare atque dissentire ordiuntur, eo facilius in multas ac diversas partes formasque dispertitur: qua ratione dialecti et ordinum quorundam sermones oriuntur. Sed in iis ordinibus, qui ut et artiore colligatione societatis vel disciplinae coniunguntur et a ceteris ordinibus intentius segregantur, ita duces ingenii cultu, vitae condicione, numeri exiguitate ab inferioribus valde dissociantur, in iis plebeius homo suam ipse ordinis orationem a comprobata technica separatam facile formare solet. Qua de causa ut exempla afferam, in sacerdotum vel iurisconsultorum societate talis vulgaris sermo ordinis nasci non potest, nascetur autem omni aetate omnesque apud gentes in exercitibus.

Quodsi hanc in sententiam Romanorum linguam perscrutamur — populi bello praestantissimi et potentissimi antiquorum temporum — Gellius, qui literatus grammaticus multa legit atque collegit, noct. Attic. 10, 8, 9 nonnulla quae militaria appellat verba componit; qui alia eiusmodi quaerat, ei commendat eorum libros, qui de militari disciplina scripserint. Unde apparet libros, quibus proprietates sermonis militaris continerentur, a grammaticis ipso studio eius artis copiae verborum colligendae scriptos, illa quidem aetate nondum fuisse; sed postea quoque, etiamsi non raro apud quosdam auctores (imprimis in scholiis velut passim apud Servium in commentariis ad Aeneida, cf. 8, 653. 10, 241. 279. 295) singularia designantur vocabula militaria, nemo veterum, quod quidem investigaverim, ea congerere conatus est. Neque enim studia vel ars Romanorum grammaticorum adeo progressa sunt, ut sermo ullius ordinis a communi separatus excuteretur. Nam etsi fortasse in commentariis iuris termini technici huius provinciae componebantur[1]), tamen non amore

---

1) Cf. Gell. 16, 5, 3: C. Aelius Gallus in libro de significatione verborum, quae ad ius civile pertinent, secundo 'vestibulum esse dicit non

studioque artis grammaticae sunt orti, sed usu atque necessitatibus fori. Vero enimvero vulgaris sermonis aut saltem partis eius proprietates conquirere et explicare, id nemo illorum grammaticorum studuit aut cogitavit. Quicunque igitur eiusmodi res in quaestionem vocaturus est, cum multo labore parvis usuris plerosque veteres scriptores, si res postulat, etiam inscriptiones, pervestigare debet ita, ut rara frustula, quae aliquis auctor ardori quaerentis concessit, deprehendat.[1])

Quo in numero haec est habenda quaestio: Romanorum sermonis castrensis reliquiae colligantur et illustrentur.

Si consilium sit totam verborum et locutionum copiam, quam Romani in arte militari mirum quantum omni genere a se exculta usurpabant, colligere digerere illustrare, non dicam eam, quam omnino scriptores, si res militares attingebant, adhibere soliti sunt, sed illam, qua militares in militia utebantur (dico terminos technicos quos vocant), id tum demum suscipere liceat, cum singulares hanc in sententiam auctores excussi erunt, quales sunt dissertationes Kampmanni: res militares Plauti Vratislaviae 1839 progr. (cf. etiam David Wollner, Die auf das Kriegswesen bezüglichen Stellen bei Plautus und Terenz I Landau 1891/92 progr.) Francisci Froehlich: Zur militärischen Phraseologie des Tacitus Aarau 1896 progr., vel cum latinorum copia verborum novo thesauro collecta erit. Deinde is non tam castrensis quam militaris sermo rectius appelletur (cf. quae verba Gellius l. l. militaria nominet). Castrensem autem sermonem eum intellectum velim, quem comprobari aut saltem fide quadam conici potest gregarius miles ipse sibi formasse vel usurpasse, ita ut ab iis, qui communi sermoni studebant, alienus ac militum modo proprius esse sentiretur ideoque evitandus putaretur. Quam in sententiam Plin. n. h. praef. 1 dicit 'conterraneum' vocem esse castrensem vel Gell. n. Att. 17, 2, 9 'copiari', cf. etiam Suet Cal. 9 castrensi ioco.

Quo in genere fieri potest, ut voces antea communi sermone frequentatae, postquam apud ceteros obsoleverunt, nisi a militibus non adhibeantur: talia verba cum posteriore aetate castrensia intellecta sint, ad hanc quaestionem referenda esse puto. Nonnunquam vero difficile factu est discernere, utrum aliqua vox terminus sit technicus an castrensis locutio, praesertim cum accidere possit, ut vocabulum primo a militibus excogitatum vel usurpatum postremo terminus fiat: hoc quidem afferam, sed non omittam, quin quid ambiguum sit, addam. Cantilenas autem gregariorum militum hac

---

in ipsis aedibus neque partem aedium, sed locum ante ianuam domus vacuum, per quem a via aditus accessusque ad aedis est, cum dextra sinistraque ianuam tectaque sunt viae iuncta atque ipsa ianua procul a via est area vacanti intersita.' 1) Putaveris iis saltem locis, quibus de soloecismo barbarismo sim. dicunt, grammaticos talia verba castrensia addidisse; sed unum inde hausi vocabulum: v. p. 353 'galearia'.

dissertatione non magis esse recipiendas quam iocos castrenses vereor ne nemo neget, qui definitioni propositae assensus sit.

Quoniam certos fines certosque terminos huic disputationi constitui, fatendum mihi est, etiamsi quam plurimos auctores veteres perlegi, tamen pro rata parte me non ita multas invenisse reliquias castrensis sermonis ac non omnes scriptores aeque fuisse idoneos ex quibus fructus caperetur. Perscrutatus sum Frontini strategemata, Vegetii epitomam rei militaris, Hygini de munitione castrorum librum, Romanorum omnes rerum scriptores usque ad Ammianum, Hieronymum, Orosium, e Graecis Polybium, Plutarchi vitas parallelas, Appianum, Cassium Dionem, Herodianum, Zosimum, Procopii bella Persicum Vandalicum Gothicum, grammaticos Latinos Terentiano Mauro excepto, scholia in Terentium Horatium Vergilii Aeneida, Asconii commentarios in Ciceronis orationes V, scholia Bernensia in Lucanum, scholia in Statium Iuvenalem Persium, deinde glossaria Latina, Festum, Gellium, Plinii naturalem historiam, Solinum, Macrobii Saturnalia, Martianum Capellam, Isidorum (capitibus de christianis rebus exceptis), Petronii saturas, Plinii minoris epistulas, Apulei metamorphoseon libros, panegyricos Latinos.[1]) Octo auctores, quos modo commemoravi — quod, qui eorum genus et consilium scribendi satis cognoverit, facile intelleget — nihil fructus ediderunt nisi unum locum minoris momenti in panegyricis ad versus triumphales pertinentem. Ex Plinii maioris libris, quippe qui et ipse diu militaverit et sensu acri ac mirabili quodam ad res vel exiguas et ab aliis temere neglectas valuerit observandas, pauca hausi, etiam unde dubium an nemo exspectet. — In scholiis ac glossariis, a quibus quamquam sermo plebeius alienus non est, tamen casu fore, ut castrensia vocabula vel locutiones indagarem, non ignorabam, nonnullis isdemque aptissimis vocibus repertis (scl. in Serv. in schol. ad Luc. in gloss.) labor quaeritandi aliqua quidem e parte pensatus est. — In Varronis de lingua Latina libris, qua fuit Romanorum sermonis ac vitae scientia, tres occurrerunt loci ad hoc propositum convenientes, apud Gellium totidem: id quod in hoc abstruso et ieiuno grammatico mirandum est. Ceteri grammatici spem meam quamvis exignam in iis posuissem, prorsus fefellerunt. — Fecundissimus autem fons historici fuerunt. Ac primum quidem ex Romanorum rerum scriptoribus, qui ante Sallustium fuerunt, pauciora sunt fragmenta servata quam ut multa huius generis hauriantur (cf. unum verbum 'copiari' apud Gell. 17, 2, 9 ex Claudio Quadrigario infra p. 351). Sallustius ipse, utpote qui non ut historicus sed ut orator legendus sit (Gran. Lic. Bonn. p. 43), tam alienus est vel

1) Ex inscriptionibus eas modo pervestigavi et excepi, quae in glandibus plumbeis incisae certo ad milites gregarios referri possunt; praeterea indices corporis inscriptionum perspexi, sed omnes corporis inscriptiones ipsas examinare nunc quidem nequivi; in futurum vero nisi aliis rebus detinebor, etiam illum fontem perscrutabor.

a communi sermone tamque sublime et grande genus historiam scribendi affectat, ut quamvis in exercitu militaverit, harum ineptiarum, quas tales res sine dubio existimasset, nullam habeat rationem. Livius qua est imperitia rei militaris ac vitae castrensis, nullam fere aliam materiam ad hoc propositum idoneam praebet quam quae de versibus a militibus in imperatorem triumphantem iactatis refert. E Caesaris libris pro rata parte magnum fructum percipi facile intellegitur. Quem quod ipse dicta collectanea edidit, apparet studio non caruisse proprietates sermonis singularium hominum et iocos ad tempus et ad rem convenientes attendendi; accedit, quod ipse multos annos in castris versabatur militibusque familiariter fere utebatur. Quae auctorem belli Hispaniensis ex castrensi oratione fortasse sumpsisse Caesaris ipsius usu verborum collato veri simile sit, Albrechtus Koehler in act. semin. philol. Erlang. I p. 367 sqq. passim docet. Tacitus quas castrenses locutiones in primo potissimum libro annalium praebet, ut earum ingenium ac tempus usurpandi postulat, ad fontem illarum partium operis referendae sunt. Magno autem usui sunt Suetonii de vita Caesarum libri: quem cum sibi proposuisset, ut non magno stilo veri et germani rerum scriptoris tempora ac res gestas imperatorum describeret, sed singulares vitas ingeniaque eorum ita, ut etiam minutas ac minutissimas res non neglegeret, cum autem Caesarum vitae arte conexae essent cum militibus, consentaneum est iudicia vel dicteria ab exercitu apte acuteque in illos dicta non sine sua et audientium voluptate illi morum aulae historiae inseruisse. Etiam maiora exempla vel pro portione maxima ac plurima leguntur apud eos, qui Suetonii genus vitas imperatorum scribendi, minore ingenio maiore studio atque ardore illas minutas res tractantes, imitati sunt: apud scriptores historiae augustae et anonymum libri qui fertur Aurelii Victoris epitoma. Sed si vel acta senatus, quae illi quidem adiecissent, vitiata et subdita esse constat, quanto maiore cautione ac dubitatione ea materia cognominum et historiolarum pertractanda est, quam huic disputationi praebent.—Ammianus Marcellinus diu in militia versatus et studio impulsus, si ullo modo fieri posset, quaecunque legisset vel animo docili acutoque ipse expertus esset, legentibus tradendi nonnulla addidit, quae ad hanc quaestionem aptissime quadrent. Qui libros universam historiam amplectentes vel Romanarum rerum compendia composuerunt, ii omnes adeo summam tangunt, ut castrensis sermonis locutionem respicere nequeant. — Ex Graecis historicis, qui res a Romanis gestas tractant, Plutarchus, Appianus, Cassius Dio non ita paucos locos attribuerunt; Polybius, Herodianus, Zosimus quos illum propter magnam peritiam rei militaris, hos propter affectionem res etiam leviores ac minoris momenti describendi haec studia adiuturos esse facile coniciatur, magnopere frustrentur. — Ex militaris rei scriptoribus Frontini strategemata unum continere locum mirandum est; e Vegetii libris complura frustula excerpsi; sed nonnusquam

non facile est discernere, utrum terminus technicus an castrense sit verbum: uno quidem loco (3, 19 p. 105, 9 L.[2] caput porcinum) Ammiano teste (17, 13, 9) pro certo habendum est ipsum diserte discriminare inter terminum et gregarii militis vocem.

Quoniam scriptores veteres ad hoc propositum adhibitos examinavi, haec fere statuenda esse credo: Romanorum castrensem sermonem, i. e. gregariorum militum proprietatibus quibusdam praeditum, fuisse vestigiis quidem colligi potest; item constat scriptores quosdam diserte eum ut ab usitato alienum ostendere; sed communis literarum orationis auctoritas apud omnes scriptores tanta fuit, ut rarissima cuipiam vox vel locutio gregarii militis non comprobata quamvis de militaribus rebus dicenti elapsa sit.

Postremo ut huius aetatis afferam libros ad hanc quaestionem pertinentes mihique in usum meum conversos, castrensis sermo Romanorum non magis pertractatus est quam ulla alia ordinis oratio antiquorum temporum praeter iuris consultorum (cf. Guilhelmus Kalb: Roms Juristen nach ihrer Sprache dargestellt 1890). Adiuverunt me non tam colligentem quam illustrantem adnotationes ex voluminibus Wölfflini Archivi sumptae, deinde Albrechti Koehler dissertatio gnaviter ac diligenter elucubrata, quam supra commemoravi (cf. p. 345). Otto Keller in libris qui inscribuntur: Lateinische Volksetymologien, Lateinische Etymologien, Grammatische Aufsätze, haud raro castrensis sermonis reliquias attingit. Quod autem quis arbitretur ea potissimum, quae exponeret: Lateinische Volksetymologien p. 109—115, me accurate hoc loco examinare debuisse, equidem mihi persuasi eius neglegentiam in materia dubia explananda et in legibus artis grammaticae respiciendis tantam fuisse tamque incertas plurimas eius opiniones, ut a proposito longe me aberraturum existimem, si de singularibus rebus, quas contendit, disserere molirer; ea igitur sola arcessam, quae mihi quidem esse idonea videantur. Cetera adiumenta, quibus usus sum ad illustrandam materiam collectam, s. l. laudabo.

Nunc autem, ut rem ipsam aggrediar, primum sermonis castrensis reliquias, quas quidem invenerim aut hoc nomine omnibus rationibus computatis dignas esse ducam, electas et digestas atque necessario apparatu ex optimis editionibus sumpto instructas afferam, deinde ad singulares res illustrandas commentarium adiciam, postremo, quantum licet per illa fragmenta, explanare conabor, quid in universum de Romanorum sermone castrensi iudicandum esse censeam.

Caput II

Romanorum sermonis castrensis reliquiae adiectis testimoniis comprobatae

A. Minores reliquiae

I. Nomina rerum

1) munimentorum et machinamentorum.

1. Caes. b. G. VII 73, 2—4 Kü: **cippus**: Truncis arborum aut admodum firmis ramis abscisis atque horum delibratis ac praeacutis cacuminibus perpetuae fossae quinos pedes altae ducebantur. Huc illi stipites demissi et ab infimo revincti, ne revelli possent, ab ramis eminebant. Quini erant ordines coniuncti inter se atque complicati; quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis induebant. Hos cippos appellabant.

2. Caes. b. G. VII 73, 5—8 Kü: **lilium**: Ante hos (*scl. cippos*) obliquis ordinibus in quincuncem dispositis scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur paulatim angustiore ad infimum fastigio. Huc teretes stipites feminis crassitudine ab summo praeacuti et praeusti demittebantur ita, ut non amplius digitis quattuor ex terra eminerent; simul confirmandi et stabiliendi causa singuli ab infimo solo pedes terra exculcabantur; reliqua pars scrobis ad occultandas insidias viminibus ac virgultis integebatur. Huius generis octoni ordines ducti ternos inter se pedes distabant. Id ex similitudine floris lilium appellabant.

3. Caes. b. G. VII 73, 9 Kü: **stimulus**: Ante haec (*scl. lilia*) taleae pedem longae ferreis hamis infixis totae in terram infodiebantur mediocribusque intermissis spatiis omnibus locis disserebantur, quos stimulos nominabant.

4. bell. Hisp. 5,3 Kü: **bracchium**: Caesar, ut eum ab oppido commeatuque excluderet, bracchium ad pontem ducere coepit (*cf.* ib. 6,3. 13,1. 23,1. 24,1. 40,1. bell. Afr. 38,2. 49,1. 51,2. 56,1; *sed Caesar ipse vitat hanc vocem*).

5. Veg. IV. 10 p. 135, 19 L²: **burgus**: castellum parvulum, quem burgum vocant; *cf.* C. Gl. L. VI p. 157 C. I. L. III 3653 VIII 4799; *passim; v. Ruggiero Diz. epigr.*

6. Amm. Marc. XXXI 7, 7 G: **carrāgo**: ad carraginem quam ita ipsi appellant (*scl. Gothi*). Treb. Poll. Gall. 13, 9 P²: Scythae facta carragine per montem Gessacem fugere sunt conati. Treb. Poll. Claud. 8, 2: [*Claudius*] carraginem .... incendi fecit.[1]) Vop. Aur. 11,6: tuum est .. quaerere .. ubi carrago sit hostium. Treb. Poll. Claud. 8, 5 ingens carrago[2]) deserta est. *cf. ibid.* 6, 6.

1) incendia fecit *optimi codd. B(ambergensis) et P(alatinus)*, incendefecit *Gruter* incendi fecit *Peter cum deterioribus codd.* 2) cartago *B*².

7. Veg. IV 15 p. 137, 20 L[2]: **causia** (?): Vineas dixerunt veteres, quas nunc militari barbaricoque[1]) usu causias[2]) vocant.

2) armorum et signorum.

8. Suet. Dom. 10 p. 247, 20 R: **lanceae Lucullеae**: [*Imperator Domitianus*] interemit Sallustium Lucullum Britanniae legatum, quod lanceas novae formae appellari Lucullеas passus est.

9. Veg. I 17 p. 19, 21 L[2]: **mattiobarbulus**: Plumbatarum quoque exercitatio, quos mattiobarbulos[3]) vocant. Veg. III 14 p. 98, 9: Quartus item ordo construitur de scutatis expeditissimis, de sagittariis iunioribus, de his, qui alacriter verutis vel mattiobarbulis[4]), quas plumbatas nominant, dimicant, qui dicebantur levis armatura. Veg. I 17 p. 20, 2: in Illyrico dudum duae legiones fuerunt, quae ... Mattiobarbuli[5]) vocabantur. *cf. etiam ibid.* vv. 7[6]) *et* 10.[7])

10. Veg. I 20 p. 24, 8 L[2]: **berba**: Barbari .. scutati pedites his praecipue utuntur, quas berbas[8]) vocant, et binas etiam ac ternas in proeliis portant.

11. Veg. III 5 p. 74, 4 L[2]: **tufa**: Muta signa sunt aquilae, dracones, vexilla, flammulae, tufae[9]), pinnae. Laur. Lyd. de mag. I, 8: Πρίϲκου δὲ Ταρκυνίου τοῦ ῥηγὸϲ ὕϲτερον Θούϲκουϲ καὶ Σαβίνουϲ πολέμῳ νικήϲαντοϲ προϲέθηϲαν τοῖϲ τῆϲ βαϲιλείαϲ γνωρίϲμαϲι δόρατα ἐπιμήκη ὡϲαύτωϲ τὸν ἀριθμὸν δυοκαίδεκα ἀκροξιφίδαϲ μὲν οὐκ ἔχοντα, ᾐωρημέναϲ δὲ λοφιάϲ. καλοῦϲι δὲ αὐτὰϲ οἱ μὲν Ῥωμαῖοι ἰούβαϲ, οἱ δὲ βάρβαροι τούφαϲ βραχύ τι παραφθαρείϲηϲ τῆϲ λέξεωϲ.

12. C. Gl. L. II 28, 40: **bandum**: ϲίγνον[10]), ib. V 505, 7 labarum

---

1) barbaricoque *optimi codd.*, barbari quoque *deterior classis*, barbario (*vel* barbaro) quoque *pars melioris classis*. 2) causias *vulgo, etiam Lang*[2], cautib; (*unus cod.* cautibus) *omnes codd. melioris classis* (Є), *contra* caucias, cautias, cautius *deterior classis;* cattos *Ed. Bon. Lipsius Pol I 7 versio Germanica 1511; Vincentius Bellovacensis hunc locum exscripsit:* vineas dixerunt veteres quas nunc cautibulas alias chartos (cattos?) vocant; *Oudendorp aut vulgatam retentam aut* cautibulas *scriptum vult. Schwebel* cattos *probare videtur,* hausias *Frid. Mone proposuit. (teste Langio).* 3) mattiobarbulos *melior classis excepta Guelpherbytani manu prima* (*G*[1] matiobabulus) *item unus e classe deteriore, ceteri eius* martiobarbulos; mattibalos *vult Carolus de Aquino* ματζοβ. *Rigalt. gloss. sub voce* ϲαλίβα. *contra* μαρτζοβ. *Meurs. gloss.* 4) mattiobarbulis *G,* matiobarbolis *ceteri melioris classis* Є, matzobarbulis *e deteriore cl.* Π '*Palatinus*', martiobarbulis *ceteri eiusdem cl. et optimus melioris (scl.* A *= Parisinus).* 5) mattiobarbuli *tres optimi melioris class. et e deteriore* Π. (*hic corr., nisi Lang fallitur, rasura ex* martiobarbuli), *unus (Q) e meliore* mattiobarboli *unus (P) e deteriore* mattiobarbuli *corr. in* martiobarbuli, *duo (VD)* martiobarbuli. 6) mathiobarbulos *G* martiobarbulos *e deteriore cl. VDP.* 7) martiobarbulos *VD* barbulos *P.* 8) berbas *scripsi* bebras *libri.* 9) tubae *nonnulli libri ex utraque classe.* 10) ϲίγνον *Scaliger,* λῖγνον *liber.*

bandus vel sceptrum. Proc. b. Vand. II 2 (*init.*) D: τὸ σημεῖον ὃ δὴ βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. ib. II 10 p. 448, 5 D: ὁ .. τὸ σημεῖον τοῦ στρατηγοῦ ἐν ταῖς παρατάξεσιν εἰωθὼς φέρειν, ὃν δὴ βανδοφόρον καλοῦσι Ῥωμαῖοι.

3) numerorum militarium et generum copias instruendi.

13. b. Hisp. 30, 1: **aquila:** Erat acies XIII aquilis constituta (*aquila idem significat ac legio*).

14. Amm. Marc. XVII 13, 9 G: **caput porci:** eos . . . imperatori... acriter imminentes desinente in angustum fronte, quem habitum caput porci simplicitas militaris appellat, impetu disiecit ardenti. Veg. III 19 p. 105, 6 L²: Cuneus dicitur multitudo peditum, quae iuncta cum acie primo angustior, deinde latior procedit et adversariorum ordines rumpit. ... Quam rem milites nominant caput porcinum.

15. Veget. III 16 p. 101, 9 L²: **drungus:** Scire dux debet, contra quos drungos, hoc est globos, hostium quos equites oporteat poni. ib. III 19 p. 104 sq: Cavendum vel maxime, ne ab ala cornuque sinistro ... aut certe dextro .. circumveniantur tui a multitudine hostium aut a vagantibus globis[1]), quos dicunt drungos. *cf. etiam* Vop. Prob. 19,2: Triumphavit de Germanis et Blemmyis (*scl. imperator Probus*) omnium gentium drungos usque ad[2]) quinquagenos homines ante triumphum duxit.

4) aliarum rerum.

16. Paul. ex Fest. p. 24, 1 M: **muli Mariani:** Aerumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant. Quarum usum quia Gaius Marius retulit, Muli Mariani postea appellabantur. Itaque aerumnae labores onerosos significant; sive a Graeco sermone deducuntur: nam αἴρειν Graece, Latine tollere dicitur. *cf.* Paul. p. 148, 6: Muli Mariani dici solent a Mario instituti, cuius milites in furca interposita tabella varicosius onera sua portare adsueverant. Fest. p. 149, 25: . . . . a C. Mari instituto . . . . in furca sunt posita . . . . Front. strat. IV 1, 7 G: C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oneratur, vasa et cibaria militis in fasciculos aptata furcis inposuit, sub quibus et habile onus et facilis requies esset: unde et proverbium tractum est 'muli Mariani'. Plut. Mar. 13 S: ἑαυτῷ δὲ ἀχθοφορεῖν ἀναγκάζων καὶ αὐτουργεῖν τὰ πρὸς τὴν δίαιταν ὥστε καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς φιλοπόνους καὶ σιωπῇ μετ' εὐκολίας τὰ προστασσόμενα ποιοῦντας ἡμιόνους Μαριανοὺς καλεῖσθαι.

17. Varr. l. l. V 121 Sp: **cilibantum:** Mensa vinaria rotunda

1) aut a vagantibus globis *plurimi deterioris class.* aut ab hortantibus globis *unus e deteriore classe (scl.* Π = *Palatinus)* a vagantibus aut globis *melior class.* 2) atque *B(ambergensis)* at *P(alatinus).*

nominabatur cilibantum, ut etiam nunc in castris; id videtur declinatum a Graeco.

18. Varr. l. l. V 166 Sp: **segestre:** Qui lecticam involvebant, quod fere stramenta erant e segete, segestria appellarunt, ut etiam nunc in castris, nisi si a Graecis; nam στέγαστρον ibi.

19. Amm. Marc. XXXI 7, 11 G: **barritus:** Romani quidem voce undique Martia concinentes, a minore solita ad maiorem protolli, quam gentilitate appellant barritum[1]), vires validas erigebant. ib. XXVI 7, 17: pro terrifico fremitu, quem barbari dicunt barritum[2]), nuncupatum imperatorem (*scl. Procopium*). *cf. etiam* XVI 12, 43[3]) XXI 13, 15[4]) Veg. III 18 p. 103, 19 L²: Clamor .. quem barritum vocant prius non debet adtolli, quam acies utraque se iunxerit. Lact. Plac. in Stat. Theb. IV 394 J: Amazones cum finitimis bellare dicuntur, quorum ululatus barritus[5]) id est barbarus ritus. *cf. etiam ibid.* V 729.[6]) Loewe prodromi p. 150 adn. 2 *et* p. 419 (*ex cod. Bern 258*) barritus vox exercitus.

20. Tac. hist. III 50: **clavarium:** seditiosae militum voces terrebant, clavarium (donativi nomen est) flagitantium (*scl. a ducibus suis i. e. Flaviani exercitus*).

II. Nomina locorum.

21. Hyg. de mun. castr. 57 D: **novercae:** Iniqua loca, quae a prioribus novercae[7]) appellabantur, omni modo vitari debent (*scl. ad castra ponenda*). *cf.* 58.

22. Plin. n. h. IV 97 D: **insula Glaesaria:** insulae Romanis armis cognitae; earum nobilissimae Burcana Fabaria nostris dicta, a frugis multitudine sponte provenientis, item Glaesaria a sucino militiae appellata, a barbaris Austeravia, praeterque Actania.

23. Suet. Claud. 1 p. 147, 19 R: **Castra Scelerata:** post praeturam confestim inito consulatu atque expeditione repetita supremum diem morbo obiit (*scl. Drusus*) in aestivis castris, quae ex eo Scelerata sunt appellata.

24. Lact. Plac. in Stat. Theb. XII 64 J: **strava:** acervos: exuviarum hostilium moles; exuviis enim hostium exstruebatur regibus mortuis pyra, quem ritum sepulturae hodieque barbari servare dicuntur; quae strabas[8]) dicunt lingua sua. Iord. Get. 258 M: stravam super tumulum eius quam appellant ipsi (*scl. Hunni*) ingenti comessatione concelebrant. C. Gl. L. V 516, 9 strabam tumulum sepulchrum ib. 578, 43 stravam tumulum sepulcrum.

---

1) varritum *optimus et hoc loco unus codex V(aticanus).* 2) varitum *V P(etrinus deterior liber)* barritum *Gelenii editio praestantissimo Hersfeldensi fundata et Accursiana.* 3) varritum *V.* 4) varritus *V* varitus *P.* 5) barbarit' *corr. in* barbareus *optimus M(onacensis), ceteri* barritus *(L Pa) vel* barratus *(Pb).* 6) parritus *M* haritus *Pa.* 7) nobiriae *liber, corr. Schele, § 58 corr.* noberca *idem.* 8) q̄ strabas *M(onacensis) optim. lib. et Par. a,* quas trabas *Par. b* quem Strabas *L (Tiliobrogae lib.).*

III. Interiectiones.

25. Varr. l. l. VI 68 Sp.: **io triumphe**: ... triumphare appellatum, quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti: Io triumphe. *cf.* Tib. 2, 5, 118 Hor. carm. 4, 2, 49 epod. 9, 21 Ovid. am. 1, 2, 34. trist. 4, 2, 51.

26. Plut. Marc. 8 (*med.*) S: **feri**: Ἄλλοι δὲ παρὰ τὴν τοῦ πολεμίου πληγὴν γεγονέναι τοὔνομα (*scl. nomen Iovis feretrii*) λέγουσιν. καὶ γὰρ νῦν ἐν ταῖς μάχαις ὅταν διώκωσι τοὺς πολεμίους πυκνὸν τὸ φέρι[1]) τοὐτέστι παῖε παρεγγυῶσιν ἀλλήλοις.

IV. Locutiones.

27. Paul. ex Fest. p. 91, 9 M[2]): **fraxare**: vigiliam circuire *cf.* C. Gl. L. V 569, 9 = V 22, 7 = V 69, 26: flaxare vigilias circumire.

28. Serv. in Verg. Aen. X 314 H.-T.: **haurire aliquem**: Haurit ferit modo significat, sed non nudum latus, sed quod aperuerat: et putatur hysteroproteron; quidam militarem[3]) elocutionem putânt: cum enim a latere quis aliquem adortus gladio occidit, haurit illum dicunt, *cf.* Lact. Pl. in Stat. Theb. II 46 Non. p. 319, 25 M. Liv. 7, 10, 10 Val. Fl. 6, 554.

29. Veg. III 25 p. 119, 4 L[2]: **campum colligere**: Prior .. de caesis hostibus spolia capiat, quod[4]) ipsi dicunt colligat campum.

30. Gell. XVII 2, 9 H: **copiari**: 'Et Romani, inquit (*scl. Q. Claudius Quadrigarius*) multis armis et magno commeatu praedaque ingenti copiantur.' Verbum castrense est nec facile id reperias apud civilium causarum oratores, ex eademque figura est qua 'lignantur' et 'pabulantur' et 'aquantur'.

31. Caes. b. Gall. 7, 73, 1 Kü: **materiari**: Erat eodem tempore et materiari et frumentari et tantas munitiones tueri necesse.

V. Nomina hominum

1) substantiva appellativa ad significanda:

a) genera quaedam militum.

32. b. Hisp. 3, 7 Kü: **vigiles**: partim tempestate inpediti vigiles non poterant diligentiam praestare partim illo responso deterrebantur; *item* 35, 4 Hirt. b. Gall. 8, 35, 4 (*sed Caesar hoc verbum idem significans ac 'vigilias custodias excubias' vitat*).

---

1) φέρι *pro* φέρε *Stephanus.* 2) *lectiones edit. Thewrewkianae nunquam neglexi.* 3) militarem *Schoell,* italicam *libri.* 4) et quod *vulgo,* et *Lang recte om.*

33. Non. p. 26, 3 Mü: **tenebrio:** Nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciebant aut quibus ad fugam et furta haec erant accommodata et utilia........

Afranius Epistula
huc vénit fugiens tenebrione tirrium.†

Varro Papia papae περὶ ἐγκωμίων: 'si et accusator et reus erunt tenebriones uterque, utrumque vituperato.' — Varro Gerontodidascalo: Manius Curius consul ⟨in⟩[1]) Capitolio cum delectum haberet nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebrionem.[2])

34. Schol. in Iuv. sat. V 14, 305 B: **sparteoli:** per translationem disciplinae militaris sparteolorum Romae, quorum cohortes in tutelam urbis cum amis et cum aqua vigilias curare consuerunt vicis. *cf.* Tert. apolog. 39 (*med.*) ad fumum cenae Serapicae sparteoli excitabuntur.

35. schol. Basil. 60, 18, 29: **bucellarii:** βουκελλάριοι οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐcθίοντος ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ παραμένειν αὐτῷ. Olympiod. p. 59 M. (fr.7): τὸ βουκελλάριος ὄνομα ἐν ταῖς ἡμέραις Ὀνωρίου ἐφέρετο κατὰ cτρατιωτῶν οὐ μόνων Ῥωμαίων, ἀλλὰ καὶ Γότθων τινῶν.

36. Lampr. Alex. Sev. 61, 3: **scurra:** unus ex Germanis, qui scurrarum officium sustinebat, ingressus... visus est. Cui Alexander: 'Quid est hic'[3]), inquit 'contubernalis'.... *ibid.* 62, 5 [*Alexander Severus*] et gladio barbarico et scurrae barbari manu.... perit. Lampr. Heliog. 33, 7: [*Heliogabalus*] et occisus est per scurras et per plateas tractus et... per cloacas ductus et in Tiberim submissus est. Treb. Poll. trig. tyr. 30, 26: nec collo (*scl. Zenobiae in triumpho ductae*) aureum vinculum deerat, quod scurra Persicus praeferebat. — *Cf. inscriptionem militarem apud Orelli 3572, quae tamen Henzen ibid.* III ind. p. 147 *suspecta videtur et nunc in numerum falsarum recepta est a Th. Mommsen* C. I. L. X 105: Pomanio scurrae[4]) D Poetil cor val Ī item torq Ī don *q. s.*

37. C. Gl. L. IV 534, 37: Liticin⟨e⟩s **hornatores** cornices aut cornicines.

b) genera quaedam aliorum hominum:

38. Fest. p. 158, 27 M: **muger:** dici solet a castrensium ⟨morum⟩[5]) hominibus quasi muccosus is[6]) qui talis male ludit. Paul. ibid: muger muccosus.

39. Paul. ex Fest. p. 45, 16 M: **căcula:** servus militis; Plautus: 'video caculam militarem'; dicitur autem a Graeco κᾶλον, quia fusti-

1) in *add. Ald. om. codd.* 2) tenebronem *codd.* 3) est hic *codd.* istic *Jordan, Peter.* 4) Scurrano Mommsen; *cf. eius adn.* 5) castrensium *liber,* castrensibus *Müller,* morum *addidi.* 6) is *Müller* his *liber.*

bus clavisque ligneis ad tutelam dominorum armari soliti sunt (*cf. etiam lexica.*).

40. Veg. I 10 p. 15, 5 L²: **galearia galearius**: ... lixas quos galiarias[1]) vocant *ibid.* III 6 p. 78, 5: calonibus, quos galiarias[2]) vocant; Caper Gr. Lat. VII 103, 3 K: militis puer galearius recte dicitur; nam galearia soloecismus; non est puer galearia: nam pueram sic rite voces: puer est galearius† hic a soloicus.[3])

C. Gl. L. V 370, 41 lixa galearia. *cf.* IV 414, 55 V 204, 17; IV 216, 1 calones calearii militum *passim, sed plerumque corruptum.*

41. Schol. in Pers. V 138 B: **baro**: barones dicuntur servi militum, qui utique stultissimi sunt, servi scilicet stultorum.

42. C. Gl. L. V 475, 44: **primivirgius**: cabellaris quod prima est militia eius in virgis; *cf. etiam* IV 151, 40. 273, 17. 553, 48. V 235, 36. 325, 42. 510, 65. 383, 33.

43. Amm. Marc. XV 12, 3 G: **murcus**: Nec eorum (*scl. Gallorum*) aliquando quisquam, ut in Italia, munus Martium pertimescens pollicem sibi praecidit, quos iocaliter[4]) murcos appellant.

44. Plin. n. h. praef. 1 D: **conterraneus**: ... Catullum conterraneum meum — agnoscis et hoc castrense verbum (*scl. tu imperator Vespasiane*).

45. C. Gl. L. V 501, 29: **focaria**: focarias uxores militum, *item* 457, 31 *cf.* cod. Iust. 5, 16, 2 edictum Caracallae a. 213 p. Chr. 6, 46, 3 a. 215 p. Chr.; Aegypt. Urkunden d. Berl. Mus. ed. Generalverwalt. f. Griech. Urk. vol. II n. 614, 13 τῆϲ ϲ]υμβιωϲάϲηϲ μοι γυναικὸϲ φωκαρίαϲ Σεμπρωνίαϲ Τασουχαρίου (*ex anno* 217 p. Chr.); *cf. etiam* C. I. L. III p. 2012, 215. XI 39.

46. Capit. Maxim. 28, 8 P² (*ex Cordo*): **caliga Maximini**: quoniam ad Maximinum seniorem revertimur, res iucunda praetereunda non est. Nam cum esset Maximinus pedum .. octo et prope semis, calciamentum eius, id est campagum regium, quidam in luco, qui est ⟨inter⟩ Aquileiam et Arciam, posuerunt, quod constitit pede maius fuisse hominis vestigio [mensura][5]); unde etiam vulgo tractum est, cum de longis et ineptis hominibus diceretur: 'caliga Maximini'.

c) singulares homines.

47. Liv. II 60, 3 (*a. 471 a. Chr. n.*) Z: **T. Quinctius parens**: ... exercitus redit sibi parentem (*scl. T. Quinctium consulem*), alteri exercitui dominum datum a senatu memorant.

---

1) galiarios *Lang*, galliarias *melior classis et unus ex deteriore, ceteri* galliarios; '*Adscripsit Scriverius e glossis MStis* Kalones, Galliae militum *emendatque* galearii *vel* Caculae militum *nec male: Sed cur non* Galiariae' *Oudendorp* (teste *Langio*); *cf. Heraeus Arch. f. lat. Lexicogr. X 508.* 2) galiarias *melior cl.* galiarios *vel* galearios *vel* galerios *deterior,* galiarios *Lang.* 3) *cf. Keili adnotationes ad haec corrupta verba,* hic asoloicos (= ἀϲολοίκωϲ) *Heraeus l. l. p. 508* adn. *1.* 4) iocaliter *editiones principes, etiam Jordan,* localiter *libri, item Gardthausen.* 5) mensura *Peter uncis inclusit.*

48. Tac. ann. II 55 (*extr.*) O: **Cn Piso parens legionum:** eo usque corruptionis provectus est (*scl. Cn Piso Germanici inimicus*), ut sermone vulgi parens legionum haberetur, *ib. cap.* 80 (*med.*) consisterent in acie, non pugnaturis militibus, ubi Pisonem ab ipsis parentem quondam appellatum ... vidissent.

49. C. I. L. I p. 288: **Q. Fabius pater:** <Q. Fabius> Q. f. Maximus ab exercitu Minuciano pater appellatus est, *cf.* Sil. Ital. VIII 2 B: Romana parentem | solum castra vocant (*scl. eundem Fabium*); Plin. n. h. 22, 10 D: appellatum patrem ab his, quos servaverat. Liv. 21, 30, 3 Val. Max. 5, 2, 4.

50. Liv. III 29, 3 (*a. 458 a. Chr.*) Z: **T. Quinctius patronus:** adeo tum imperio meliori animus mansuete oboediens erat, ut .. exercitus ... proficiscentem eum patronum salutaverit.

51. Liv. XXI 30, 3 Z: milites Fabii Cunctatoris exercitus **patroni:** cum .. circumfusos militum eius totum agmen patronos salutasset. *cf.* Plut. Fab. Max. 13 S: οἱ δὲ στρατιῶται τοὺς στρατιώτας πάτρωνας ἠσπάζοντο. Val. Max. 5, 2, 4.

52. Cap. Gord. 31, 6 P²: **Gordianus filius militum:** Cordus dicit omnes milites eum (*scl. Gordianum*) filium appellasse.

53. Treb. Poll. trig. tyr. 6, 3 P²: **Victoria mater castrorum:** | *Victorinus*] .. percussus Victorino filio Caesare a matre Vitruvia sive Victoria, quae mater castrorum dicta est, appellato. *ibid.* 25, 1: [*Tetricus iunior*] puerulus a Victoria Caesar est appellatus, cum illa mater castrorum ab exercitu nuncupata esset.

2) Nomina propria.

a) propria et perpetua cognomina:

54. Gell. II 11, 1 H: **Achilles:** L. Sicinium Dentatum .. scriptum est in libris annalibus plus quam credi debeat strenuum bellatorem fuisse nomenque ei factum ob ingentem fortitudinem appellatumque esse Achillem Romanum. *cf.* Fest. p. **190, 30 M:** L. Sergio† Dentato, qui Achilles Romae† existimatus est.

55. Val. Max. III 2, 21 K²: **Achilles:** Quorum (*scl. fortium virorum*) virtuti nihil cedit Q. Occius, qui propter fortitudinem Achilles cognominatus est.

56. Tac. ann. I 23 O: **Cedo alteram:** centurio Lucilius interficitur, cui militaribus facetiis vocabulum 'cedo alteram' indiderant, qui fracta vite[1]) in tergo militis alteram clara voce ac rursus aliam poscebat (*Lucilius centurio in Pannonico exercitu fuit*).

57. Tac. ann. I 23 O: **Sirpicus:** quin ipsae inter se legiones octava et quinta decima ferrum parabant, dum centurionem cognomento Sirpicum illa morti deposcit, quintadecumani tuentur.

58. Tac. ann. II 9 O: **Flavus:** Erat is (*scl. frater Arminii*) in exercitu cognomento Flavus.

1) facta vitae *Mediceus,* fracta vite *in margine.*

59. Suet. Cal. 35 R: **Colosseros**: Erat Esius Proculus patre primipilari ob egregiam corporis amplitudinem et speciem Colosseros dictus.

60. Tac. ann. I 41 O: **Caligula**: infans in castris genitus in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum induebatur. *cf. ibid. cap.* 69, Suet. Cal. 9 Aur. Vict. Caes. 3, 4 Cass. Dio 57 5, 6 Auson. XII Caes. 9, tetrast. 17.

[61. Lampr. Alex. Sev. 12, 4 P[2]: **Severus**: ob ingentem vigorem animi et mirandam singularemque constantiam contra militum insolentiam Severi nomen a militibus eidem (*scl. imperatori Alexandro*) inditum est; *cf. ibid.* 25, 2 Aur. Vict. Caes. 24, 4.]

62. Vop. Aur. 6, 1—2 P[2]: **Manu ad ferrum**: [*Aurelianus*] fuit gladii exserendi cupidus. Nam cum essent in exercitu duo Aureliani tribuni, hic et alius, huic signum exercitus adposuerat 'manu ad ferrum', ut si forte quaereretur, quis Aurelianus aliquid vel fecisset vel gessisset, suggereretur 'Aurelianus manu ad ferrum' atque cognosceretur.

63. Amm. Marc. XXX 7, 2 G: **Funarius**: Gratianus maior (*scl. pater imperatoris Valentiniani*) ignobili stirpe cognominatus est a pueritia prima Funarius ea re, quod nondum adultus venalem circumferens funem quinque militibus eum rapere studio magno conatis nequaquam cessit. *cf.* Aur. Vict. ep. 45, 2 (Gruterianae): (*Valentiniani*) pater Gratianus mediocri stirpe ortus apud Cibalas Funarius appellatus est eo, quod venalicium funem portanti quinque milites nequirent extorquere: eo merito ascitus in militiam . .

64. Aur. Vict. ep. 40, 15 Gr: **Armentarius**: Galerius . . fuit . . ortus parentibus agrariis pastor armentorum, unde ei cognomen Armentarius fuit. *cf. ibid.* 39, 2 Gr: Galerium Maximianum cognomento Armentarium.

65. Liv. XXX 45, 6 Z: Africani cognomen militum prius favor an popularis aura celebraverit an sicuti Felicis Sullae Magnique Pompei patrum memoria coeptum ab assentatione familiari sit, parum compertum habeo: primus certe hic imperator nomine victae ab se gentis est nobilitatus; exemplo deinde huius nequaquam victoria pares insignis imaginum titulos claraque cognomina familiarum asciverunt.

66. Cap. Ver. 7, 9 P[2]: [*Verus*] cum fratre triumphavit susceptis a senatu nominibus, quae in exercitu acceperat (*scl.* Armenici Parthici Medici *cf.* § 2).

67. Amm. Marc. XVII 13, 25 G: Tali textu recte factorum Constantius iam metuente sublimior militarique consensu secundo Sarmaticus appellatus ex vocabulo subactorum. *cf. ibid* § 33: . . Sarmatici cognomentum, quod vos (*scl. milites*) unum idemque sentientes mihi . . merito tribuistis.

b) cognomina per occasionem, non in perpetuum indita.

68. App. Mithr. 59 (*extr.*) M: **Athenio:** ὁ στρατὸς ὁ τοῦ Σύλλα σὺν ὀργῇ καὶ καταφρονήσει περιστάντες τὸ τοῦ Φιμβρίου χαράκωμα κατελοιδόρουν αὐτὸν καὶ Ἀθηνίωνα ἐκάλουν, ὃς δραπετῶν τῶν ἐν Σικελίᾳ ποτὲ ἀποστάντων ὀλιγήμερος ἐγεγένητο βασιλεύς.

69. Suet. Tib. 42 (*med.*) R: **Biberius Caldius Mero:** In castris tiro etiam tum (*scl. Tiberius Claudius Nero postea imperator*) propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur. *cf.* Aur. Vict. ep. 2, 2 Gr: Iste, quia Claudius Tiberius Nero dicebatur, eleganter a iocularibus Caldius Biberius Mero ob vinolentiam nominatus est.

70. Tac. hist. I 78 (*extr.*) O-M: **Nero Otho:** Othoni quibusdam diebus populus et miles tanquam nobilitatem ac decus astruerent, Neroni Othoni acclamavit. *cf.* Suet. Oth. 7 (*init.*) R: ab infima plebe appellatus Nero (*scl. Otho*) nullum indicium recusantis dedit.

71. Lampr. Heliog. 17, 1—5 P²: **Tiberinus Tractaticius:** [*Heliogabalus*] tractus .. per publicum. Addita iniuria cadaveri est, ut id in cloacam milites mitterent .. in Tiberim abiectum est .. tractum est cadaver eius etiam per circi spatia, priusquam in Tiberim praecipitaretur. .. appellatus est post mortem Tiberinus Tractaticius et Impurus et multa[1]), si quando ea erant designanda, quae sub eo facta videbantur. *cf.* Aur. Vict. ep. 23, 6, 7 Gr: huius corpus per urbis vias .. a militibus tractum est .. usque ad Tiberim deductum .. in fluvium proiectum est .. ex ea re, quae acciderat Tiberinus Tracticiusque appellatus est.

72. Treb. Poll. trig. tyr. 8, 3 P²: **Mamurius Veturius:** [*imperator Marius*] vita quidem strenuus ac militaribus usque ad imperium gradibus evectus, quem plerique Mamurium, nonnulli Veturium, opificem utpote ferrarium, nuncuparunt.

73. Treb. Poll. trig. tyr. 33, 2 P²: **Claudius:** .. senex atque uno pede claudicans vulnere, quod bello Persico Valeriani temporibus acceperat, factus est imperator et scurrarum ioco Claudius appellatus est (*scl. Censorinus*).

74. Vop. Firm. 4, 1 P²: **Cyclops:** Fuit .. Firmus statura ingenti, oculis foris eminentibus, capillo crispo, fronte vulnerata, vultu nigriore, reliqua parte corporis candidus sed pilosus atque hispidus, ita ut eum plerique Cyclopem vocarent.

75. Amm. Marc. XXVI 8, 2 G: **Sabaiarius:** [*Valens*] oppugnationi Chalcedonis magnis viribus insistebat, cuius e muris probra in eum iaciebantur et iniuriose conpellebatur, ut Sabaiarius[2]); est

---

1) malta *Brocks, Königsberger Monatshefte 1877 p. 119, Petschenig Beitr. zur Textkrit. der script. hist. aug. Wien 1879 p. 25.* matula *Vnger in Fleckeis. ann. 1881 p. 221. (teste Peter)*; multa *libri, item Peter.*
2) sabiarius *libri optimi.*

autem sabaia ex ordeo vel frumento in liquorem conversis paupertinus in Illyrico potus.

76. Amm. Marc. XVII 9, 3 G: **Asianus Graeculus**: miles expensis, quae portabat, nusquam reperiens victus extrema minitans Iulianum conpellationibus incessebat et probris Asianum appellans Graeculum et fallacem et specie sapientiae stolidum.

B. Maiores reliquiae.

I. Cantilenae.

77. Liv. XLV 38, 12 H: Militum quidem propria est causa, qui et ipsi laureati et suis[1]) quisque donis, quibus donati sunt, insignes triumphum nomine cientes suasque et imperatoris laudes canentes per urbem incedunt.

78. App. Pun. 66 M: ἡ στρατιὰ κατά τε ἴλας καὶ τάξεις ἐστεφανωμένη πᾶσα καὶ δορυφοροῦσα .. καὶ τῶν ἀρχόντων οὓς μὲν ἐπαινοῦσιν, οὓς δὲ σκώπτουσιν οὓς δὲ ψέγουσιν· ἀφελὴς γὰρ ὁ θρίαμβος καὶ ἐν ἐξουσίᾳ λέγειν ὅ τι θέλοιεν.

79. Dion. II 34, 15 J. (*de Romuli triumpho*): ἡ δ' ἄλλη δύναμις αὐτῷ παρηκολούθει .. θεούς τε ὑμνοῦσα πατρίοις ᾠδαῖς καὶ τὸν ἡγεμόνα κυδαίνουσα ποιήμασιν αὐτοσχεδίοις. *cf.* 7, 72, 10.

80. Liv. III 29, 5 Z. (*a. 458 a. Chr.*): epulae instructae dicuntur fuisse ante omnium domos epulantesque cum carmine triumphali et sollemnibus iocis comisantium modo currum secuti sunt.

81. Liv. IV 20, 2 Z. (*a. 437 a. Chr.*): in eum (*scl. Cossum spolia opima Tolumnio regi detracta gerentem*) milites carmina incondita aequantes cum Romulo canere.

82. Liv. IV 53, 11 Z. (*a. 410 a. Chr.*): cum .. urbem ovans introiret, alternis inconditi versus militari licentia iactati, quibus consul increpitus, Menenii celebre nomen laudibus fuit. § 13 plus ea res (*scl. applausus circumstantis populi*) quam prope sollemnis militum lascivia in consulem curae patribus iniecit.

83. Liv. V 49, 7 Z. (*a. 390 a. Chr.*): Dictator (*scl. Camillus*) reciperata ex hostibus patria triumphans in urbem redit interque iocos militares, quos inconditos iaciunt, Romulus ac parens patriae conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellabatur.

84. Liv. VII 10, 13 Z. (*a. 361 a. Chr.*): Inter carminum propemodum incondita quaedam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum.

85. Liv. VII 17, 5 Z. (*a. 357 a. Chr.*): victores reverterunt militaribus iocis cum apparatum hostium tum suum increpantes pavorem.

86. Liv. VII 38, 3 Z. (*a. 343 a. Chr.*): Consules ambo de Sam-

1) suis *Madvig add.*

nitibus triumpharunt sequente Decio insigni cum laude donisque, cum incondito militari ioco haud minus tribuni celebre nomen quam consulum esset.

87. Liv. X 30, 9 Z. (*a. 295 a. Chr.*): Celebrata inconditis militaribus ⟨versibus⟩[1] non magis victoria Q. Fabii quam mors praeclara P. Decii est excitataque memoria parentis aequata eventu publico privatoque filii laudibus.

88. Liv. XXVIII 9, 18 Z. (*a. 207 a. Chr.*): Notatum est eo die plura carmina militaribus iocis in C. Claudium quam consulem suum iactata.

89. Plut. Marc. 8 (*init.*) S: ὁ δὲ στρατὸς εἵπετο καλλίστοις ὅπλοις κεκοσμημένος ᾄδων ἅμα πεποιημένα μέλη καὶ παιᾶνας ἐπινικίους εἰς τὸν θεὸν καὶ τὸν στρατηγόν.

90. Plut. Aem. 34 S. (*a. 167 a. Chr.*): Ἐδαφνηφόρει δὲ καὶ σύμπας ὁ στρατὸς .. ᾄδων δὲ τὰ μὲν ᾠδάς τινας πατρίους ἀναμεμιγμένας γέλωτι, τὰ δὲ παιᾶνας ἐπινικίους καὶ τῶν διαπεπραγμένων ἐπαίνους εἰς τὸν Αἰμέλιον.

91. Liv. XLV 43, 8 H. (*a. 167 a. Chr.*): Laetior hunc triumphum est secutus miles multisque dux ipse carminibus celebratus (*scl. L. Anicius de Gentio Illyriorum rege triumphans*).

92. App. b. c. I 101 (*extr.*) M: [Σύλλας] ἐθριάμβευσεν ἐπὶ τῷ Μιθριδατείῳ πολέμῳ. καί τινες αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν ἀρνουμένην βασιλείαν ἐπισκώπτοντες ἐκάλουν, ὅτι τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα μόνον ἐπικρύπτοι· οἳ δ' ἐπὶ τοὐναντίον ἀπὸ τῶν ἔργων μετέφερον καὶ τυραννίδα ὁμολογοῦσαν ἔλεγον.

93. Suet. Iul. 49 (*extr.*) R: Gallico .. triumpho milites eius inter cetera carmina, qualia currum prosequentes ioculariter canunt, etiam illud vulgatissimum pronuntiaverunt:

Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem:
Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias,
Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem.

cf. Cass. Dion. XLIII 20, 2 B: τὴν παῤῥησίαν τοῦ στρατοῦ πρᾳότατα ἤνεγκε. τούς τε γὰρ ἐς τὸ συνέδριον σφῶν ὑπ' αὐτοῦ καταλεχθέντας ἐτώθασαν καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ποτ' ἐντίζετο[2]) καὶ ⟨ἐν⟩ τοῖς μάλιστα τόν τε τῆς Κλεοπάτρας αὐτοῦ ἔρωτα καὶ τὴν παρὰ τῷ Νικομήδει τῷ τῆς Βιθυνίας βασιλεύσαντι διατριβὴν, ὅτι μειράκιόν ποτε παρ' αὐτῷ ἐγεγόνει, διεκερτόμησαν (*scl. milites*), ὥστε καὶ εἰπεῖν ὅτι Καῖσαρ μὲν Γαλάτας ἐδουλεύσατο, Καίσαρα δὲ Νικομήδης.

94. Suet. Iul. 51 R: Ne provincialibus quidem matrimoniis abstinuisse (*scl. Caesarem*) vel hoc disticho apparet iactato aeque a militibus per Gallicum triumphum:

---

1) versibus *Zingerle supplevit, deest in codd. plerisque,* carminibus militaribus *unus et ed. vet.,* militaribus iocis *pauci codd. rec.* 2) *sic codd.*

Urbani servate uxores: moechum calvom adducimus.
Aurum in Gallia effutuisti, hic sumpsisti mutuum.

95. Plin. n. h. XIX 144 D: Nec non olus quoque silvestre est triumpho divi Iuli carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum; alternis quippe versibus exprobravere lapsana se vixisse apud Durrachium praemiorum parsimoniam cavillantes (*est autem ea cyma sylvestris*).

96. Vell. Pat. II 67, 4 H. . . inter iocos militaris, qui currum Lepidi (*scl. triumviri*) Plancique secuti erant, inter execrationem civium usurpabant hunc versum:

De germanis, non de Gallis duo triumphant consules.

97. Suet. Galb. 6 R: A Gaio Caesare ⟨in locum Gaetu⟩lici[1]) substitutus postridie quam ad legiones venit, sollemni forte spectaculo plaudentes inhibuit data tessera, ut manus paenula continerent; statimque per castra iactatum est:

Disce miles militare: Galba est non Gaetulicus.

98. Vop. Aur. 6, 4—5 P^2: Refert Theoclius . . Aurelianum manu sua bello Sarmatico una die quadraginta et octo interfecisse, plurimis autem et diversis diebus ultra nongentos quinquaginta adeo, ut etiam ballistia pueri et saltatiunculas 'Aurelianum'[2]) tales conviviis[3]) diebus festis militariter saltitarent:

„Mille mille mille[4]) decollavimus.
„Unus homo! mille decollavimus.
„„Mille vivat: [qui][5]) mille occidit!
„„Tantum vini nemo habet[6]),
„„Quantum fudit sanguinis.

99. Vop. Aur. 7, 2 P^2: Unde (*scl. ex victoria a Francis reportata*) iterum de eo facta est cantilena:

Mille Sarmatas mille Francos semel et semel occidimus mille Persas quaerimus.[7])

---

1) /// lici *libri*, in locum Gaetulici *Roth* Gaetulico *Stephanus*. 2) 'Aurelianum' *quasi nomen carminum Gundermann*, ⟨in⟩ Aur. *Peter*. 3) convivis *Gundermann*, quibus *libri*; ⟨componerent⟩, quibus *Peter secutus Egnat; sed rogat: an* tales quibusdam diebus? 4) *quinquies exhibent* mille *manus tertia Palatini* (*cod. minoris auctoritatis*) *et editio princeps, in altero versu ter.* 5) qui *delevi*, annos *ascripsit B(ambergensis)*^{3} *optimi cod;* bibat *Bücheler Mus. Rhen. 14 p. 433*, mille vivat, unus qui m. o. *Peiper Mus. Rhen. 32 p. 525;* ille mille vivat qui *O. Ribbeck eod. l. Corssen Vocalismus*^{2} *II p. 959 hos versus ita scribit:* Mílle mille mílle mille mílle decollávimus || únus homo mílle mille mílle decollávimus || mílle mille mílle mille vívat qui mille óccidit || tántum vini némo habet quántum fudit sánguinis. 6) avebit *Peiper l. l.* 7) *Corssen l. l. ita scribit:* mílle mille mílle mille mílle Persas quáerimus; *Oberdick*: *Zeitschrift f. d. östreich. Gymnas. 16 p. 738:* Mille Francos mille simul || Sarmatas occidimus || mille mille mille mille || mille Persas quaerimus.

100. Incert. paneg. 9, 18 B. (*extr.*): Reperto .. et trucidato corpore (*scl. Maxentii*) universus in gaudia et vindictam populus Romanus exarsit, nec desitum tota urbe, qua suffixum hasta ferebatur, caput illud piaculare foedari, cum interim, ut sunt ioci triumphales, rideretur gestantis iniuria, cum alieni capitis merita pateretur.

101. Zos. III 4, 2 M: (*Iulianus post pugnam apud Argentoratum commissam*) ἀπήγαγε τὸν στρατὸν ἐν τῇ οἰκείᾳ παιωνίζοντα ἐπὶ ταῖς νίκαις ἀνυμνοῦντά τε τὰ τοῦ Καίσαρος στρατηγήματα.

102. Amm. Marc. XXII 4, 6 G: accessere flagitia disciplinae castrensis, cum miles cantilenas meditaretur pro iubilo molliores.[1])

II. Dicta collectanea.

103. Plut. Sull. 18 (*extr.*) S: προτεταγμένους .. ἑώρων τῶν πολεμίων μυρίους καὶ πεντακισχιλίους θεράποντας, οὓς ἐκ τῶν πόλεων κηρύγμασιν ἐλευθεροῦντες οἱ βασιλέως (*scl. Mithridatis*) στρατηγοὶ κατελόχιζον εἰς τοὺς ὁπλίτας. καί τις ἑκατοντάρχης λέγεται Ῥωμαῖος εἰπεῖν ὡς ἐν Κρονίοις μόνον εἰδείη τῆς παῤῥησίας δούλους μετέχοντας.

104. Caes. b. G. I 42, 5 Kü: Caesar (*scl. ad colloquium Ariovisto promissum profecturus*) .. commodissimum statuit omnibus equis Gallis equitibus detractis eo legionarios milites legionis decimae .. imponere, ut praesidium quam amicissimum .. haberet. Quod cum fieret, non inridicule quidam ex militibus decimae legionis dixit: plus quam pollicitus esset Caesarem facere: pollicitum se in cohortis praetoriae loco decimam legionem habiturum ad equum rescribere (*cf.* 40, 14).

105. Caes. b. c. III 49, 1 Kü: (*Cum apud Durrachium Caesaris milites inopia premerentur*) crebrae .. voces militum in vigiliis conloquiisque audiebantur prius se cortice ex arboribus victuros quam Pompeium e manibus dimissuros. *cf.* Plut. Caes. (*init.*) 39 S: ῥίζαν τινὰ κόπτοντες οἱ στρατιῶται καὶ γάλακτι φυρῶντες προσεφέροντο. καί ποτε καὶ διαπλάσαντες ἐξ αὐτῆς ἄρτους καὶ ταῖς προφυλακαῖς τῶν πολεμίων ἐπιδραμόντες ἔβαλλον εἴσω καὶ διεῤῥίπτουν ἐπιλέγοντες ὡς ἄχρι ἂν ἡ γῆ τοιαύτας ἐκφέρῃ ῥίζας οὐ παύσονται πολιορκοῦντες Πομπήιον.

106. App. b. c. III 26 (*med.*) M: Τρεβώνιος δὲ τοῖς συλλαμβάνουσιν αὐτὸν ἔτι εὐναζόμενον ἡγεῖσθαι πρὸς Δολοβέλλαν ἐκέλευεν· ἕψεσθαι γὰρ αὐτοῖς ἑκών. καί τις τῶν λοχαγῶν αὐτὸν ἐπισκώπτων ἠμείψατο Ἴθι σύ, δεῦρο τὴν κεφαλὴν καταλιπών· ἡμῖν γὰρ οὐ σέ, ἀλλὰ τὴν κεφαλὴν ἄγειν προστέτακται' καὶ τόδε εἰπὼν εὐθὺς ἀπέτεμε τὴν κεφαλήν.

1) molliores *ed. Gelenii*, meliores *ceteri codd. et edd.*

107. Tac. ann. I 35 (*extr.*) O: (*Cum Germanicus in Germanicarum legionum seditione a. 14 p. Chr. n. ante oculos militum, quippe qui ipsum imperatorem declarare vellent, manum sibi illaturus esset*) miles nomine Calusidius strictum obtulit gladium addito acutiorem esse. *cf.* Cass. Dion. LVII 5, 2 B: καί τις αὐτῶν (*scl. militum*) τὸ ἑαυτοῦ ξίφος ἀνατείνας 'τοῦτο, ἔφη, λαβέ. τοῦτο γὰρ ὀξύτερόν ἐστιν'.

108. Aur. Vict. ep. 1, 23 Gr: (*Oculorum*) aciem clarissimorum siderum modo vibrans (*scl. Octavianus*) libenter accipiebat cedi ab intendentibus tamquam solis radiis adspectu suo; a cuius facie dum quidam miles oculos averteret et interrogaretur ab eo, cur ita faceret: quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum.

109. Cass. Dion. LXIII 10, 2 D: εἷς μέν τις στρατιώτης ἰδὼν αὐτὸν δεδεμένον (*scl. Neronem imperatorem fabulam agentem*) ἠγανάκτησε καὶ προσδραμὼν ἔλυσεν, ἕτερος δὲ ἐρομένου τινὸς 'τί ποιεῖ ὁ αὐτοκράτωρ' ἀπεκρίνατο ὅτι 'τίκτει'. καὶ γὰρ τὴν Κανάκην ὑπεκρίνατο.

110. Suet. Galb. 20 (*med.*) R: Ille (*scl. miles quidam, qui Galbae caput amputaverat*) lixis calonibusque donavit, qui hasta suffixum non sine ludibrio circum castra portarunt adclamantes identidem 'Galba Cupido fruaris aetate tua' maxime irritati ad talem iocorum petulantiam, quod ante paucos dies exierat in vulgus laudanti cuidam formam suam ut adhuc floridam et vegetam respondisse eum Ἔτι μοὶ μένος ἔμπεδόν ἐστιν. (*cf.* E 244 φ 426).

111. Aur. Vict. ep. 23, 6 Gr: (*Heliogabali*) corpus per urbis vias more canini cadaveris a militibus tractum est militari cavillo appellantium indomitae rapidaeque libidinis catulam.

112. Aur. Vict. ep. 25, 2 Gr: (*Imperator Maximinus*) .. apud Aquileiam seditione militum discerptus est una cum filio conclamantibus cunctis militari ioco ex pessimo genere nec[1]) catulum habendum.

113. Spart. Sev. 22,4—5 P[2]: [*Severus*] cum .. rediret non solum victor, sed etiam in aeternum pace fundata volvens animo, quid ominis sibi occurreret (*cf.* 1—3), Aethiops quidam e numero militari clarae inter scurras famae et celebratorum semper iocorum cum corona e cupressu facta eidem occurrit. Quem cum ille iratus removeri ab oculis praecepisset et coloris eius tactus omine et coronae, dixisse ille dicitur ioci causa: 'Totum fudisti[2]), totum vicisti, iam deus esto victor.'

114. Treb. Poll. trig. tyr. 10, 3 P[2]: Mirabile fortasse videatur, si quae origo imperii eius fuerit declaretur. Capitali enim ioco regna promeruit. Nam cum milites cum eo quidam cenarent, exstitit vicarius tribuni, qui diceret: 'Regiliani nomen unde credimus dictum', alius continuo: 'Credimus quod a regno'. Tum is qui aderat

---

1) nec *scripsi,* ne *vulgo.* 2) fuisti *libri, em. Hirschfeld Herm. III 230.*

scolasticus coepit quasi grammaticaliter declinare et dicere: 'Rex regis regi[1]) o Regiliane.[2]) Milites ut est hominum genus pronum ad ea, quae cogitant: 'Ergo potest rex esse' item alius: 'Ergo potest nos regere' item alius: 'Deus tibi regis nomen posuit'. Quid multa? his dictis cum alia die mane processisset, a principiis imperator est salutatus.

115. Vop. Bon. 15, 2 P[2] [*Bonosus*] longo gravique certamine a Probo superatus laqueo vitam finivit, cum quidem iocus exstitit amphoram pendere, non hominem.

III. Inscriptiones glandibus plumbeis impressae.[3])

1) Glandes Asculanae.

116. Z. 9: feri Pomp(eium).
117. Z. 10: fer sal(utem)[4]) Pomp(eio) fer.
118. Z. 11: Asclanis [h]on(ori).[5])
119. Z. 12: feri PICA[6])
OM
120. Z. 13: fugitivi peristis.
121. Z. 27: em tibe malum malo.
122. Z. 28: tamen evomes omnem.[7])
123. Z. 29:
AVRVM VOR . S MALO TΛ · EN EVOMES OMNEM ·
124. Z. 34: ventri.

2) glans in Hispania reperta.

125. Z. 50: acipe.[8])

3) glandes Perusinae.

126. Z. 55: ba[t](ue) Fulvi(am).[9])
127. Z. 56: *fulmen*)(Fulviae[la]ndicam[10]) peto.
128. Z. 58: pet[o] Octavia(ni)[11]) culum.
129. Z. 61: *phallus*)(Octavi lax(e)!
130. Z. 62: Octavi, laxe! — *phallus repraesentatur* — sede.
131. Z. 64: L. Antoni Calve, peristi C. Caesarus victoria.

---

1) regio *B(ambergensis), P(alatini) manus altera.* 2) Regaliano *B P,* o Regaliane *scripsi; de forma 'Regalianus' nummis probata v. prosopogr. I p. 244 n. 2.* regi Regiliano *Peter.* 3) *Haustae sunt ex collectione Caroli Zangemeister in ephem. epigr. VI, cuius etiam numeri his selectis adiecti sunt (Z. = Zangemeister); uncis rotundis syllabae literaeque iam a militibus omissae in cluduntur, quadratis postea depravatae.* 4) SΛL (*vel* ΓΛƧ vel SΛ⅂) *glans, lectiones quas supra dedi, Zang. proposuit.* 5) *de* [d]on(o) *vel* [d]on(um) *cogitat Zang.* 6) Pic(entes) a [R]om(anis) *Mommsen C. I. L. I n. 651* picam *Gabrielli; fortasse* feri Pic(entes) a[diu](va) [R]om(anos). 7) '*quarta litera* E (*non* I), *quinta* M, *vix* A *fuisse mihi visae sunt' Zang.* 8) '*lectio* acipe *non est certa'* Zang. 9) *sic scripsi, 'Legendum fortasse* AB (*an* R?) FVLVI(*a?*)' *Zang.* 10) landicam *Haupt apud Mommsen Bull. dell' Ist. 1863 p. 64.* 11) Octavia(norum) *Mommsen C. I. L I n. 682.*

132. Z. 65: L. A(ntoni) Calve, Fulvia culum pan(dite).[1]
133. Z. 77: L XI (= *legio undecima*) divom Iulium (*scl. ulciscamur vel aliquid simile.*)[2]
134. Z. 84: esureis et me celas.

4) glans Apsori (i. e. in Ossero vico in insula Liburniae Cherso sito) reperta.

135. Z. 109: pertinacia vos radicitus tolet.[3]

Postquam manuscriptum iam confeci, Eduardus Wölfflin liberaliter mecum communicavit hunc locum:

136. Veg. mulomed. 2,28,37: equi **tottonarii**: equos quos vulgo trepidarios, militari verbo tottonarios vocant, ita edomant ad levitatem et quaedam blandimenta vecturae, ut asturconibus similes videantur.

Quantum nunc video, ista vox ὀνοματοποιΐας *figura ficta videtur ita, ut ea militares crepitum imitari temptarent, quem equi inquieti crebroque saltantes pulsata pedibus humo moverent.*

Caput III
Commentarius.

1—3. ad Caes. b. G. 7, 73, 2—9: Has munitiones Caesar, cum Alesiam circumsederet (a. 52 a. Chr. n.), exstruxit, ut facilius milites multis locis occupati et disiecti hostes a parte utraque urgentes arcerent. Quarum nomina a Caesare allata non esse terminos militares, sed tunc quidem a militibus inventa cum vel eo apparet, quod alias quidem hoc sensu praedita non reperiuntur, tum tempore imperfecto ter repetito (appellabant in §§ 4 et 8, nominabant in § 9), cf. hac de re et omnino de ingenio horum munimentorum Kraneri-Dittenbergeri commentarium.[4] **Cippos** veri simillimum esse puto illos stipites praeacutos et hosti processuro exitiosissimos genere quodam acuminis stomachoso appellatos esse, cum milites hoc nomen invenientes et usurpantes de monumentis quibusdam sepulcralibus cogitarent, quae etiam Horatius (sat. 1,8,12) cippos nominat.—**Lilii** nomen eo adhibitum est, quod illae scrobes angustiore ad infimum fastigio coartatae liliorum acetabulis similes erant, e quibus tere-

---

1) *sic Borghesi interpretatur teste Mommseno C. I. L. I n. 684.*
2) *sic Zang. Bergkium secutus recte explicat.* 3) *Titulos, quos milites insculpsisse in sepulcris imperatoribus Gordiano et Probo a se extructis Trebellius Pollio (Gord. 34, 2—4) et Vopiscus (Prob. 21, 4) verbis ipsis adiectis tradiderunt, quia fides eorum de actis et inscriptionibus insertis valde dubia est (cf. H. Peter, die scriptores historiae Augustae, praecipue p. 228 sq.), omisi.* 4) Item, quod Gundermann me admonuit, Napoléon: histoire de J. César II p. 304 et 322.

tes stipites quasi antherae eminebant. Rationem autem ipsam huius munitionis non novam fuisse in arte Romanorum militari loco Pauli ex Festo sumpto p. 44 M. elucet: *Caecum vallum dicitur, in quo praeacuti pali terrae affixi herbis vel frondibus occuluntur;* deinde simili opere Pompeius e Brundisino portu naves soluturus Caesaris copias ingruentes arcebat, cf. Caes. b. c. 1, 27, 4: *fossas transversas viis praeducit atque ibi sudes stipitesque praeacutos defigit; haec levibus cratibus terraque inaequat.* Sed forma illius munitionis tum a Caesarianis exstructae nova ac singularis fuit ideoque novo nomine a gregariis instructa est. — Tertium nomen facile explicatur ex similitudine, quae intercedit inter illas taleas hamatas et scipiones iumenta regentium, item ferrea cuspide instructos. Proprius autem terminus earum talearum fuit 'stilus caecus' (cf. lexica).

4. ad b. Hisp. 5, 3: '**bracchium**' vocem castrensi esse sermone in munitionum genus quoddam translatam, quia Caesar eam vitat, notio autem illius rei ei non prorsus desit, rectissime iudicat Albrechtus Koehler act. sem. philol. Erl. I p. 469, praesertim collatis Caes. b. G. 3, 66, 6 et b. Hisp. 5, 3. Significat autem munitionem quandam, quae ab aliquo loco occupato, ut bracchium de corpore porrigitur, ad alium nondum occupatum atque vel circumiectam regionem dominantem vel spatium, intra quod hosti decurrere liceat, terminantem promovetur, ut utroque iuncto ille quidem ad progrediendum impediatur. Apud Livium vero (cf. 4, 9, 14. 22, 52, 1. 31, 26, 8. 44, 35, 23. 38, 5, 8.) et apud posteros iam ratus terminus factus est; contra Caesar ipse 'munitio' verbo vel 'murus' utitur, id quod recte adnotat Wölfflin Arch. XI p. 60, qui ipse quoque 'bracchium' castrensi sermoni attribuit et non inepte Graecum σκέλη μακρά comparat (hac de re cf. Liv. 31, 26, 8: *qui* (scl. murus) *bracchiis duobus Piraeum Athenis iungit*).

5. ad Veg. 4, 10 **burgus**: Cf. Ettore di Ruggiero: Dizionario epigr. I p. 1053. Kluge: Grundriss d. German. Philol. I² p. 329 Seeck apud Pauly-Wissowa: Realencyclopaedie III p. 1066. Assumptum est hoc verbum a Germanis per milites Romanos ad Rhenum dispositos initio secundi saeculi p. Chr. n., fortasse iam primo. Ac primum reperitur in inscriptionibus anni 138 et 140 forma 'burgarii': cf. Oestr. Mitt. XVII p. 224 *n(umerus) burg(ariorum) et veredario(rum)*, 'burgus' autem vox ipsa inde a Commodi aetate (a. 185 p. Chr. cf. Oestr. Mitt. XIII p. 141) ad Iustinianum saepius ac diversis in partibus imperii. Germanica vero vox feminini generis erat et per Romanos nescio an propter s literam nominativi, quia etiamtum verisimillime 'burgs' fuit, -us terminatione addita in masculinum translata sit; pro certo autem haberi potest in inscriptione aetatis Iustinianeae (C. I. L. VIII 4799) etiam neutrum genus legi, *fa[bricat]um est b[ur]g[um]*, quod genus etiam in latinitate medii aevi nonnusquam occurrit (cf. Ducangii lex.) et mihi quidem, cum posterioribus demum

temporibus exstet, e verbis synonymis 'castrum castellum' translatum videtur.[1] Significabat autem priore aetate 'turrim' prope limitem imperii (cf. Mommsen R. G. V[3] p. 141 adn. 2) ad custodiendos terminos vel vias ab hostibus sive latronibus ingruentibus vel etiam ab iis, qui furtivam mercaturam exercebant, constitutam. Eandem vero sententiam ostendunt glossae C. Gl. L. II 426, 26. 570, 34. Posteriore autem aetate vis vocis amplificata est. Ac primus quidem, quatenus adhuc testimonia certa et dilucida exstant, Vegetius interpretatur verbo 'parvuli castelli'; idem sensus comprobatur illis novem glossis: *burgos castra* (cf. C. Gl. L. VI 157) idemque latet in Isid. orig. 9, 4, 28: '*unde* (scl. a burgo) *et Burgundionum genti nomen inhaesit, quos quondam subacta Germania Romani per castra disposuerunt atque nomen ita ex locis sumpserunt.*'

6. ad Amm. Marc. 31, 7, 7: **carrāgo**: Cf. Kluge l. l. p. 329, Streitberg Urgerm. Gr. p. 145: Sicut Ammianus ipse dicit, Gothorum est, qui pronuntiabant carrăgo ex *carrhăgo[2]) fem. gen. = carrorum saepimentum, eodem modo compositum atque Anglosaxonum 'bordhaga' = clipeorum saepimentum. Nullo autem loco 'impedimenta' omnino significat, id quod Forcellini contendit. Apud Romanos milites, cum declinatum sit secundum analogiam nominum in-āgo-āginis exeuntium, pro certo habendum est alteram a literam productam fuisse.

7. ad Veg. 4, 15: **causia**†(?): cf. Kluge l. l. Vegetius quia addit '*quas nunc militari barbaricoque usu .. nominant*', pro certo compertum est hoc loco castrensem latere vocem; haec quae sit, specie quadam veritatis destinare prope despero. Nam genuina lectio in libris familiae utriusque corruptissima videtur; contra vulgata et Langio probata, sed nusquam tradita, ideo quod 'causia' vox (i. e. Graecum 'καυσία') iam Plauti aetate non minus usitata fuit quam apud posteros (cf. lexica), ad talem autem non quadrant, quae Vegetius dicit 'barbaricoque usu', prorsus refutanda est, iisdem vero causis etiam *cautibulas coniectura e lectione codd. melioris classis elicita. 'Cattos' denique quamquam ita quidem machinamentum appellabatur medio aevo (cf. Du Cange II [1885] p. 231), a reliquiis lectionis traditae nimis abhorret. (ceterum falso negavit Du Cange 'catti' verbo medio aevo vineas antiquorum vocatas esse. cf. M. Jähns Gesch. d. Kriegsw. p. 650). Quae cum ita sint, id tantum pro certo iudicare ausim illa corruptela verisimiliter Germanicae, fortasse Celticae stirpis vocabulum castrense esse abditum.[3])

---

1) Falso Patsch in Pauly-Wissowae RE. III 1063 contendit nomen castelli in Moesia siti esse Βοῦργον ἄλτον (Proc. de aedif. 4, 6 p. 289 D); traditur enim τὸ Βούργου ἄλτου ὠνομασμένον, quae forma genere pronuntiandi tunc usitato explicanda est (cf. ibid. p. 289, 18 Στιλιβούργου καὶ 'Αλικανιβούργου, sed 3, 7 p. 260, 8: Βούργους νόης; supplendum est ex enuntiato antecedente 'φρούριον' ad 'τὸ δὴ Βούργου ἄλτου ὠνομασμένον'. 2) h litera secundum grammaticae Germanicae legem elisa est. cf. Streitberg l. l. 3) Nescio an *cautias* lectione recepta

8. ad Suet. Dom. 10: **lanceae Luculleae**: Quae fuerit illa nova forma lancearum aut quis Sallustius Lucullus, nullo testimonio traditur. Nominis illum ipsum auctorem non fuisse vel verbo 'passus est' perspicuum est; verisimillimum igitur est in militum ore id ortum esse ac valuisse, dum Domitianus legatum innocentem capitis damnaret. Ceterum lancea tunc quidem fuit auxiliarium telum (cf. Fr. Fröhlich, Bemerkungen zur militär. Phraseologie d. Tacitus p. 14).

9. ad Veg. 1, 17: **mattiobarbulus**: Cf. O. Keller Lat. Volksetym. p. 110. Stowasser Arch. V 135. Hic quidem omnibus difficultatibus elusis contendit etymon verbi esse Graecum 'ματτυοπάρβολοc', ipsum esse iocum castrensem: sicut nostros milites plumbatas cum fabis, Graecos contulisse βολίδαc cum ματτύαιc; significare ματτύαν idem ac nostrum Fleischklöse; παραβάλλειν denique Graece bene dici pro 'pabulum sternere'. Ad istaec reicienda haec dixisse sufficit: Graecam vocem ματτυοπάρβολοc nusquam traditur, ματτύα autem nequaquam habet sensum a Stowasser subditum (cf. Friedlaender edit. Petron. p. 295, Heraeus: Sprache des Petron. p. 16); si autem haberet, βολίδαc i. e. Hesychio teste ἀκόντια λογχάρια nullo modo cum talibus ματτύαιc conferre liceret. Deinde hoc — πάρβολοc quid sententiae habeat? Utrum hoc quoque loco ad vim 'pabulum sternendi' spectat an idem est ac βολίc? Postremo quod vertere Stowasser ipse istud inexplicabile monstrum ματτυοπάρβολοc conatus non est, eo paene colligo ipsum non satis intellexisse, quem sensum ei subiceret. — Mihi quidem videtur, id quod Turnebus advers. 24, 12 et O. Keller: Lat. Volksetym. p. 111 iam coniecerunt, altera pars vocis nomen piscium generis esse, quod nomen aptissime Keller sumpsit idcirco milites illis plumbatis iocülariter indidisse, quia earum forma oblonga fortasse esset. De priore parte compositi in notitia dignitatum nonnusquam Mattiarii commemorantur, in notitia orientis semper mattiarii, in occidentis matiarii (cf. edit. Seeckianam) scripti (mattiarii iuniores occ. V 83. 232. VII 30. or. V 7. 47. mattiarii seniores or. VI 2. 42. mattiarii constantes

locus sanari possit. Theodesco enim verbo 'kot kote' masc. vel fem. gen., nonnusquam neut. et casam significanti (cf. Grimm: deut. Wb. V p. 1882. Kluge: etym. Wb. d. deut. Spr.[6] s. l.), quocum Anglosaxonicum 'cyte' et Normannicum 'cytia' = casella, utrumque ex *cutia ortum, communem habent radicem, nihil obstat quominus formam sollemnem a graviore stirpe deductam attribuamus ita ut 'cautias' vocabulum Germanicum illi *cutia respondens supponamus (de verbis idem fere significantibus, sed ex diversis ordinibus stirpis ductis in Germanicis dialectis cf. nostrum 'brust' et saxonicum 'briost', 'graben' et 'grube — gruobe'). Sententia illius 'cautia' = casa vel casella prorsus quadrat ad vineas militares nominandas; b autem elementum lectionis 'cautib(us)' sic quidem existimaris fortasse compendio glossematis cuiusdam, velut b(arbare), falso intellecto in verbum 'cautias' insertum esse, a et u cum per se tum eo errore facto commutari potuerunt.

or. IX 9. 31. matiarii Honoriani Gallicani occ. VII 52; quibus accedunt Amm. Marc. 21, 13, 16: '*Iter suum praeire cum lanceariis et mattiariis et catervis expeditorum praecepit*', ib. 31, 13, 8: *ad lancearios confugit et mattiarios* (*matsiarios* cod.). Zos. III 22, 2: ἦϲαν δὲ οὗτοι τρεῖϲ λόχοι ματτιάριοι καὶ λαγκιάριοι (λακκιάριοι vel λακκινάριοι codd.) καὶ βίκτορεϲ). Matiarii vel mattiarii, ut per analogiam verborum lancearii ballistarii scutarii colligere licet, inde appellati sunt, quod telis, quae mat(t)iae aut mat(t)ia nominabantur, pugnabant. Mat(t)iarios autem et mattiobarbulos, quod item militum ipsorum fuisse nomen Vegetius testis est, eosdem esse, et propter formae magnam similitudinem, quae, cum iisdem certo temporibus hi illique fuerint, haud parvi momenti ac ponderis est, et quia utrique eiusdem sunt armaturae, pro certo compertum credo. Nam illos (scl. mattiarios) milites levis fuisse armaturae ex Amm. 21, 13, 16 concludere necesse est, hos autem Vegetius l. l. 3, 14 ad verbum in numero levis armaturae ducit. Itaque non temere collectum esse mihi videtur mat(t)iarios fuisse nomen publice usurpatum ad genus quoddam auxiliarium barbarorum significandum (etiam not. occ. VII 52, item V 220 Matiarii Honoriani Gallicani in auxiliis habentur palatinis), mattiobarbulorum autem cognomentum castrensi usu, ex telorum significatione translatum, a militibus esse eis inditum. Posteriore aetate cum barbari milites in Romanorum castris magis magisque valerent auctoritate et numero, ex illis auxiliis etiam legiones compositae sunt (cf. not. or. V 47. VI 42. IX 31. occ. V 232). Hoc in genere sunt etiam illae legiones Illyricae, quas Vegetius l. l. prodidit a Diocletiano cognomenta Iovianorum et Herculianorum accepisse. Fuerunt autem, ut Mommsen Herm. 24, 203 adn. 1 coniecit, prima Iovia et secunda Herculia in Scythia provincia collocatae (not. or. XXXIX 29—35). Fieri potest, ut quinta Iovia et sexta Herculia fuerint, in Pannonia II. dispositae (not. occ. XXXII 44—48). — Postremo illud *mat(t)ia vel *mat(t)ium vocabulum, quam genuinam fuisse significationem teli existimo, ex eadem stirpe oriundum videtur qua mataris i. e. ex verbo *mato, quod in Celtarum lingua significabat 'iacĕre' (cf. W. Stokes Urkelt. Sprachschatz p. 200). — Martiobarbuli forma in quibusdam Vegetii codd. scripta utrum iam a militibus adhibita sit an librariorum vitio irrepserit, lectionibus traditis accurate computatis, pro certo diiudicari non potest.

10. ad Veg. 1, 20: **berba:** Hoc vocabulum uno Vegetiano loco servatum eo inserui, quod cum per barbaros in Romanorum exercitu militantes translatum sit, vere castrense vocandum est. Etymon 'bebra' formae traditae adhuc obscurum fuit. Sed toto illo loco diligenter reputato id quidem concludi potest illa missilia, quibus barbari pedites scutati utebantur, esse genus quoddam hastarum vel verutorum. Cum autem barbarica sit vox, veri simillimum est eam quoque, ut plerasque alias peregrinas sermonis militaris, ex Celtica

vel Germanica lingua petitam esse. At apud illos significat 'beru' idem ac Latinum 'verutum'. cf. Stokes Urkelt. Sprachsch. p. 170. *Berva' vocem femin. generis, quamquam non reperitur, tamen mihi persuasi, quemadmodum compertum est et 'daru, deru' et femininum 'derva' exstitisse (cf. Stokes l. l. p. 147, Holder Altkelt. Sprachschatz I 1242), ita etiam a 'beru' illud 'berva' derivari potuisse. Posteriore autem aetate, ex qua 'bebra' traditum est, 'berva' formam mutatam fuisse in 'berba', id sumere, si quis exempla ab Holdero l. l. p. 321 collecta examinaverit (praecipue Borbo ex Borvo, Borbitomagus ex Borvetomagus), nullo modo prohibetur. Postremo metathesis quoque 'bebra' ex 'berba', verisimillime, credo, librarii vitio non secundum legem grammaticam iam Vegetii aetate orta, offensione caret, quoniam tales errores facile in codd. irrepere multitudine exemplorum a Schluttero in Arch. X p. 12 sqq. et p. 186 sqq. e glossariis congesta illustratur. — Ceterum si vera est illa derivatio vocis, haec quoque coniectura non esse spernenda videatur illos barbaros scutatos pedites, qui berbis utebantur (cf. l. l. 1, 20), Vegetium etiam 3, 14 ostendere, cum dicat: '*quartus ordo* (scl. acie) *construitur de scutatis expeditissimis, de sagittariis iunioribus, de his, qui alacriter verutis vel mattiobarbulis, quas plumbatas nominant, dimicant.*'

11. ad Veg. 3, 5: **tufa:** Barbaricum hoc esse vocabulum et per peregrinos numeros ad Romanos irrepsisse Lydii et Vegetii testimoniis comparatis facile cognoscitur. Haustum autem e Germanorum sermone id esse pro explorato habeo. Nam Anglosaxones utebantur voce þūf masc. gen. fasciculum vel vexillum significante (cf. Sweet Diction. of Anglo-Saxon p. 184) i. e. eodem sensu ac tufa apud Lydum et Vegetium. Quam vocem þūf si quis collegerit ex Latino 'tufa' ab Anglosaxonibus repetitam esse, fieri non potest, ut originem illius þ elementi explicet. Contra Germanicam þ literam verbum incipientem in sermonem Romanicarum nationum (et vulgarem Latinum) forma t translatam esse certissimis testimoniis confirmatur (cf. Mackel Franz. Stud. VI 164). Quod pro Germanorum masculino genere Latina vox est feminini, cf. roba = nostrum 'Raub'. (etiam Behaghel, Germ. 23 p. 272); ceterum etiam Latino verbo synonymo 'iuba' (cf. Lydi testimonium) ista mutatio generis sublevari potuit. Cum autem 'tufa' significet iubam vel λοφιάν, manifestum est illud signum Romanorum, quod Vegetius nominat tufam, fuisse vexillum e fasciculo plumarum vel cristarum vel similis materiae, quae in scipione vel hasta figebatur, composito.

12. ad C. Gl. L. 2, 28, 40: **bandum:** Quam vocem in Romanorum exercitibus iam usurpatam fuisse Procopii verbis colligendum est. Deducitur autem a stirpe Gothici bandwa, bandwo (Uhlenbeck Etym. Wb. d. got. Spr. p. 22) aut a Langobardico bando (cf. Paul. hist. Lang. 1, 20: *vexillum quod bandum appellant* scl. Langobardi, Bruckner Spr. d. Lang. pp. 44, 132, 184) et sensum 'signi' habet. Neutrum genus pro Germanorum feminino ana-

logia vocum 'vexillum, signum' a Romanis ei attributum esse consentaneum est.

13. ad b. Hisp. 30, 1: **aquila:** Cf. A. Köhler. act. sem. Erl. I p. 395: Qui docuit, cum 'aquila' vocis usus sententiam legionis prae se ferentis apud scriptores pedestris sermonis insolens esset neque auctor anonymus haberet, cur ab humilitate amovere orationem atque efferre ad poeticum colorem studeret, dubium an illum metonymicum usum apud gregarios milites valuisse. Quibus ego quidem plane assentior, praesertim cum similitudine usus verborum 'signum vexillum' pro numeris adhibitorum facillime accidere potuerit, ut etiam 'aquila' vox pro 'legione' usurparetur, etsi non comprobato militari sermone (technico dico) recepta est.

14. ad Amm. 17, 13, 9: **caput porci:** Nihil refert Ammianum praebere caput porci, Vegetium caput porcinum, quoniam apparet formam utramque usitatam fuisse. Id vero maxime interest hoc quidem loco duo verba ad eandem rem significandam adhibita, et terminum technicum et castrense nomen a gregariis excogitatum, firmis testimoniis servata esse: ille erat cuneus, quo termino iam Cato de re militari fr. 11 J. (Fest. p. 344 M.) usus erat, hoc caput porci vel porcinum. Res ipsa Vegetii descriptione optime explanatur.[1]

15. ad Veg. 3, 19: **drungus:** Illae catervae quae a sua acie separatae vago superventu incursabant iam Catonis aetate (cf. fr. 11 J.) proprie dicebantur globi (cf. etiam Gell. 10, 9, 1) idemque Vegetii quoque temporibus proprius fuit terminus cf. Veg. p. 105, 15 L^2: *globus .. dicitur .. qui ..* 'Drungus' autem vocem Vopiscus adhibet illo uno loco ad catervas barbarorum omnino ostendendas, Vegetius bis ad certam formam acie significandam, globum dico. Neque vero, etiamsi duobus locis de hostium manibus loquitur, opinari necesse est hunc 'drungi' verbi usum ita variasse, ut hoc quidem significaret globum hostium, 'globi' voce ipsa illum globum iam a Catone memoratum et tunc etiam in Romanorum exercitu usitatum. Nam rem ipsam loco utroque eandem (i. e. eundem globum) esse intellegendam satis apparet verbis, quibus utitur (cf. descriptionem Romanorum globi 3, 19 p. 105, 5: '*globus dicitur, qui a sua acie separatus vago superventu incursat inimicos*' et hostium globum ibid. p. 104/5: '*a vagantibus globis quos dicunt drungos* vel 3, 17 p. 102, 11: '*globus hostium separatus*'). Deinde cum primum globos commemoret, ubi dicit de hostibus, consentaneum est illis qui-

1) Ostenderim quidem hoc loco illum cuneum fuisse aciem Germanorum, quam summus deus eorum ipse homines docuisse ferebatur, eundemque a Germanis, qui Scandinaviam incolebant, vocatum esse svînfylking = aciem porcinam (inde svînfylkia = aciem porcinam struere), cf. Müllenhoff D. Alt.-kunde IV 180. Habebantne fortasse nostri quoque maiores similem vocem atque eorum fratres in septentrionibus habitantes, ita ut 'caput porci(num)' forsitan versio Germanicae intellegi queat?

dem locis alterum huius instituti nomen addidisse, paucis versibus infra, ubi duci (i. e. Romano duci) globum omnino describit, omisisse. Itaque etiam illa interpretatio '*drungos hoc est globos hostium*' non ita intellegenda est, ut 'drungos' explicetur quasi 'globos hostium', sed 'drungos' quasi 'globos'. Quodsi Vegetius ad eandem rem ostendendam duas locutiones nominat, 'globus' autem terminum priscum praefert, elucet 'drungum' esse castrensem vocem, praesertim cum peregrina sit. Falso autem Miklosich (Etym. Wb. d. slav. Spr.) contendit Germanorum id esse verbum et comprobari Anglosaxonico 'drunga'. Nam primum quidem istud verbum apud Anglosaxones non reperitur (neque Sweet: Dict. of AS. neque Bosworth-Toller: AS. Dict. attulerunt); deinde, si quis putaverit cum Anglosaxonico 'þrong = caterva' coniungi id posse, prohibetur d litera latinae formae (cf. supra p. 368). Sed cum Celticarum dialectorum verbis eadem forma idemque significantibus conferre aptissime convenit (v. Stokes Urk. Sprsch. p. 157 'drungo Truppe' Holder Altk. Sprsch. I p. 1331 dru-n-go Schar Truppe). Colligere igitur par est Celticas gentes quasdam habuisse quandam formam copias constituendi Romano globo simillimam, 'drungum' nomine, idque verbum imperatoria aetate a militibus Romanis vel in bellis ipsis ex Celtis — verisimiliter Britannicis — vel in castris ex Celtis auxiliaribus ad Romanorum globum significandum, ut castrense verbum, translatum esse. Postea — non iam Vegetii temporibus — etiam usitato sermone militari exceptum esse veri simillimum est. Apud Byzantinos enim constans terminus est, quo certus numerus drungarii imperio rectus vocabatur: cf. Leon. Tact. 13, 3: κατὰ δρούγγους καὶ τούρμας, in glossis iuris δρουγγάριος· χιλίαρχος. Postremo — ut concludendum est, cum etiam illi numeri non iam δροῦγγοι appellabantur — apud illos 'δρουγγάριος' voci omnino sensus praefecti maiorum ordinum attributus est, id quod intellegitur nominibus dignitatum δρουγγαρίου τῆς βίγλης vel τῶν πλωίμων vel τοῦ βασιλικοῦ στόλου (cf. Reiskii comm. ad Const. Porph. de caerem. p. 76, Fabroti gloss. ad Georg. Cedrin. p. 901 edit. Bonn.). Denique ex Byzantinis Slavi repetiverunt formam drągari; cf. Miklosich l. l.

16. ad Paul. ex Fest. p. 24, 1 M: **muli Mariani:** Si diligenter testimonia huius locutionis deliberaverimus, id confitendum est mulos Marianos Plutarchum illum quidem intellegere homines magnos labores aequis animis perferentes, Paulum p. 24, 1 et 148, 6 illas furculas ipsas, quas Plautus aerumnulas appellaverit. Apud Festum cum traditum sit non 'instituti', sed 'a C. Mari instituto', id testimonium quoniam ad sententiam utramque convenit, ad rem diiudicandam nullius est momenti. Frontini autem verba illa '*unde et proverbium tractum est*' brevia atque ambigua sunt, sed 'proverbium' voce acri et subtili iudicio comprehensa sententia a Plutarcho subiecta ostendi mihi videtur. Cum autem non sit, cur dubitetur, quin Paulus Festi i. e. Verri Flacci sententiam loco utroque recte

tradiderit, cum praesertim locus uterque Paulianus consentiat, haud iniquum est concludere primo quidem furculas illas esse nominatas a militibus per ludibrium 'mulos Marianos', postea — certo iam primo saeculo p. Chr. exeunte testibus Plutarcho et fortasse Frontino quoque, aequalibus aetate — nomen in homines illius generis translatum fuisse (contra cf. Otto, Sprichwört. d. Römer p. 233. O. Keller, Gram. Aufsätze p. 22).

17. ad Varr. l. l. 5, 121: **cilibantum**: Hoc vocabulum ceteris in Romanorum linguae reliquiis non reperitur, siquidem iam Varronis temporibus communi sermone non usurpabatur: sed castrensi tum quidem servatum erat. Derivatur e Graeco et significat genus quoddam rotundarum mensarum fortasse eadem fere specie, quam Hesychius ostendit, cum interpretetur: κιλλίβαντες τραπεζῶν βάσεις καὶ ὑποθέματα ἢ τρισκελεῖς τράπεζαι· Graecum ullum verbum, quod eadem esset forma qua Latinum 'cilibantum', Varronem ipsum ignorasse eius verbis (scl. '*videtur declinatum a Graeco*') satis apparet. Formam cilibantum veri simile est eo ortam, quod antiquis temporibus accusativum sing. κιλλίβαντα Latini falso interpretati sunt accus. plur. gen. n. indeque deduxerunt singularem 'cilibantum'.

18. ad Varr. l. l. 5, 166: **segestre**: Quod esse Graecum στέγαστρον, id quod iam Varro coniecit, verum videtur (cf. Brugmann Grdr. I 2², 855). Si quis enim Stokes Urkelt. Sprsch. p. 289 secutus Latinum id esse atque cum Celtico 'sagum' Lettico 'sega' (= linteum stragulum) similibusque componendum censeat, terminatione -estre explicanda implicetur magna difficultate. t autem litera post s incipientem eadem dissimilatione excidit, qua in 'obsetrix' pro 'obstetrix' 'silex' ex 'scilec-s' (cf. Brugmann l. l.). Falsa autem vulgi etymologia, ut O. Keller contendit Lat. Volksetym. p. 98 (quia a 'seges' voce derivandum esse putaretur), illam formam 'segestrum segestre' ex στέγαστρον esse fictam, illud colligere eo impedimur, quod in nautarum sermone iam a prisca manifesto aetate significabat scorteum stragulum (cf. Paul. ex Fest. 70, 7 etiam C. Gl. L. II 181, 36. III 205, 48. 297, 18. 396, 25).[1]) Quod autem Varro addit verba haec: '*ut etiam nunc in castris*', fieri non potest, ut sua aetate solo castrensi sermone hanc vocem adhiberi dicat, quandoquidem etiam post eum reperitur exstare (cf. exempli causa Plin. n. h. 13, 76 Suet. Aug. 83). Sed stramenta ipso e segete facta in castris etiam tunc vocari solebant segestria (cf. Varr. l. l. *Lectica quod legebant, unde eam facerent, stramenta atque herbam, unde etiam nunc fit in castris.*'[2])

---

1) Contra confusione, vulgi etymologia excitata, mihi quidem contineri videtur forma tegestre in Ed. Diocl. (C. I. L III p. 1937) 8, 42: *de tegestribus* = περὶ σεγέστρων, 8, 42 a: *tegestre* (*tegestrae* script.) = σέγεστρον (cf. consimile exemplum *humilio nanus duerh* C. Gl. L. II 582, 5, ex *humiliamanus* recte emend. Loewe Gl. nom. p. 51). 2) Contra coniectura tantum Varronis habenda est, quod 'lucanicae' vel 'lucanae' et 'Falisci

19. ad Amm. 31, 7, 11: **barritus:** Cf. Kluge: Paul Grdr. I[2] 329 Keller Lat. Volksetym. p. 322 sq. Forma vocabuli non est 'varritus', quod Kluge contendit, sed 'barritus'. Ammiani codd., uno loco excepto (26, 7, 17), v literam exhibent. Sed Lactantii Placidi libris comprobatur lectio barritus, praecipue interpretatione adiecta: '*barritus id est barbarus ritus*'. Ceterum Ottoni Keller et Ihm (Pauly-Wissowa RE. II p. 11) hanc in sententiam astipulor: primo quidem Germanicum vocabulum 'barditus' (cf. Tac. Germ. 3) a Romanis assumptum esse ad barbarorum auxiliarium illum clamorem Martium significandum, deinde a militibus, qui illum ferocem et vastum sonum cum elephantorum clamore contenderent, per iocum ac ludum (neque enim lege grammatica assimilatio - rd - literarum facta est) in barritum mutatum; cum autem barbarorum copiae in omnibus Romani exercitus numeris magis magisque praevalerent, ille barbaricus clamor Romanorum acie omnino acceptus est indeque barritus vox omnino ad clamorem Martium significandum usurpata. Qua ex historia verbi 'barditus' id solum animum perculerit, quod barditus i. e. Tacito teste carminum relatus, quae Germani in aciem procedentes cantabant, postea sententiam illius ferocis clamoris habuerit. Sed ad hanc difficultatem amovendam sumere liceat illa prisca carmina Taciti saeculi fortasse instructa fuisse sono quibusdam spatiis temporis constanter semper recurrente, qui posteriore aetate ab illis cantilenis solutus solusque relictus ille ferox clamor Martius Germanicorum auxiliorum fieret. — De origine barditus verbi, quod verisimillime mihi quoque videtur idem esse ac nostrum 'Schildgesang', cf. Koegel Deutsche Litteraturgesch. I 18, Müllenhoff D. Altk. IV 136. Postremo quod Keller apud Indos vocem similem ac 'barrus', quandoquidem Isid. or. 12, 2, 14 refert tali nomine eos elephantem appellasse, exstare negavit, id admonendum est in illa lingua 'bṛh' vel 'barh' radicem sensum habere barriendi (cf. lex. a Böthlingk-Roth edit. V 27), a qua radice nomen *bārhas deductum fortasse olim exstitisse et aliqua ratione in Latinum esse translatum, id Isidoro nescio quo e fonte diserte testante haud absurdum est concludere. Indicum 'barhati' ipsum ad Graecos pervenisse colligendum videtur Hesychii glossa βαῤῥαχεῖν ἠχεῖν, cuius geminatam ρ literam, si quis non peregrinum id existimaverit, vereor ne explicare nequeat.

20. ad Tac. hist. 3, 50: **clavarium:** Clavarium proprie ostendit pecuniam ad clavos caligarios comparandos militibus solutam (cf. vestiarium calcearium, salarium; de clavis caligariis Plin. n. h. 9, 69). Sed cum eam pecuniam haud ita magnam fuisse manifestum sit, apparet propter tantulam summam milites inopia imminente anxios ad seditiosas voces esse adductos putari non posse. Videtur igitur

---

ventris') vocabulum ad milites refert hisce verbis: l. l. V 111: *quod fartum intestinum crassundiis Lucanicam dicunt, quod milites a Lucanis didicerint, ut quod Faleriis, Faliscum ventrem.*

illa quidem aetate (primo saeculo p. Chr.) 'clavarium' vocabulum, quod primo quidem illo angustiore erat sensu, in universum id fuisse castrense verbum, quo gregarii milites militare donativum significarent, velut Romae donativo plebei dato nomen erat 'congiarium'; propter hunc autem castrensem usum Tacitus illam interpretationem adiungit (cf. similem historiam vocabuli 'salarium').

21. ad Hyg. de mun. castr. 57: **novercae:** De sensu huius verbi cf. Rudorff: Gromatische Institutionen in Grom. Lat. II p. 270 adn. 113. Quaestio est, militumne sit vox an gromaticorum. Si ingenium totius scripti, quo solae gromaticorum tractantur quaestiones, consideraverimus, aequum videbitur iudicare illum gromaticum, qui in cap. 45 non sine gaudio legentes certiores facit, quantum intersit inter ipsum et priores 'auctores' i. e. collegas suos, 'prioribus' verbo hic quoque gromaticos ostendere priores. Itaque iudicaverim 'novercas' esse gromaticorum terminum technicum.

22. ad Plin. n. h. 4, 97: **Glaesaria:** De situ huius insulae, de aetate Glaesariae nominis de ipso 'glesi' verbo cf. Müllenhoff Deutsche Ak. I 482. Militiae dativus est auctoris, quem usum Plin. frequentat cf. l. l. *nostris dicta,* 5, 28: *appellata Callimacho.* Burcanas autem insulas ipsis a militibus similiter esse vocatas 'Fabarias', qui totum contextum illorum Plinii verborum secum computaverit, non sine aliqua specie verisimilitudinis sumere posse concedo; sed cum duobus locis (4, 97 et 18, 121) ille quidem non diserte ad milites nomen rettulerit, ut in exemplo Glaesariae, sed bis 'nostris' modo scripserit, audacis esse mihi videtur id sic compertum habere, ut Müllenhoff l. l. p. 482.

23. ad Suet. Claud. 1: **Castra Scelerata:** Milites illis castris aestivis, ubi imperator ab omnibus dilectus a. 9 a. Chr. mortuus est, Scelerata nomen dedisse ipsam propter caritatem exercitus ego quidem pro certo habuerim. De situ eius loci cf. Mommsen R. G. V[3] p. 27 adn. Simili modo ex Tulliae scelere, ut fama erat, Romae esse vocatus dicitur Sceleratus vicus (cf. Liv. 1, 48, 7 Fest. 333, 32 M.), e virginibus Vestalibus ibi vivis defossis Sceleratus campus (Fest. 333, 22 M.), e Fabiorum ad Cremeram flumen profectione Scelerata porta (Fest. 334, 2 M.).

24. ad Lact. Plac. in Stat. Theb. 12, 64: **strava:** Apud Iordanem propter 'concelebrant' vocem fieri non potest quin festum quoddam, quale est convivium sepulcrale, ostendatur. Apud scholiastam autem Statii verba '**quae** strabas dicunt' hanc tantum in sententiam interpretari licet, ut strava vocentur exuvia in pyram exstructa. Ergo quoniam contextu Iordanis verborum ipso Lactantius, si ex eius opere hausisset, nequaquam impelli potuit, ut illum sensum vocabulo subiceret, Mommseni coniectura, qui Iordan. edit. p. XLV et 198 adnotavit Lactantium illo loco hoc scriptore usum esse, reicienda est. Qualis vero error Iordanis loco oriri potuerit, glossariis illustratur. Namque horum interpretationem tumulum sepulcrum

illius verbis 'tumulum quam ipsi appellant' falso intellectis falsoque consociatis insinuasse, quod duo loci ad verbum et ad casum conspirant, mihi persuasi. Quae cum ita sint, falso iudicare mihi videtur Miklosich (Gramm. d. slav. Spr. II p. 6, Etym. Wb. d. slav. Spr. ad h. v.) e Slavorum lingua petitum esse 'strava' et significare proprie cibum, inde convivium sepulcrale. Facile enim percipi potest e sensu 'struis exuviorum in rogum factae' (sic apud Lactantium) evadere sententiam convivii sepulcralis (sic apud Lactantium), ex hac autem illum esse factum prorsus negandum est. Recte vero iam Iacobus Grimm (Kl. Schrift. II 239) strava fem. gen. a Gothico straujan derivavit. 'Strava' igitur puto originitus actum exstruendi rogum ostendisse, deinde teste scholiasta Statii ipsam struem rogi ex exuviis factam; hoc sensu praeditum e Germanica gente aliqua castrensi verisimillime usu Romanis id traditum fuisse, Hunnis autem a Gothis, cum apud eos iam convivium sepulcrale significaret. Denique festos dies ab actionibus in iis factis nominatos esse similiter atque convivium sepulcrale ab exstructione rogi, neminem esse credo, quin exemplis e nostro sermone sumptis confirmet.

25. ad Varr. l. l. 6, 68: **io triumphe**: Hanc exclamationem fuisse clausulam sollemnem triumphalium carminum vel stropharum, id quod Teuffel R. L.-G⁵. § 84 contendit, testimoniis colligere audacis neque e re esse puto, immo vero omnes loci testantur sensum exclamationis militum indeque etiam vulgi triumphum spectantis ab illis versibus solutae. Quid autem sit hoc verbum, quamvis multi viri docti studuerint, explicatum non est. Nam e Graecis id petitum atque idem esse ac τρίομφος, id quod Stowasser Dunkle Wörter p. 12 pro certo habet et A. Sonny Arch. VIII p. 132 denuo defendit, ideo negitandum est, quod, ut Birt Arch. XI 194 recte observat, talem exclamationem, quae iam in prisco et sacro et vere Romano carmine Arvali legitur (hac de re tacet Stowasser), e peregrina lingua ductam esse ineptum est concludere. Eadem de causa atque adeo propter magnas difficultates formae mutatae fieri non potest, ut e Graeco θρίαμβος derivetur (quod nuper denuo O. Keller Lat. Volksetym. p. 113 ostendere studuit). Quod autem Birtius ipse interpretari conatur: triumpe e 'triumpes = je dreimal ein Fuss', vel ea causa haud ita verisimile videtur, quia in ceteris versibus carminis Arvalis s litera finalis reservatur — praesertim cum in 'pes' vocabulo illa s ex geminata orta sit, cf. Leo Plaut. Forsch. p. 256. Deinde qui formam et sensum explanationis 'triumpes = je dreimal ein Fuss' vel 'tri-un-pes, quod pro '*tri-unus-pes' extare dicitur, accurate examinaverit, ei tale verbum suppositum monstrum esse videatur. Nam prima pars tri- nequaquam significat in verbis compositis 'je dreimal' aut saltem 'je drei', id quod ipsa exempla ab eo citata teruncius triangulum triennium optime demonstrant (spatium tres annos continens sim.). Tum proprietate et ingenio Latinae linguae ista cogitandi et dicendi ratio omnino impeditur; Romanus enim dicit, ut nostra lingua utar, non 'je dreimal

ein Fuss (tri-unus-pes!)', sed 'dreimal je ein Fuss', quae difficultas nullo modo amoveri potest. Ceterum Birt formam *tri-uno-pes in *tri-uni-pes et *triumpes mutandam supponere debuit. Quibus de causis verbi explicationem novissimam reiciendam esse credo atque, ut ipse etymologiam veram constituere non ausim, ita rectius esse existimo profiteri originem talis prisci verbi, ut multorum et ad res divinas pertinentium, nescire quam falsa coniectare. — Contra tametsi illam Birtii interpretationem refutavi, eo verisimilior haec mihi videtur eius opinio: Arvalium fatrum illam exclamationem etiam sacerdotum Martis Saliorum fuisse indeque militarem clamorem triumphalem evasisse.

26. ad Plut. Marc. 8: **feri**: Optime illustrantur, quae Plutarchus prodidit, acclamationibus militum in glandibus plumbeis inscriptis: *feri Pompeium,* similibus cf. supra p. 362 sq.

Quoniam autem de interiectionibus militaribus hoc loco dicere mihi proposui, liceat nunc quidem pauca addere de clamore a militibus ante pugnam sublato. Ac posterioribus temporibus, utique medio saeculo quarto, etiam Romanis legionibus Germanorum auxiliarium barritum (i. e. barditum) tolli solitum fuisse supra p. 372 exposui. Priore autem aetate non certus atque constans clamor, qualis in nostris exercitibus, videtur fuisse, sed ante proelium unumquodque signum quoddam[1]) hac de re convenisse. Quod Cassii Dionis 37, 4, 4 B. pro certo concluserim: πολλοὺς (scl. barbaros) ἐφόνευσαν ἑκάτεροι καὶ ἑτέρους ἐς τὰς ὕλας καταφυγόντας κατέπρησαν 'ἰὼ Κρόνια Κρόνια' πρὸς τὴν ἐπίθεσίν σφων τὴν τότε γενομένην ἐπιλέγοντες (scl. Pompei milites a. 65 a. Chr.). Locutione τὴν τότε γενομένην apparet verba, quae impetum facientes exclamare consueverant, in singularibus proeliis variasse, id est: prout ante signum datum erat. Quam in sententiam intellegenda esse putaverim illa quoque signa, quae ante proelia bellis civilibus commissa utrisque data esse rerum scriptores quidam prodiderunt: bell. Afr. 83: Caesarem ante pugnam Thapsitanam dedisse signum Felicitatis, ante Pharsalicam eundem Veneris victricis, Pompeium Magnum Herculis invicti App. b. c. II 77, ante Mundensem illum iterum Veneris, Pompeium filium Pietatis App. b. c. II 104, ante Philippensem Octavianum Apollinis Val. Max. 1, 5, 7 [Plut. Brut. 24].[2])

1) Signum omnino habere sensum 'vocis cuiusdam in proelio conclamatae' i. e. 'clamoris bellici' satis apparet his locis: Veg. 3, 5 p. 73, 14 L[2]: *Vocalia* (sc. signa) *dicuntur, quae voce humana pronuntiantur, sicut in vigiliis vel in proelio pro signo dicitur 'palma virtus q. s.'* Amm. 19, 11, 10: *quidam* (scil. e Sarmatis Limigantibus) *'marha marha', quod est apud eos signum bellicum, exclamavit.*

2) Haec quidem sunt eo proprio ac genuino sensu, qui subest nostro verbo Feldgeschrei (qua de deliberatione Gundermann me commonefecit. cf. Grimm, D. Wb., imprimis G. Köhler, Kriegswesen d. Ritterzeit (1877) III 2 p. 342). Secernenda sunt ea signa, quae excubiarum causa dabantur et nostra consuetudine nominantur 'Parole, Losung'.

Postremo admoneam Sarmatarum (Limigantium) signum bellicum, quod quarto saeculo item in Romanis sonabat: marha marha (Amm. 19, 11, 10 cf. supra p. 375 adn.).

27. ad Paul. ex Fest. p. 91, 9 M: **fraxare**: Quod vocabulum iam A. Vaniček Griech.-Lat. Wörterbuch (1877) p. 615 ut intensivum recte coniunxisse mihi videtur cum radice verborum 'frequentare, farcire', Graeci φράccειν, ita ut genuina vis fraxare vocis derivatae a formis suppositis *fractus *fractare non longe absit a significatione frequentandi. Quae res si ita se habet, 'flaxare' forma glossis tradita proprietate pronuntiationis, qua posteri librarii r et l elementa confundebant (cf. Ernesti Weissbrodt: de R et L conson. lit. mutua ratione praecipue e gloss. illustranda in Comm. philol. Ien. VI 145—194) aut iam gregarii milites adducti analogia 'flectere' vocabuli, ad cuius vim satis prope accedebat, 'fraxare' verbum in 'flaxare' mutaverunt.

29. ad Veg. 3, 25: **campum colligere**: Terminus fuit 'spolia capere', quem Vegetius ipse adiungit, vel 'spolia legere' (cf. Marquardt-Domaszewski: R. St. Vw. II^2 p. 579 adn. 10).

31. ad Caes. b. G. 7, 73: **materiari**: Hoc uno loco tota latinitate, similiter ac copiari, quod apud Gellium solum servatum est. Manifestum vero eum scriptorem, qui in libro de analogia constituit (cf. Gell. 1, 40, 4) '*tamquam scopulum, sic fugias inauditum atque insolens verbum*' illam locutionem diuturna in militibus consuetudine compulsum ex castrensi sermone hausisse (cf. etiam Wölfflin Arch. VIII, 614).

32. ad b. Hisp. 3, 7: **vigiles**: Cf. A. Köhler act. sem. Erl. p. 407 sq. Hanc vocem cum auctor b. H. et Hirtius pro substantivo vigiliae usurpaverint, Caesar nunquam, Cicero semel atque id concinnitate excusetur (Verr. 2, 4, 43: '*Clamor a vigilibus fanique custodibus tollitur*'), verisimiliter gregariorum fuisse usus propriam Köhleri disputatione deliberata mihi persuasi. Ceterum hoc loco addam de nonnullis verbis, quae castrensia ille duxit esse, me quidem dissentire atque silentio ea praeterire.

Huius generis illa adicio: Suet. Cal. 56 Priapus, Venus cf. Cass. Dion. 59, 29, 2: Πόθος Ἀφροδίτη; Suet. Cal. 58: Iuppiter; Suet. Claud. 42: Ἄνδρ' ἀπομύναcθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ (Ω 369 π 72 φ 133) cf. etiam Cass. Dion. 60, 16, 7; Suet. Ner. 9: optima mater; Capitol. Pius 12, 6: aequanimitas, cf. eiusd. Marc. Aur. 7, 3; Capitol. Pert. 5, 7: militemus, cf. etiam Spart. Sev. 23, 4; ibid.: laboremus; Veg. 3, 5 p. 73, 14 L^2: victoria, palma, virtus, Deus nobiscum, triumphus imperatoris. Sed in his etiam signa bellica sunt, ut Vegetii ipsius verbis apparet (cf. supra p. 375 adn 1.), quale certo quidem Deus nobiscum fuit, cum a Byzantinis acceptum sit cf. Maur. 2, 17 p. 72 Sch. τὸ νοβίcκουμ, p. 73: νοβίcκουμ Δέουc. De eodem more in pugnis medii aevi frequentato etiam in occidente cf. G. Köhler l. l.; Ducangii lex. tom. X (1887) diss. XI. — Ceterum videmus exemplis collatis deorum vel heroum nomina ut signa bellica antiquis temporibus item adhibita fuisse sicut medio aevo dei vel sanctorum.

33. ad Non. p. 26, 3 Mü: **tenebrio:** Historiam huius vocabuli eam esse arbritror, ut initio tenebrio vocatus sit militari cavillatione, qui ad militiam detrectandam tenebris i. e. latebris se occulebat, deinde demum translatum sit nomen ad eum appellandum, qui tergiversabatur, ut causam vel aliam rem effugeret.

34. ad schol. in Iuv. sat. 14, 305: **sparteoli:** Quod nomen eo excepi, quod in urbe non magis vulgus quam ceteros milites Romae locatos id vigilum cohortibus indidisse colligi potest. Deducitur autem a Ducangio ex vasis sparteis pice illitis et ad exstinguendas flammas usurpatis (cf. Marquardt - Domaszewski St. Vw. II p. 484 adn.6). Vulgari sermone postea quasi genuinum nomen frequentatum esse id signum Tertulliani verbis cognoscitur.

35. ad schol. Basilic. 60, 18, 29: **bucellarii:** Cf. Mommsen Herm. XXIV 234, Seeck apud Pauly-Wissowa (III 934). Bucellarii ii appellabantur milites, qui non imperatoris iussu signa sequebantur, sed in privatorum vel ducum singularium verba sacramento adacti erant et ab iis nutriti sunt. Qua ratione quoniam a ceteris militibus condicione vitae ac militiae differebant, eos quoque illis castrensi ioco, quasi parasitarum more nihil aliud desiderarent quam sapores, imprimis genus illud panis melius a dominis praebitum, hoc nomen indidisse facile conceditur. Bucella enim est, ut Seeckii verba afferam: „der Bissen später ein kleines Weizenbrot das feiner war als die gewöhnlichen (cod. Theod. 14, 17, 5 mit der Anm. Godofreds)." Institutum autem bucellariatus est comitatus Germanorum principum a Romanis assumptus (cf. quae Mommsen et Seeck l. l. fusius eadem de re exposuerunt). Recentiore aetate ex sententia privati militis sensus parasiti voci attributus est: cf. C. Gl. L. IV 373, 43 *parasitus bucellarius adulator blanditor* (*-tur* cod.); v. IV 137, 14 V 129, 4. 317, 65. 384, 36. 472, 40. 509, 28: *parasituli bucellatarii.*

Quemadmodum existimavi sparteolorum ac bucellariorum cognomina his copiis propter singularitatem rationis ac consuetudinis, quae inter illos et proprios verosque milites intercederent, ab iis data esse, ita etiam legio, quae Caesar e Gallis (non e civibus Romanis) privato sumptu conscripsit quaeque — verisimillime ob cassidum ornatum (cf. Brambach Rh. Mus. XX [1865] p. 612) — **Alaudae** cognominata est (cf. Suet. Caes. 24; testimonia apud Holder Altkelt. Sprsch. I p. 75) a commilitonibus e civium legionibus appellata fuisse mihi videtur. Nam per iocum hoc nomen initio quidem adhibitum fuisse iam Cichorius apud Pauly-Wissowa (I 1295) exposuit, quoniam Cicero iocaliter eo utitur (ad. Att. 16, 8, 2 Philipp. 1, 9, 20. 5, 5, 12. 13, 2, 3. 18, 37) et in nonnullis inscriptionibus (C. I. L. III 6824. 6825. 6828) haec legio reapse quinta Gallica modo vocatur omisso cognomine 'Alaudae'. Quod si ita se habet, veri simillimum videtur civium Romanorum legiones peregrinis commilitonibus propter novitatem et singularitatem illius dilectus tale signum indidisse, quod postea sollemne et perpetuum cognomen legionis factum est.

36. ad Lampr. Alex. Sev. 61, 3: **scurra**: Vocem locis laudatis notione stipatoris, corporis custodis esse accipiendam Salmasius ad h. l. lucidissime exposuit. Origo autem mea quidem sententia optime ad ceteros milites, qui non tam familiariter imperatore utebantur quam illi, refertur. Ceterum conferantur historiolae supra n. 113 et 114.

37. ad C. Gl. L. IV 534, 37: **hornatores**: Huius testimonii causa coniecerim Germanicum 'horn' verbum in castrensem Romanorum sermonem iam inductum fuisse; unde hornatores secundum aeneatores et bucinatores dicti.

38. ad Fest p. 158, 27 M: **muger**: Quod O. Müller arbitratus est e 'castrensibus' corruptum 'castrensium' esse, praesertim cum forma eiusdem terminationis 'hominibus' subsequatur, nequaquam probabile mihi videtur; immo putaverim aliquid excidisse post 'castrensium' et proposuerim 'morum'. — Consocianda autem est 'muger' vox cum stirpe (Osci) verbi mufrius = fraudator (Petr. 58), cf. Brugmann Grundr. I² p. 602, 604.

39. ad Paul. e Fest. p. 45, 16 M: **căcula**: cf. Heraeus Arch. X 508. Hanc vocem, quod tam raro apud scriptores (atque eos comicos poetas, cf. Heraei adnotationes), saepius autem in glossariis [in quibus etiam '*caculabor* (scl. pro *iaculabor* vel *iani labor* Deuerling) *serviam dictum a caculis* (pro '*iaculis*' vel '*calculis*' codicum) *qui sunt militares* C. Gl. L. V 29, 6. 75, 2. 110, 33 cf. etiam VI 159], eo concludi potest plebis vel potius gregariorum militum fuisse propriam. Stirpem autem communem habet cum Celtico *cacljos = servus (Hibernio 'cele' = servus) cf. Stokes Urk. Sprsch. p. 66. A cacula autem praeter illud caculari derivatum est etiam 'caculatum' = servitium (cf. Paul. ex Fest. p. 46, 14 M.). Primitivum vero vocabulum horum omnium, quod nescio an non militare sed castrense esse existimari debeat, in laterculo cohortium vigilium Romanorum C. I. L. VI 1058, 7, 15 (p. 207) servatum est: *cacus M. Sattius Felix.* Quo loco cum 'cacus' media in serie munerum militarium nominetur, iam Kellermann Vigil. Rom. laterc. p. 17 recte, puto, iudicavit cacum vim caculae habere itemque compendium C P C, quod in altero laterculo legitur (C. I. L. VI 1057, 4, 11. p. 203 CPC M SATTIVS FELIX) explicandum esse verbis 'cacus praefecti cohortium' illumque M. Sattium Felicem eundem esse utroque in lapide. Veri simile videtur ab eadem stirpe etiam 'cacurius' verbum esse deducendum, quod Borghesi coniecit (cf. C. I. L. XI 1039: *Faustus lib*(ertus) *et Hilarus cacurius,* v. adnot. Bormanni ad h. l.).[1]

---

1) Haesito cum qua sint origine tum castrensi omnino sermoni an priscae tantum latinitati tribuenda haec verba:

tituli: Paul. ex Fest. p. 366, 9 M: *tituli milites appellantur quasi tutuli, quod patriam tuerentur; unde et Titi praenomen ortum est.*

Metalli: ibid. p. 147, 18 M: *metalli dicuntur in re militari quasi mercenarii. Accius in annalibus: Calones famulique metallique caculaeque.*

40. ad Veg. 1, 10: **galearius galearea**: Cf. Heraeus Arch. X 507. Schlutter ibid 205. Galearea forma castrensis secundum analogiam 'caculae lixae' ficta est (v. Heraeus l. l.). 'Galeareus' primo fuit, qui militi vel duci galeam portare solebat; inde vox paulatim ad sententiam armiferi aut satellitis ducis et ministri militis pervenit et denique bucellarii i. e. manifesto illius minoris ordinis bucellarii, quem Byzantini ὑπασπιστὴν vocabant (cf. Seeck bucellarii l. l. p. 938). Vegetii aetate castrense verbum pro termino 'calo' fuisse videtur, quae vis haud longe abest a sententia ministri militis (cf. eandem significationem in C. Gl. L. VI 169). Postremo sicut militari usu 'lixa' evasit 'servus militis' (C. Gl. L. IV 110, 17 V 369, 52), ita 'galearius' vox sensum lixae accepit. cf. C. Gl. L. IV 414, 55 *lixa galiaria vel chorus militum* V 370, 41 *lixa galcaria.*[1])

41. ad schol. in Pers. 5, 138: **baro**: De historia eius verbi cf. Heraeus Spr. d. Petr. p. 11. Usus castrensis id est proprium, quod verbum initio sensu stolidi (Tölpel) instructum fiebat appellativum ad servum militis nominandum.

42. ad C. Gl. L. V 475, 44: **primivirgius**: Cf. A. Funk Arch. VIII 384, Landgraf IX 409: Qui demonstravit proprie significare eam vocem primum lictorem hisce testibus glossis ex herm. Montep., quae inscriptae sunt 'de magistratibus': C. Gl. L. III 297, 69: ῥαβδοῦκος *lictor virgarius,* 70: ἀρκιραβδοῦκος *primivirgius,* 71: πρωτοδέκανος *primus virgariorum.* Deinde verbum ad caballarium militis equestris vel ducis ostendendum per iocum ac ludum castrensem adhibitum est 'propter usum virgae equestris' (Landgraf).

43. ad Amm. 15, 12, 3 **murcus**: Jordan excepit editione sua coniecturam veterem 'iocaliter'. Quod vocabulum, quamquam alias quidem non est servatum, Ammianum a 'ioco' secundum analogiam locus-localis, rogus-rogalis, rivus-rivalis similium facile sibi formare potuisse, qui singularitatem stili illius consideraverit, sine dubio concesserit; L et I elementa a librariis immutari, ut exemplum afferam, optime confirmatur Suet. Cal. 9, p. 122, 26 R. lectione 'loco' pro 'ioco'. E 'localiter' autem scriptura codd. tradita omnibus causis consideratis et contextu toto reputato sententiam convenientem enucleare nequivi. Contra 'iocaliter', praeterquam quod consentaneum est desertores iocis et conviciis corripi (cf. tenebrionem), aptissime convenit vel ambiguitate 'murcos' vocis, quia et nomen

---

Maxime dubia, quae profert O. Keller: Lat. Volksetym. 107. — Non praetermiserim Mommseno videri 'caligas' notione militum gregariorum esse sumendos in inscriptione militari C. I. L. VI 3053: *(centuria) Patroili Q. G. ... Ninus mile(s) sabaciarius oleum in caligas sine querella mese suo omnia tuta* (cf. illum ad 3038 ibid.).

1) Videtur 'galearius' (an galearia?) iam Domitiani aetate calonem ostendisse; nam documenta militaria a Nicole et Morel modo publicata (Archives militaires du Ier siècle Genève 1900) V, III 8 exhibent verbum adhuc ignotum 'galeariatu(s)', quod Morel p. 28 Vegetio teste usus interpretatur 'train ou le parc du train'.

proprium est et idem valet ac 'mutilum truncatum curtum' (cf. infra ambiguitatem verbi 'germanis' Vell. Pat. 2, 67, 4). Hac de vi 'murcum' vocabuli vide Loewe Prodr. p. 283, C. Gl. L. VI 718.[1]) Coniungendum autem est cum 'marcere' sicut 'uncus' cum 'ancus'. Idem vero usus timore imminentis militiae pollicem praecidendi iam Augusti aetate valebat, qui ea de causa equitem Romanum una cum filiis ipsum bonaque subiecit hastae (Suet. Aug. 24). Item posteriores imperatores graves poenas constituerunt, cf. Cod. Theod. 7, 22, 1. 13, 4. 13, 5. 13, 10. Apte disseruit ac testimonia congessit Godofredus in cod. Theod. edit. vol. II 375 sq. (383 et 440). Imprimis autem id attenderis in illis legibus cod. Theod. 'murci' nomen ipsum nunquam adhiberi, quamquam ab Ammiano Valentiniani iam temporibus, quo regnante leges Cod. Theod. 7, 13, 4 et 5 promulgatae sunt, usurpatum est.

44. ad Plin. n. h. praef. 1: **conterraneus**: Cum Plinius Comensis Veronensem Catullum 'conterraneum' castrensi vocabulo appellet, hoc nomen ad eos quadrat, qui omnino ex eadem provincia oriundi sunt. Hoc loco breviter admonere licet abundare sermonem militarem nominibus, quibus societas militum significatur, velut coarmio[2]), commanipulo, commanipulator (Arch. II 271), comanuculus (C. I. L. X 1775) = commanipulus, commanicularius (C. I. L. VI 2625) = commanipularis, commilito, commilitaneus (Arch. II, 271), compar (b. Hisp. 23, 5 A. Köhler l. l. p. 408), concibo (C. I. L. VIII 9060), conterraneus, contiro, contubernalis, conturmalis, conveteranus. Nonnulla horum verborum quae rarissima reperiuntur, fortasse gregalium modo militum sunt, imprimis substantivorum in -o exeuntium: [coarmio] commanipulo concibo, item commanuculus commanicularius.

45. ad C. Gl. L. V 501, 29: **focaria**: Proprie quidem focaria omnino appellabatur ancilla culinaria, sed castrensi consuetudine 'concubinae militis' sententia voci attributa est, certo quidem iam Severorum aetate. Testimoniis e glossariis haustis, quibus focariae uxores militum (non meretrices) nominentur, illa, quae B. Kübler Arch. X p. 449 de condicione focariarum contra Paulum Meyer: der röm. Concubinat defendit, comprobantur.

46. ad Capit. Max. 28, 8: **caliga Maximini**: Historiolam, quam Iulius Cordus de calciamento Maximini senioris in luco inter Aquileiam et Arciam posito rettulit, ad proverbium iam usurpatum explicandum usitatissimo more inventam esse pro certo haberi potest (cf. historiolam ad proverbium de prospectu et umbra asini illustrandum apud Apul. met. 9, 42 fictam). Neque vero apud milites, in quibus Maximinus totam fere vitam agebat, id ortum esse primum indeque propagatum fuisse infitias eam. De sensu proverbii Otto: Sprichwörter p. 215 adn. apte ostendit Graecum ἄνους ὁ μακρός.

1) Item Ducangii lex. 2) Nescio an hoc quidem gladiatorum modo sit, siquidem ad gladiatorem illud unum testimonium huius vocabuli: Orelli inscr. n. 2571 pertinet.

47—51. ad Liv. 2, 60, 3 sqq. testimonia: **parens pater patronus:** Exempla a Livio allata, quae quidem ad tempora nimis obscura pertineant, per se nihil valent; sed quia satis apparet illum morem nomina familiaria quibusdam ducibus dandi eum e posteriore et certiore aetate transtulisse in priorem, neglegi non debent, praesertim cum et inscriptione una et certo exemplo Taciti annalibus tradito illa res comprobetur.

52. ad Cap. Gord. 31, 6: **filius militum:** Similiter (non militibus ipsis auctoribus) Caligula assumpsit castrorum filii et patris exercituum cognomenta (Suet. Cal. 22). Item antiquam consuetudinem castrensem imitatus, Caracalla patrem militum publice se nominasse videtur (cf. C. I. L. II 4676 cum Hübneri adn.).

53. Treb. Poll. trig. tyr. 6, 3: **mater castrorum:** Milites cum id cognomen Victoriae darent, minus illi prisco mori militari se applicuerunt quam usum secuti sunt, quem iam antea coniuges imperatorum exercuerant ab altera dimidia parte saeculi secundi. Prima enim Faustina Aurelii uxor illud cognomentum publice assumpsit. cf. Cass. Dio. 71, 10, Capit. Marc. Aur. 26, 8 [C. I. L. 14, 40], Orelli inscr. 866; deinde Severorum familiae mulieres Iulia Domna: C. I. L. 8, 1616. 4197. 8455. passim, Mamea: 2, 3413. 3393 passim, Maesa 8, 2564 (hoc uno loco repperi); tum Marcia Otacilia Philippi coniux 8, 8323. 10077 alias; Herennia Etruscilla Decii 3, 4011. 9, 4056; Solonina Gallieni 5, 857 (hoc uno loco repperi); Ulpia Severina Aureliani 5, 29 (item); Magnia Urbica Carini 2, 3394. 8, 2384. Ab Diocletiani aetate nunquam hic titulus reperitur.

54—55. ad Gell. 2, 11, 1 sq. testimonium: **Achilles:** Verum nomen huius fortis viri L. Siccium Dentatum fuisse omnibus locis collectis ac pertractatis demonstravit Kempf edit. maioris Val. Max. (a. 1854) ad 3, 2, 24. Copiosissimum de illo testimonium omisso cognomine Achillis Plin. n. h. 7, 102 prodidit; tribunus autem plebis Sp. Tarpeio A. Aternio coss. i. e. 445 a. Chr. dicitur fuisse. Occii autem eiusque facinorum illo solo loco Valeriano mentio fit. Militavit Valerio teste legatus in Hispania Q. Metello consule, id est Q. Caecilio Metello, qui a. 143 a. Chr. n. in Hispaniam consul profectus est.

56. ad Tac. ann. 1, 23: **Cedo alteram:** Quantum indagavi, hoc quidem est unum exemplum Romanum huius tam plebei moris cognomina dandi.[1]) Illo de usu vitis cf. Marquardt-Domaszewski R. Stverwalt. II p. 374 sq.

57. ad Tac. ann. 1, 23: **Sirpicus:** Ut Orelli, ego quoque puto Sirpici cognomen illum centurionem a militibus per iocum accepisse, et coniecerim eo fortasse, quod semper sirpis i. e. laserpicii genere

---

1) Similiter ab usu baculi fortasse vocatum esse P. Sextium Baculum primipili centurionem coniectum est Onomastici vol. I p. 657 (cf. Caes. b. G. 2, 25, 1. 3, 5, 2. 6, 38, 1).

uteretur (cf. Hehn Kulturpflanzen u. Haustiere[6] p. 189). Praeter hunc locum cognomen in inscriptione Africana (i. e. laserpicii patriae) C. I. L. VIII 6167 repperi.

58. ad Tac. ann. 2, 9: **Flavus**: Priusquam Orellii commentarium inspexi, iam suspicionem habui Flavi cognomine Arminii fratrem, qui — ut Taciti verbis concludi potest — in Romanorum exercitibus degebat, in castris a milite propter capilli colorem appellatum esse, cf. v. Domaszewski Neue Heidelb. JJ. III (1893) p. 197 adn. 20. Taciti verba, etsi breviora sunt quam ut ad liquidum res perducatur, tamen eiusmodi interpretationi, qua miles nominis auctor existimetur, nequaquam obstant. Sed quod ipse admoneo, coniectura tantum haec est.

60. ad Tac. ann. 1, 41: **Caligula**: C. Caesarem illud cognomen esse convicium duxisse, quin etiam centurionem, qui hoc opprobraverat ei, poena affecisse Seneca const. sapient. 18 tradidit. Neque igitur ullo in monumento publico reperitur. Attamen hoc castrense vocabulum usitatissimum imperatoris nomen fiebat. — Eodem modo etiam 'Caracallae' cognomen in inscriptionibus nusquam legitur, quod cognomentum e genere quodam vestimenti a se invento aut potius mutato et postea Antoniniana appellato Antonius accepit. Milites autem hoc ei ioco castrensi dedisse dubium an Cassii Dionis illius temporibus aequalis scriptoris verbis concludere videtur licere cf. 78, 3, 3: χλαμύδα τέ τοτε μὲν ὁλοπόρφυρον, τοτὲ δὲ μεσόλευκον, ἔστι δ' ὅτε καὶ μεσοπόρφυρον ὥσπερ καὶ ἐγὼ εἶδον ἐφόρει· ἐν γὰρ τῇ Συρίᾳ τῇ τὲ Μεσοποταμίᾳ Κελτικοῖς καὶ ἐσθήμασι καὶ ὑποδήμασιν ἐχρήσατο. καί τινα ἰδίαν ἔνδυσιν βαρβαρικῶς πως κατακόπτων καὶ συῤῥάπτων ἐς μανδύης τρόπον προσεπεξεῦρεν καὶ αὐτός τε συνεχέστατα αὐτὴν ἐνέδυνεν, ὥστε καὶ Καράκαλλος διὰ τοῦτ' ἐπικληθῆναι καὶ τοὺς στρατιώτας μάλιστα ἀμφιέννυσθαι ἐκέλευσεν. Tali enim iusso, quo milites vestem ab imperatore ipso compositam induere coacti sunt, ad cavillandum eos esse lacessitos nemo est, quin 'Caligulae' nominis exemplo permotus concedat. Attamen ceteri scriptores uno consensu disertissime tradunt, quia plebi urbanae caracallas largitus esset, eum vocatum esse Caracallam. Spart. Sev. 21, 11 Carac. 9, 7 Hieron. chron. a. 2229 Aur. Vict. Caes. 21, 1 epit. 21, 2 Iord. Rom. 277 (congessit testimonia Holder Altkelt. Sprachsch. I 763). Qua de causa, quamvis his de rebus illis posterioribus scriptoribus etiam consentientibus prorsus confidi nequire exemplum quod sequitur doceat, tamen illam coniecturam aequalis scriptoris auctoritate fundatam in quaestionem modo vocaverim, non certam esse putaverim.

61. Lampr. Alex. Sev. 12, 4: **Severus**: M. Aurelius Alexander cum iam anno 222 p. Chr. n. imperator factus Severi cognomen sumpserit, quippe qui per adoptionem Severorum familiae esset, falsa sunt, quae Lampridius et Victor prodiderunt. Nam tunc tenerioris erat aetatis quam ut exemplum talis contra militum ferociam

constantiae ac vigoris praestare posset. Inde non inepte iudicavit H. Schiller Gesch. d. röm. Kaiserz. I 2 p. 773 adn. etiam illarum historiolarum partem quidem quandam Severi cognomine falso intellecto ortam esse.

65—67. ad Liv. 30, 45, 6: Cognomina e gentibus devictis ducibus victoribus attributa esse primo militum acclamatione Mommsen R. St. R. III 213 brevibus verbis adnotat atque iis testimoniis, quae supra commemoravi, pro certo habendum est; sed senatus auctoritate comprobari ea debuisse Capitolini verbis elucet (cf. etiam Suet. Tib. 17 Claud. 1 med. Cass. Dion. 60, 22, Vop. Aur. 30, 4 Flor. 2, 30, 28). Quo iure senatus esse factum videtur, ut usque ad Mummium Achaicum nemo homo novus hunc assequeretur honorem (cf. Vell. Pat. 1, 13, 2. 2, 128, 2). Imperatoria quidem aetate non utique aut semper primo acclamationem exercituum factam esse, sed senatum sua sola auctoritate ac sententia talia agnomina imperatoribus attribuisse neglecto vetusto more atque usu militum ex nonnullis locis, quos modo laudavi (imprimis Suet. Tib. 17 Vop. Aur. 30, 4) satis apparet.[1])

1) Rei publicae temporibus qui quibusque nominibus huius generis ornati sint, hoc quidem loco adnotem locupletissimis testimoniis additis (tr. = triumphavit):

Privernas: L. Aemilius Mamercinus tr. a. u. 425 (v. act. triumph.).
Caudinus: L. Cornelius Lentulus tr. a. u. 479 (cf. ad act. triumph. h. a. et a. 518 Mommsen R. F. II 212 adn. 3).
Messala: M. Valerius Maximus tr. a. u. 491 (v. act. triumph.).
Africanus: P. Cornelius Scipio tr. a. u. 553 (v. fast. Capit. a. 549).
Asiaticus: L. Cornelius Scipio tr. a. u. 565 (v. fast. Capit. a. 564).
Achaicus: Mummius tr. a. u. 609 (v. Vell. 1, 13, 2.).
Macedonicus: Q. Caecilius Metellus tr. a. u. 608 (v. fast. Capit. a. 611).
Africanus: P. Cornelius Scipio Aemilianus tr. a. u. 608 (v. C. I. L. I 607).
Callaicus: D. Iunius Brutus tr. a. u. 618 (v. Vell. 2, 5, 1).
Balearicus: Q. Caecilius Metellus tr. a. u. 633 (v. act. triumph.).
Allobrogicus: Q. Fabius Maximus tr. a. u. 634 (v. Vell. 2, 10, 2).
Delmaticus: L. Caecilius Metellus tr. a. u. 637 (v. act. triumph.).
Numidicus: Q. Caecilius Metellus tr. a. u. 648 (v. act. triumph. ephem. epigr. IV 257).
Isauricus: P. Servilius tr. a. u. 666 (v. fast. Cap. 675).
Creticus: Q. Caecilius Metellus tr. a. u. 692 (v. Vell. 2, 40, 5).

Ad licentiam vero scriptorum referendum mihi videtur Aemilii Pauli cognomentum *Macedonici* (v. Flor. 1, 31, 12 Paulo Macedonico procreatum. Aurel. Vict. vir. ill. 58 Pauli Macedonici filius, Amp. 23) et Caecilii Metelli Macedonici appellatio *Celtiberici* (v. Flor. 1, 33, 10). Acquiesci posse credo testimonio Vellei (2, 9, 4) de Scipionis Aemiliani cognomine *Numantini*. C. Marcium Coriolanum ostendisse satis erit; cf. Liv. 2, 33, 5. — Omnes hi viri patriciorum fuerunt gentium exceptis Mummio, Bruto, Servilio. Imperatoria autem aetate talibus vocabulis Augusti modo et initio quidem etiam Caesares honorabantur; quem usum Cosso Cornelio Lentulo nomine *Gaetulico* et P. Sulpicio Quirinio nomine *Marmarico* indito (cf. Flor. 2, 31 Vell. 2, 116, 2) Octavianus et P. Gabinio Secundo *Cauchii* (Chaucii) cognomento concesso Claudius imperator perrupit (cf. Suet. Claud. 24).

68. ad App. Mithr. 59: **Athenio:** Regis titulum bello a servis a. 104—101 a. Chr. in Sicilia gesto Salvius assumpsit, Athenio autem erat alius dux eorum magna virtute (non rex), cuius facinora diu Romani memoria tenebant; nam, ut illi milites Sullani Fimbriam, ita Cicero Sextum Clodium P. Clodii tr. pl. amicissimum cum Athenione comparat ad Attic. 2, 12, 2.

69. ad Suet. Tib. 42: **Biberius Caldius Mero:** 'Caldius dictus non a potu caldae, sed quod mero frequenter incalesceret et caldus potator esset' Onom. II p. 6. De Tiberii vini cupiditate cf. Suet. l. l. Plin. n. h. 14, 145.

71. ad Lampr. Heliog. 17, 5: **Tiberinus Tractaticius:** Milites (cf. l. l. § 2 Aur. Vict. ep. 23, 6) interfecerunt Heliogabalum, milites per vias ac plateas tractaverunt, milites in Tiberim deiecerunt, ergo aequum est sumere eosdem ista nomina, quae ad eorum morem cognominandi prorsus conveniunt, excogitasse atque exprobrasse.

72. ad Treb. Poll. trig. tyr. 8, 3: **Mamurius Veturius:** Liceat mihi hoc loco pauca generaliter adicere, quae etiamsi ad argumenta alia pertineant, ibi tamen omisi vel omittam, ne occidam miseros crambe repetita lectores. Additum enim est a Trebellio, ut etiam a sequentibus, non disserte nominum auctores fuisse milites; sed cum isti tantuli duces per milites in imperium evecti omnes fere annos suos egerint in castris eorumque vita coniunctissime cohaeserit cum militibus, haud alienum videtur esse eorum iocularium cognominum origines ad illos referre, praesertim cum uno quidem exemplo perspiciamus nonnunquam casu vel neglegentia fieri, ut milites ea invenisse taceantur. Nam Suetonius tradidit in castris Tiberio illa nomina indita esse, Aurelius Victor hoc unum addidit: a iocularibus. —

Imperator Marius (Schiller l. l. I 2 p. 856) antea fuisse dicitur ferrarius faber (cf. l. l. 8, 1. Aur. Vict. Caes. 33, 9 Eutr. 9, 9, 2): unde ea cognomina a Mamurio Veturio fabuloso collega sumpta.

73. ad Treb. Poll. tr. tyr. 33, 2: **Claudius:** Censorinus Claudio Gothico regnante (268—270) imperator factus est (cf. Schiller l. l. I 850).

74. ad Vop. Firm. 4, 1: **Cyclops:** Firmus in Aegypto contra Aurelianum (270—275) seditionem excitavit.

75. ad Amm. Marc. 26, 8, 2: **Sabaiarius:** Accuratius describit sabaiam vel sabaium Pannonicum potum Hieron. comment. in Ies. 7, 19: '*quod genus est potionis ex frugibus aquaque confectum et vulgo in Dalmatiae Pannoniaeque provinciis gentili barbaricoque sermone appellatur sabaium*'. (Peregrina igitur est potio ac verbum sicut similia: caelia camum cervesia curmi medus melca). Item Cassius Dio 49, 36, 3 dicit Pannonios hordeum atque milium et edere et bibere. (Ceterum cf. Hehn Kulturpflanzen u. Haustiere[6] p. 145). Valens autem erat Pannonicus (Gratianus pater apud Cibalas natus est cf. Amm. 30, 7, 2) idemque patriae potionis cupidus.

76. ad Amm. Marc. 17, 9, 3: **Asianus Graeculus**: contemptim Iulianus appellatus est. Erat autem pro ingenio ac studio vere Graecus magnamque partem iuventutis in Asia egerat (Schiller l. l. II 301 sq.). cf. etiam C. Gl. L. IV 478, 43. V 268, 31 *Asiani Graeci*.

Excursus.

Priusquam ad maiores reliquias tractandas transeam, in rem esse mihi videtur de peregrinis in Romanorum sermone castrensi vocabulis disserere uno tenore. Neque vero disputandum erit hic de **vocibus e Graeco** sumptis, quippe quae non per sermonem gregarii militis ferme insinuarint, sed ut termini technici una cum rebus, quas ipsas vel novas vel suis meliores mutuabantur Romani, exceptae sunt, in his eae potissimum, quibus instrumenta ad oppida oppugnanda adhibita significantur. Praeterea haec quidem collecta sunt a. Fr. O. Weise: Die griech. Wörter im Lat. p. 322 sqq. Ceteris autem e linguis pauciora manabant vocabula militaria in Latinam, quoniam apud Romanos adeo perfecta atque absoluta erat ars bellica, ut vix ab alio populo quam a Graecis quicquam addiscerent aut mutuarentur. Attamen per exterarum civitatium in castris auxilia facile accidere potuit, praecipue imperatoria aetate, ut illorum peregrina verba etiam Romani milites assumerent. Ac primum quidem e **Carthaginiensibus** Punicorum aetate bellorum castrensi suspexerim usu 'm a g a l i a v e l m a p a l i a' vocem repetitam esse, quae iam in Catonis origg. (lib. 4 fr. 2 J.) exstat, ex **Illyricis** s i b i n a m iam apud Ennium (ann. 496 V.), e **Sarmatis** (Limigantibus) illud m a r h a (cf. supra p. 376). E Celtica vel Celtiberica et Germanica linguis assumptae utrum per barbaros in exercitu militantes irrepserint et postea demum e castrensi in communem sermonem exceptae sint an statim una cum rebus in Romanorum rem militarem inducendis ut termini petitae an omnino non castrensi aut militari sermone primo usitatae, sed in universum cotidianae consuetudinis vel literarum sermone comprobatae fuerint, id nonnusquam difficile est diiudicare. Propter has dubitationes omnes, quas quidem invenerim, voces ex illis linguis haustas, militares sive castrenses, afferam. Atque in tertio genere, quod modo commemoravi, quoniam res ipsae nunquam in exercitibus Romanis adhibitae sunt, **Celtica** verba haec fere mihi esse numeranda videntur (argumenta pleraque ex Holder Altkelt. Sprachschatz collecta sunt ibique conferantur).

c o v i n n u s plaustrum a Britannis ac Belgis in proelio adhibitum; primum apud Melam (3, 6, 52), inde c o v i n n a r i u s.

e s s e d u m Gallorum Belgarum Brittanorum plaustrum eiusdem modi; primum apud Ciceronem et Caesarem, inde e s s e d a r i u s.

s o l d u r i i devoti bellatores; apud Caesarem solum (b. G. 3, 22, 1).

Ad ea verba, quae Romani una cum rebus in artem suam militarem exceperint, haec referam:

areani Amm. Marc. 28, 3, 8: '*Areanos genus hominum a veteribus institutum ... paulatim prolapsos in vitia a stationibus suis removit ... Id enim illis erat officium, ut ultro citroque per longa spatia discurrentes vicinarum gentium strepitus nostris ducibus intimarent*'.

carrus, ut Holder adnotat, plaustrum apertum atque duabus vel quattuor rotis instructum et ad usum militarem usurpatum; primum apud Sisennam fr. 61 P.[1])

parma primum apud Enn. ann. 288 V. inde parmatus parmula parmularius.

sagum, sagus, sagulum primum apud Enn. ann. 500 V. (cf. W. Stokes Urkelt. Sprachschatz p. 289).

In numero eorum, quae per Celtas auxiliares translata iure vere castrensia vocari debeant, haec habuerim[2]):

caetra Hispanicus clipeus; primum apud Varr. Menipp. fr. 88 B. inde caetratus.

cantabrum vexillum quoddam imperatoria aetate; primum apud Tert. apol. 16. inde cantabrarius.

cateia primum apud Verg. Aen. 7, 741.

cruppellarii = loricati; primum apud Tac. ann. 3, 43.

gaesum primum apud Caesarem b. G. 3, 4, 1; inde gaesata, plur. gaesati gaesatii; primum apud Polyb. 2, 22, 1 (gaesati = pilati).

lancea primum apud Sisennam fr. 21. 29. 71; inde lanceola lanceolatus lanceare lanciator lancearii.

mataris materis primum apud Sisennam fr. 29, 71.

mattiarii, mattiobarbuli, berba, drungus cf. supra.[3])

Liberae rei publicae temporibus assumpta sunt: covinnus essedum soldurii parma sagum caetra cateia carrus gaesum — gaesati lancea mataris, imperatorum recepta vel ex eorum demum temporibus probata sunt: areani cruppellarii cantabrum mattiobarbuli mattiarii berba drungus (andobata gladiatorum est sermonis). Quod quidem nunc perspiciam, genus militarium verborum secundum nomina plantarum maximum est ex iis, quae a Celtis Latina lingua mutuata est.

Pauciora sunt vocabula a **Germanis** in castrensem Romanorum inducta atque ea, quae iam supra tractavi: burgus initio secundi, verisimiliter iam exitu primi saeculi christiani, his in temporibus atque hoc in genere fortasse etiam framea duci debet[4]), item bar-

---

1) cf. carrarius κάρριον carroballista carrocarpentarius [carropera] carruca carrucarius carrucotechnites carrulus v. Holder; quibus adiungatur carracutium Isid. or. 20, 12, 3. 2) Quae eorum non dubitandum esse putavi quin castrensi essent origine, iam supra inserui. 3) 'Labarus' vox peregrina origine videtur esse; Georges adnotat aut Celtarum aut Bascorum tribuendam esse; hanc quidem quaestionem discernere non ausim. 4) Anz. f. deutsch. Altert. 7, 213.

ditus, usque ad quartum saeculum in 'barritus' mutatus, certe quarto carrāgo tufa, certe quinto bandum, ignoto tempore hornatores *hornum strava [cautia]. — His, cum consensu Romanicarum linguarum confirmentur, haec fere verba, quae fortasse, quia castrensia fuerunt, literarum sermone tacebantur, Klugio auctore (Paul, Grundr. d. germ. Philol.[2] I 329) adiungere liceat: brando = gladius, helmo = cassis, gonfanone = vexillum, quibus adiciam roba = praeda et targa = scutum.[1]) Postremo adnotem, cum cuneus equitum posterioris aetatis verisimiliter e Germanorum usu deducatur (cf. Mommsen Herm. XIX 232 W. Scherer S. Berl. Acad. 1884 p. 571 sq.), etiam illam vim 'cunei' verbi versione Germanicae vocis ortam esse posse (eadem fere ratione ac Graecum κριός versum est vocabulo 'aries' scl. muralis), cum contra Germanicum institutum comitatus principum, quando assumptum erat, Romano nomine bucellariatus appellatum est; cf. item caput porci et Normannicum svînfylking p. 369 adn.

De maioribus reliquiis.

De cantilenis: Zell Ferienschriften I 148. Fütterer de licentia triumphali militum Romanorum, progr. Heiligenstadt 1852.[2]) Teuffel R. L.-G[5]. § 84. Triumphus erat supplicatio vel potius pompa in honorem Iovis optimi maximi ducta (Zell l. l. 148. Aust, Relig. d. Römer p. 123). Itaque a militibus, qui laureati imperatoris triumphantis currum ad Iovis templum in Capitolium ascendentem sequebantur, primum quidem sollemne carmen quoddam triumphale canebatur (cf. supra Liv. 3, 29, 5), quo manifestum est illum deum celebratum esse (cf. Plut. Marc. 8); deinde omnino epinicia et hymni ad deos patrios laudandos (cf. Dion. 2, 34, 15 Plut. Aem. 34). His sollemnibus carminibus, quae immutata semper eodem usu eademque repetebantur forma hoc quoque festo die, milites sua sponte addebant, quae quotiescumque pro tempore et pro re excogitaverant. Quo in genere severa disciplina omnique reverentia solutis infinita licentia iocis inconditis expromere permissum fuit, quid in imperatore (cf. Liv. 45, 38, 12 Dion. 2 34, 15 Liv. 4, 20, 2. 53, 11; 5, 49, 7 passim) ceterisque ducibus (cf. Liv. 7, 38, 3. 10, 30, 9 App. Pun. 66)

---

1) 'Mariscalcus', quod vocabulum Kluge hoc in genere habuit, ut sperone = calcar, baldo = procax — id quod mihi audacis neque in rem esse videtur — vere reperitur: C. Gl. L. V 583, 7: *agasones dicuntur custodes equorum, quos rustici marscalcos vocant.* — Nunc Gundermann Zeitschrift f. Deutsche Wortforschung I p. 240 sqq. demonstravit etiam bruta vocem 'nurum' significantem militaribusque inscriptionibus primum traditam in verbis castrensibus Germanicae originis esse ducendam. 2) cf. etiam G. H. Bernstein: versus ludicri in Romanorum Caesares priores olim compositi, Halis Sax. 1810. Nequivi adhibere Guicherit de carminibus Marciorum et de carm. triumphal. milit. Rom., Leid. 1846.

vel magistratibus (Liv. 4, 53, 11) et rebus in bello gestis (Liv. 7, 10, 13. 7, 17, 5. 7, 38, 3 etiam Plin. n. h. 19, 144) laudarent aut vituperarent. Cum vero et ipsi versus servati et ea, quae hoc de more referuntur a scriptoribus, multo magis pertineant ad cavillationem et reprehensionem imperatoris quam ad laudem, id consilium illi licentiae iocorum militari subfuisse mihi videtur, ut is, qui eo die omnes mortales honore et dignitate superaret, etiam vitiis detectis et correptis quasi de caelo revocaretur simili modo ac servus ei a tergo suggerebat: respice post te, hominem te esse memento (cf. Marquardt. R. Stvw. II p. 588 adn. 6). Singulares res, quas Livius e nonnullis carminibus vetustis tradidit, ex obscuris et suspectis fontibus pendere consentaneum est; sed in universum, cum illi auctores, quibus usus est, et hic ipse quoque triumphos viderint, fortasse vel interfuerint, quae iocorum triumphalium nomine digna duxerunt, ad genus et ingenium talium versiculorum intellegendum haud neglegi debent. Magno autem momento est, ut iam Zell p. 149 admonet, testimonium Liv. 4, 53, 11, quippe quo appareat ex parte quidem etiam alternis vicibus i. e. a duobus choris inter se respondentibus carmina triumphalia relata esse, quem priscum morem usque ad Caesaris tempora valuisse Plinius n. h. 19, 144 docet.[1]) (Cf. etiam infra p. 390 n. 98.) Plerumque autem singulares versus vel singulares cantilenae responsione carentes videntur fuisse, qualia ad verbum tradiderunt Suetonius et Flavius Vopiscus.

Metrum, quod milites non minus in his triumphalibus quam in ceteris versibus suis adhibebant, secundum illos apud Suetonium et Velleium servatos usque in primum saeculum p. Chr. fuit octonarius trochaicus catalecticus, qui etiam apud comicos. Cuius structura eadem eademque potissimum licentia est atque apud hos. Semel (Suet. Iul. 51 v. 2) hiatus ante caesuram principalem legitur, qua de causa coniecerim fortasse iam tum octonarium in castrensi quidem poesi in duos versus vel unam stropham, e tetrametris acatalectico et catalectico compositam, dissolutum fuisse. — Quoniam autem cum arses versuum, tamenetsi duobus locis exceptis (Suet Iul. 51, v. 1 et 49 v. 1) cum accentu verborum consentiunt, semper productis syllabis efficiuntur, tum semel quidem quinta arsis in duas breves syllabas distrahitur (Vell. 2, 67, 4), non habeo, quod hos versus accentu verborum, non quantitate contineri arbitrer. Itaque neque Rudolpho Thurneysen (d. Saturnier im Verhältnis zum spāter. rōm. Volksvers p. 58) assentior, qui Suet. Caes. 51 hoc modo arses divisas velit: 'urbáni serváte uxóres' pro: 'úrbaní serváte uxóres', neque Ottonem Keller sequor, qui Suet. Iul. 49 codicum testimonio neglecto transmutavit hunc versum 'Gálliás Caesár subégit' in 'Caésar

1) Conferam cum hoc more genus quoddam clamoris bellici apud Byzantinos usitatum: unus clamabat, dum milites ad manus conserendas progrediuntur: βοήθει, ceteri responderunt ὁ θεός: v. Leon. Tact. 7, 74.

Gálliás subégit[1]) (cf. O. Keller Saturnische Vers 1883 p. 6). — Contra in cantilenis, quibus Aureliani facinora celebrantur, accentus, non quantitates syllabarum valere pro certo habendum est (cf. etiam Christ, Metrik p. 373). Neque vero aptum esse videtur opinari tales versiculos, qui alia ratione metrica alio consilio (ballistia vel saltatiunculae appellantur) duobus vel tribus saeculis post castrensia apud Suetonium carmina compositi sunt, utique octonariis esse pactos debere et ad illud fictum schema complendum quotlibet verba 'mille' addi posse. Huc accedit, quod illud 'occídit' aut non sine gravibus verborum positionis mutationibus asservari potest aut accentus eius neglegendus est. At si quis concesserit ex accentu syllabarum metra pendere, ei non licebit legere óccidít. Sin autem lectiones librorum quam maxime retinere studemus, primus et secundus versus carminis Vop. Aur. 6, 5 trochaici duo senarii, in extremo duo tetrametri, acatalecticus et catalecticus esse cognoscuntur, cetera autem verba inter illas partes posita facile in eandem formam eamque liquidam et offensione carentem revocari possunt, si illud 'qui' inter 'vivat' et 'mille' insertum deletur; id enim vocabulum a librario item adici potuit, quemadmodum B(ambergensis)[3] post 'mille' etiam 'annos' supplevit. Praeterea tale asyndeton et abruptum genus dicendi aptissime convenit ad dictionem huius cantilenae: cf. *unus homo! mille decollavimus.* — Sed qua ratione rythmus alterius apud Vopiscum carminis restitui queat, id discernere non ausim. Id autem mihi persuasi lectiones traditas dignas non esse nomine metri vel rythmorum; praeterea etiam locutio 'semel et semel' mihi non exiguam affert dubitationem. Contra Oberdickii ratio emendandi nititur maxime ambigua opinione praesumpta, qua lectionibus librorum, quamvis repugnent, utique formam octonariorum extorquere conatur. Quibus de causis censeam et propter nimiam argumenti simplicitatem et cum nullae reliquiae similium carminum popularium illius aetatis exstent, vix unquam genuinam formam certa fide auxilio codd. servatorum inveniri.

93. ad Suet. Iul. 49: De amicitia Caesaris et Nicomedis v. hoc caput Suetonii, Aur. Vict. vir. ill. 78, 1 Amp. 34. In Nicomedis aula Caesar versabatur M. Minucio Thermo praetore Asiae a. 80 a. Chr.

---

1) Versum a Suet. (Cal. 6) traditum *(Salva Roma salva patria salvus est Germanicus)* in militum cantilenis numerare, ut O. Keller Grammat. Aufsätze p. 22, impeditur, qui totum contextum paulo attentius perlegit. Item coniecturae tam paene confirmatae quam Lindsay viri doctissimi, qui (Lat. Sprache p. 87 versionis Germanicae) adnotationem analectorum grammaticorum ab Eichenfeld et Endlicher Vind. 1837 ed. p. 38d secutus contendit versum apud Plotium Sacerdotem VI 462 K. servatum a militibus esse triumphantibus in Pompeium iactatum (haec autem sunt verba: *quem non pudet et non rubet non est homo sed ropio;* de enarratione metri et sententiae cf. Haupt Herm. I 32), isti coniecturae non prorsus adstipulari ausim. Si enim liceat tam lubricas vias coniectandi tanta audacia ingredi, vereor, ne multi et alii versus in eos, qui quocumque tempore exercitibus Romanis praeerant aut triumpharunt, confecti, prout alius aliud sentit enarrator, gregariorum proprii esse declarentur.

94. ad Suet. Iul. 51: Calvitii opprobrium eo gravius dictator Caesar offensus est, quo intentius id vitium ab oculis Romanorum occultare studebat. (Cf. ceterum glandis plumbeae inscriptionis '*L. Antoni Calve*', supra n. 131).[1])

95. ad Plin. n. h. 19, 144: Hoc crambes genus, quam cymam silvestrem appellat, Caesar breviter vocat charam, cf. b. c. 3, 48 Plut. Caes. 39 Polyaen. 8, 24; etiam infra adn. 106.

96. ad Vell. Pat. 2, 67, 4: Lepidus Paulum fratrem suum (germanum!) proscripserat, Plancus impetraverat, ut Plancus Plotius frater proscriberetur cf. § 3 Flor. 2, 16 App. b. c. 4, 12. Quamquam non ad verbum Velleius rettulit, tamen pro certo habendum est in triumpho utriusque iactatum esse illum versiculum; cf. App. b. c. 4, 31 C. I. L. I act. triumph. ad a. 711 a. u. c.

98. ad Vop. Aur. 6, 4—5: Decollare idem atque occidere significans vulgaris fuisse sermonis et cum sententia 'iugulare' verbi ab anon. auct. bell. Hisp. adhibiti contendendum esse iam Rebling, Röm. Umgangsspr. p. 31, A. Koehler act. sem. Erl. I 466 observarunt. — De interpretatione totius carminis plane assentior G. Gundermann, qui quid de eo sentiret, comiter per literas mecum communicavit: Saltatiuncula in conviviis a pueris ita cantabatur, ut ii quidem vv. 1 et 2, quasi Aurelianum ipsum agentes (unus homo .. decollavimus), soli recitarent, vv. 3—5 a choro militum iterarentur pro salute imperatoris magna certationis ambitione bibentium. Qua explanatione et verba 'mille (= milliens) vivat' et 'tantum vini nemo habet' (scl. nostrum qui nunc pocula exhaurimus) per se intelleguntur.

100. ad inc. paneg. 9, 18: His verbis rhetoris, cum talia ludibria militum, quamvis cum sollemni triumpho nequaquam cohaerentia, iocos triumphales vocet, apparet triumphalium iocorum vocabulum in sententiam iocorum militum victoria exsultantium iam circa trecentesimum annum p. Chr. n. attenuatum fuisse et proprium morem carminum triumphalium tum quidem iam obsoletum.

102. ad Amm. Marc. 22, 4, 6: Illas cantilenas molliores Wagner in editione a. 1808 recte interpretatur 'Veneris magis et Bacchi quam Martis laudes celebrantes.'

De dictis collectaneis.

In exempla huius generis multa, quae dubia sint, irrepere facile intellegamus, si reputaverimus ab ordine quodam scriptorum, qui id potissimum agant, ut legentes delectent, praecipue qui vitas virorum illustrium conscribant, varias historiolas oblectationis causa inseri, quarum fides vix iam probari queat. At si fidem historiolarum huius

---

1) Adnotaverim quidem Calvastri quoque cognomen Iulii legati militum laticlavii aetate Domitiani (v. Cass. Dion. 67, 11) vel propter vulgarem formam suam in castris ortum esse conici posse; sed pro certo id ducere non licet.

aetatis persaepe exquirere non possumus, quanto minus illarum, quae e temporibus antiquissimis per fontes maxima parte non investigandos aut non sinceros ad nos pervenerunt. Sed etsi crebro diiudicari nequeat, verane an ficta sint illa dicteria, tamen ad ingenium modo illorum iocorum, quos scriptores nonnusquam militares vel castrenses appellabant (cf. Suet. Cal. 9 castrensi ioco, Tac. ann. 1, 23 militaribus facetiis, n. 56 Plin. 19, 144 iocis militaribus, n. 95 Aur. Vict. 23, 2 militari cavillo, n. 111 Vell. Pat. 2, 67, 4 iocos militares, n. 97) illustrandum prorsus adhiberi possunt Pro certo autem ea tantum habuerim, quae locupletissimus auctor, qualis Caesar, ipse audivit atque prodidit.

104. ad Caes. b. G. 1, 42, 5: Caesar antea cum oratione acerrima animos militum Germanos pertimescentium apud Vesontionem incitaret (cf. 1, 40, 14), dixerat, si nemo sequeretur, se cum sola decima legione iturum sibique eam praetoriam cohortem futuram. De ambiguitate locutionis 'ad equum rescribere' (i. e. et ex peditibus legionariis equites facere et dignitatem equitis Romani attribuere) cf. Kraner-Dittenbergeri adnotationem ad h. l.

105. ad Caes. b. G. 3, 49, 4: Caesaris copiae apud Dyrrachium in tantas venerunt frumenti angustias, ut e chara sibi facerent panem. cf. n. 95.

108. ad Aur. Vict. 1, 23: Octavianum valde gavisum esse, cum alii ipsius aciem oculorum perferre nequirent, et Victor hac in paragr. prodidit et omissa ista historiola Suet. Aug. 79.

115. ad Vop. 15, 2: De Bonosi, qui contra imperatorem Probum rebellavit (H. Schiller R. K. G. I² p. 880), vinolentia cf. Vop. 14.

De inscriptionibus glandium.

Glandes plumbeae inscriptionibus Latinis instructae in Sicilia, in agris Rhegino Cumano Apsorano, pleraeque in Asculano (Picentino) et Perusino e primo saeculo a. Chr. repertae sunt. Collectae et illustratae sunt summa diligentia atque cautione a Carolo Zangemeister in ephem. epigr. vol. VI, ante eum imprimis a Th. Mommsen in C. I. L. vol. I p. 188 sqq. — Glandes plumbeas inscribendi consuetudinem ut fundarum usum ipsum Romani a Graecis acceperunt; in Graecis 'inscripta sunt nomina eorum, quorum iussu glandes fusae sunt, raro ioci militares, quales sunt δέξαι in Atticarum una, τρωγάλιον in Corinthiaca[1]); utrumque genus inscriptionum redit in Romanis accedente tertio nominum legionum earum, a quibus glandes hae mittebantur.' Mommsen l. l. p. 188. Ad hanc disputationem alterum solum genus adhibendum est. 'Factae autem sunt literae ita, ut in formae argilla umida graphio aliave cuspide inciderentur, fundendae deinde simul cum glande ipsa. . . . Paucissimarum inscrip-

1) 'incertae vel potius falsae lectionis esse' Zangemeistero videtur l. l. p. XVII adn. 3.

tionum excavatae sunt literae, quas in fusa iam glande scariphatas esse apparet.' Zang. l. l. p. XIV (ex his assumptae sunt n. 64, 65, 109). — Asculanae quae dicuntur glandes, cum Pompeius Strabo bello sociali oppidum obsideret (a. 89 a. Chr.), ab exercitu utroque missae sunt, Perusinae autem, cum Caesar Octavianus L. Antonium et Fulviam triumviri Antonii uxorem Perusia urbe circumclusos teneret (a. 41 a. Chr.), una Hispanica, quam excepi hac collectione, ad bellum a C. Caesare dictatore anno 46 a. Chr. contra Pompei filios gestum refertur.

116. Z. 9: cf. quae p. 375 ad Plutarchi locum (φέρι) adnotavi.

118. Z. 11: Quae litera ante ON syllabam exstet, difficile est lectu: Zangemeister cogitat de don(o). Sed quatenus ex reliquiis Zangemeisteri imaginibus repraesentatis conici debet, supplendum esse putem illius elementi fragmenta in H, ita ut legatur 'Asclanis hon(ori)'.

119. Z. 12: Sententia propter dubitationem lectionum PICA / OM obscura est. Si quis picam legat, sive 'picam' cognomen hominis cuiusdam intellegit sive ad Picentes refert ioco militari ita appellatos vel ad eorum vexillum (sic Gabrielli, cf. Zang. ad h. l.), O litera cuius satis certa vestigia se detexisse Zang. contendit, in summas difficultates adducitur. Interpretatio a Mommsen temptata: 'feri Pic(entes glans quae venis) a [R]omanis', propter differentiam, quae inter nimiam brevitatem lectionum et longitudinem sententiae supplendae intercedit, non esse apta mihi videtur. Quibus de causis novam coniecturam conatus ego quidem sensum atque locutionem proposuerim eandem vel similem ac: feri Pic(entes) a[diu](va) [R]om(anos).

120. Z. 13: Socii rebelles 'militari acerbitate dicuntur fugitivi' (Mommsen l. l. n. 646) aut, id quod Zang. ad h. l. admonet, hoc vocabulo per convicium a sociis increpantur libertini, qui tunc primum militare coeperunt (testibus Liv. per. 74, App. 1, 49 Macr. Sat. 1, 11, 32: Zang.).

121. Z. 27: Recte explicat Zang. 'em tibi (hosti) malo malum' (scl. hanc glandem).

122—123. Z. 28 et 29: Quae quidem literae imaginibus Zangemeisteri operi insertis et eius verbis enucleari queant, titulum supra exsignavi. Exciderítne autem ante '*aurum*' litera quaedam, dubium videtur. Nam in altera glande n. 29 Longperier putavit A elementum se vidisse, Purgold nihil scriptum fuisse; in altera eiusdem numeri Zang. signum quoddam ante '*aurum*' lectionem (//AVRVM) posuit quasi aliquid evanuerit, sed p. 38 putavit iam fusionis defectu T elementum omissum fuisse. R litera in fragmento VOR·S Purgoldianae glandis imagine satis discerni potest. Interpretationem quam proposuit: '[t]aurum vores malo, tamen evomes omnem', in quibus taurum esse, ut in sociorum nummis, Italiam et subiectum formae vores 'tu lupa' existimabat, non probabilem esse Zang. ipse intellexit atque significavit. Ego quidem, quantum testimonia eorum,

qui inscriptiones ipsas viderunt, iudico, maxime dubium esse credo, quin 'aurum' vocem ulla litera antecesserit. Deinde inter **R** et S elementa in vocabulo **V**o**R**·S vix aliud suppleri potest quam E (vel A?). Quae cum ita sint, omnibus causis deliberatis titulum hunc in modum legendum vel dicam explanandum esse arbitror: *Aurum vores, mālo; tamen evomes omnem.* Qui glandem mittit, quendam vulnerandum appellat acerba cavillatione: aurum quidem tibi ego ipse mālo ad vorandum dare quam plumbeam hanc glandem; tamen nihil refert non aurum id esse: sive aurum est sive plumbum haec glans, quae in ventre tuo defixa erit (cf. Z. 34 *ventri*), utique evomes quidem eam omnem (ignotus homo, qui vulnerandus est, appellatur etiam Z. 27[50] 84).

125. Z. 50: Si lectio *acipe* recta est, conferantur inscriptiones Graecarum glandium δέξαι, λάβε (v. Zang. ad h. l.).

126. Z. 55: Quod Zang. temptavit: ab Fulvi(a), ideo minus verisimile esse duco, quod, cum alter versus sinistrorsum legendus sit, secundum exempla Z. 53, 56, 58, 60 [69] exspectari debet antecedentem scriptum fuisse dextrorsum. Itaque, quia pictura linearis a Zang. adiecta nihil de spatio et condicione glandis post BA literas docet, iudicio eorum, qui inscriptionem ipsam viderunt vel videbunt, ad considerandum permittam, nonne T elementum in fine excidisse potuerit, ita ut legatur, *bat*(ue) *Fulvi*(am), cuius lectionis sententia, ut est lasciva ambiguitate, ita ad licentiam militarem prorsus conveniens (cf. ipsas Perusinas glandes Z. 56, 65, etiam 58, 61, 62).

129. Z. 61: Supplendum est ad '*laxe*' adverbium: culum pande.

130. Z. 62: Apte comparat Zang. verba, quae Pompeis phallo ascripta sunt (C. I. L. IV 950): *ubi me iuvat, as(s)ido.*

131. Z. 64: Calvitiem L. Antoni, quamquam scriptores non memorant, tamen nummis illorum annorum cognosci Zang. ad h. l. adnotat. — Animadvertas velim formam genitivi *Caesarus.*

134. Z. 84: 'Fames Perusina in proverbium abiit eamque quanta cura L. Antonius adversarios celarit narrat Appianus 5, 35' Mommsen l. l. n. 692.

Praeter eas glandium inscriptiones, quas supra composui, hae quoque atque eae Perusinae, quarum tamen lectiones et sententiae dubiae sunt, acclamationes militum exhibere videntur: Z. 52[1]), 54, 57, 60[2]), 85, 89.

---

1) fortasse: *M. Antoni [ve]ni imp*(erator) *M . . ?* 2) fortasse *[c]ulu[m] Octavi felas* (scl. tu glans)?

Caput IV

Quid in universum iudicandum sit de Romanorum sermone castrensi.

Si in universum illas reliquias collectas et illustratas recensentes proprietates sermonis castrensis Romanorum inquirere studebimus, id confitebimur frustula esse magis exigua quam ut certum quoddam iudicium et quod eam rem, quam appetamus, totam amplectatur, faciamus. Sed rationes modo quasdam, quibus illum sermonem consideremus, investigare et constituere etiam per illa fragmenta licere mihi videtur.

Ac de rerum nominibus id potissimum memorabile est per metonymiam saepissime milites illas vocasse. Res, quibuscum suas comparabant, esse vario genere potuisse, prout singularium forma ac natura poscerent, apparet cf. cippum lilium stimulum bracchium mattiobarbulum caput porci mulos Marianos barritum. Animalium nominibus — quorum tria hanc ad quaestionem certo quadrant (cf. caput porci mattiobarbulum mulos Marianos) — res militares appellandi mos etiam multis terminis probatur: cf. arietem cervum cervolum corvum vel gruem cuniculum ericium lupum muricem musculum onagrum scorpionem testudinem, postremo etiam papilionem; e quibus fieri potest ut quaedam nomina, quae quidem non Graecorum sint terminorum versiones, inter milites gregales orta et paulatim demum in communem sermonem hominibus literatis probatum sint translata.[1]) Est autem hoc simile studium res sensu vacantes quasi animandi, atque glandes ipsas alloquuntur vel loquentes faciunt tamquam personae sint: cf. glandes Z. 9, 10, 12 [55] 56, 58, 62 [60? v. p. 393 adn.]. — De appellationibus e plantis petitis ostendo 'lilium' et terminum 'rumex'. — Raro id quoque videtur accidisse, ut res quasdam ex eo, qui fabricaverat vel invenerat, vocarent: cf. lanceas Luculleas mulos Marianos. (E terminis huc referre fortasse liceat tribunos Rufulos: cf. Liv. 7, 5, 9 Fest. p. 260 M., v. etiam Mommsen R. St. R. 1² p. 418 adn. 3.

De peregrinis verbis cf. quae supra demonstrata sunt (p. 385 sqq.).

Maxime dolendum est, quod non plura nomina locis quibusdam

---

1) Papilionem quidem castrensem ac plebeium esse vocabulum loco 'tentorium' vocis a bonis scriptoribus usurpatae Lang ad Hyg. de mun. castr. cap. I. adnotavit, sed quaecumque ille dixit, nescio an species quaedam tentoriorum eo verbo nominetur, praesertim cum utique animum percellat, quod praetorianorum et statorum tentoria dicit Hyginus, non papiliones. v. etiam C. Gl. L. IV 268, 5 *papiliones tenturia modica.* — Ceterum, si recte legitur ab editoribus, antiquissimum testimonium huius sententiae 'papilionum' exstat in documento quodam militari Domitiani temporum, v. Nicole-Morel: archives militaires du Ier siècle (1900) V, XX 7.

data a militibus certis testimoniis produntur. Ut enim Glaesariam et Castra Scelerata, ita etiam haud ita pauca locorum nomina milites Romanos, qui totum tunc orbem terrarum peragrarent, sive ibi aliquamdiu morati erant sive res acciderat, qua valde moverentur, invenisse veri simile est. Deinde quamvis facile intellegatur non exiguum fuisse numerum exsecrationum potissimum castrensium, tamen nullum certum vestigium repperi.[1])

E locutionibus castrensibus hic quidem ostenderim verbum 'materiari', quia illorum est militarium verborum deponentium, quae a substantivo concreto derivata significant 'materiam aliquam apportare'; cf. terminos 'aquari (adaquari) frumentari lignari pabulari'.

Von grofser Bedeutung für unsere Hypothese ist offenbar die Gruppe 𝔗. Freilich hat Usener behauptet (Anecd. Hold. S. 56), dafs in Peipers Codex T, Monacensis 18765 s. X, der Tr.V durch blofsen Zufall fehle. Zu dieser Annahme bietet die Handschrift selbst wenig Grund, indem die Opuscula nicht nach, sondern vor der Consolatio stehen. Deshalb vermutet Hildebrand S. 261, der Schreiber habe absichtlich den Traktat ausgelassen — was auch sehr schwer zu konstatieren wäre.[1] Aber jetzt lehren uns die neuen Handschriftenmaterialien, dafs der Codex T nicht vereinzelt ist; wegen der beiden anderen Codices derselben Gruppe, K = Karlsruhe Augiens. XVIII saec. IX und P_7 = Paris. 1919 saec. XIV (keine Abschrift von K oder T), müssen wir den Archetyp in die ersten Jahre des neunten Jahrh. versetzen — der Verlust des Tr. V ereignete sich, wenn überhaupt, sehr früh in der Überlieferung. Zu einem entscheidenden Beweis verhelfen uns die Codices L_1 = Laur. XIV 15 saec. IX und A_1 = Ambros. N 60 Sup. saec. IX/X. Hier haben wir, wie die Überschriften zeigen, die ersten vier Traktate gerade nach dem Muster des T. Man könnte leicht vermuten, dafs diese Handschriften die

1) Diese Vermutung bezieht Künstle op. cit. S. 52 auf den Augiensis, dieselbe wird jedoch auch in dieser Form in der folgenden Beweisführung widerlegt.

ursprüngliche Überlieferungsform vertreten, aus welcher, nach Usener, der Tr. V später zufällig ausgelassen sei. Wie steht es aber mit dem Tr. V in diesen Handschriften? Er sollte jedenfalls einen allgemeinen α Charakter haben, weil Tr. I II III IV in sehr enger Verbindung mit der Klasse 𝔉 stehen. Dies trifft hier jedoch nicht zu. Im Gegenteil gehen die Lesarten durcheinander; in eine ursprüngliche 𝔈-Grundlage wurden eine Menge 𝔉-Eigentümlichkeiten eingeführt. Der Tr. V stimmt also nicht mit der Art der anderen vier überein; aus einem verschiedenen und schon gemischten Text genommen, wurde er am Ende der Sammlung in 𝔗 angefügt.

Auf diese Weise schieben wir den Ursprung der Klasse 𝔗 noch weiter zurück. Da Codex T unabhängig von K, sowie P_7 von diesen beiden ist, so gehört der Archetyp von allen dreien in den Anfang des neunten Jahrh. Ähnlich stammen L_1 und A_1 von einer gemeinsamen Quelle ab, die in den ersten Teil des neunten Jahrh. zu setzen ist. Hieraus geht das Vorhandensein eines älteren Exemplars hervor, das noch nicht den Tr. V enthielt, und diesen Archetyp schliefslich vergleichen wir mit dem von K, T und P_7. So erreichen wir, aller Wahrscheinlichkeit nach, das Ende des achten Jahrh. Diese Verhältnisse erläutert der folgende Stammbaum:



Man könnte vielleicht dagegen erinnern, daſs wir die Frage bloſs verschoben hätten. Hatte nicht der Archetyp des achten Jahrh. selbst eine Vorlage, welche alle fünf Traktate enthielt? Dagegen spricht unverkennbar die mit 𝔗 äuſserst nahe verwandte Klasse 𝔉. welche den Tr. IV nicht umfaſst. Die in der Klasse 𝔗 vorkommende Verbindung der Tr. I II III IV vertritt eine selbständige Überlieferungsform. Früher als diese beiden Klassen war die Originalausgabe von Tr. I II III; dazu wurde einerseits der Tr. V (Klasse 𝔉), andererseits Tr. IV (Klasse 𝔗) angeschlossen.


Wenn wir uns auf eine "zu wenig betonte Nachricht" bei Krieg stützen könnten, so hätten wir einen noch früheren Zeugen für die Klasse 𝔗. Denn nach Krieg (S. 34) "erzählt der St. Galler Mönch Radbert, der 793 eine Geschichte des Klosters schrieb, es habe der Abt Hartmut um 772 zum gemeinsamen Gebrauche der Mönche die consolatio philos. des B. *et alios quinque libros eiusdem auctoris* in der Klosterbibliothek hinterlegt" — was sich wohl auf unsere Opuscula beziehen könnte; da ferner nach Kriegs Ausführungen das besprochene Kloster Bobbio zu sein scheint, und da unsere Handschrift A1 aus Bobbio stammt, wäre der Codex Hartmuts seine Vorlage und daher ein Vertreter der ergänzten Klasse 𝔗 gewesen. Leider war Ratpert Historiker von St. Gallen, nicht Bobbio, während Hartmut erst nach dem Jahre 872 (vergl. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen 1893 S. 271) seine Handschriftensammlung der Bibliothek schenkte. Nach dem Texte von I. v. Arx (Perz, Mon. Germ. Hist. II 72), worauf Krieg hinweist, gab es unter diesen Büchern *Boethii 5 libri philosophicae consolationis in volum. I. Item alii 5 in altero volumine.*[1]) Das letztere kann sich vielleicht auf die theologischen Traktate, aber ebenso gut auf ein anderes Exemplar der Consolatio beziehen.[2]) Die Notiz brauchen wir jedoch nicht — die Klassen 𝔉 𝔗 ℭ sind schon für das achte Jahrh. konstatiert (oben S. 415).

Bis jetzt haben wir aber nur die Zahl der Traktate in jeder Klasse und nicht den Charakter des Textes in Betracht gezogen. Wie Peiper zufälligerweise gefunden hat, sind zwei ursprüngliche Recensionen zu unterscheiden, wovon die eine (Peipers α) den Klassen 𝔉 𝔗 𝔇 und die andere den Klassen ℭ entspricht. Bemerken wir weiter, daſs die Klasse 𝔗 in den Überschriften und zu p. 175, 148 *voluntatem* etc. etwas mit ℭ gefärbt ist; das geschah, wie es scheint, als in einer sehr frühen Periode der Überlieferung der Tr. IV aus einem Codex ℭ (mit Tr. I II III IV) an den Schluſs eines die Tr. I II III enthaltenden Codex α hinzugefügt wurde. Ähnliche Übereinstimmungen zwischen den Klassen 𝔇 und ℭ sind auch, besonders bei den


1) Vgl. auch die Ausgabe von G. Meyer von Knonau in Mitteil. z. vaterländ. Gesch. N. F. 2. St. Gallen 1870 S. 55.

2) Vgl. Scherrer, Verzeichn. d. Hss der Stiftsbibliothek zu St. Gallen, Codex Nr. 844.

griechischen Stellen, zu erkennen, allein sie konnten leicht entstehen, nachdem alle vier Traktate in 𝔇 schon zu einer geschlossenen Sammlung vereinigt worden waren. Weiter können wir erst gehen, wenn die Lesarten aller Klassen auf's genaueste verglichen worden sind, und besonders, wenn die allen gemeinsamen Fehler eine Erklärung gefunden haben. Die folgende Zeichnung gilt also nur als Versuch, den Ursprung der Handschriftenklassen darzustellen:



Endlich giebt die nachstehende Tafel (S. 461) eine übersichtliche Darstellung der ganzen Überlieferung vom neunten Jahrh., wo wir die vier Klassen festgestellt finden, bis zum Ende des Mittelalters. Ich wähle zu diesem Zwecke 77 mir durch eigene Autopsie bekannte Codices aus. Die Figuren in Klammern geben die Anzahl der Handschriften in jeder Gruppe. Hier kann man deutlich sehen, wie die Klasse ℭ die beliebteste war, und wie in deren Form die anderen Klassen in den verschiedensten Weisen verwandelt wurden. Es giebt also keinen Zweifel, wie das Mittelalter den Tr. IV beurteilt hat.



¹) Nahe verwandt mit dieser Form sind die Hss. der Victorinusgruppe, über welche ich an anderer Stelle handeln werde.

DE PRAEPOSITIONUM
IN PRISCA LATINITATE VI ATQUE USU

SCRIPSIT

FRIDERICUS PRADEL



Quamvis iam permulti viri docti de vi atque usu praepositionum linguae latinae egerint, denuo tamen ad hanc tam saepe pertractatam materiam adii eo quidem consilio, ut demonstrarem, et quomodo fieret, ut ex propria atque una vi praepositionis tam multae ac diversae, ut videntur, prodirent et quomodo usus praepositionum per temporum seriem mutatus sit; quod neque ex Handii Tursellino, qui talis perscrutandi rationis etiam ignarus erat cuiusque sententiae magna ex parte obsoletae sunt — quamquam huius viri doctissimi merita nequaquam contemno — neque ex libris grammaticis recentioris aetatis intellegere possumus, quippe in quibus ex tota fere latinitate exempla inter se permixta nec secundum aetatem scriptorum disposita afferantur.

Pauci quidem viri docti in usu praepositionum perquirendo novam viam atque aetate nostra dignam ingressi sunt, praecipue Reissinger[1]), qui egregia cum sagacitate de *ob* et *propter* praepositionibus disseruit, Obricatis[2]) aliique, quorum rationem secutus de praepositionum in prisca latinitate i. e. usque ad centesimum fere annum ante Christum natum vi atque usu egi, qua ex quaestione etiam eorum virorum studia, qui de singulis praepositionibus apud singulos scriptores posterioris aetatis egerunt, novum fructum captura esse spero.

Iam prodeant alii, qui hoc fundamento satis firmo, ut puto, usi primum florentis aetatis, tum argenteae et posterioris latinitatis praepositiones tractent; nullo enim nisi hoc modo, id est per singula saecula progressi finem illius artis assequemur, quae semasiologia nominatur; cuius finis non parvi ratus interesse omnes locos, ubi praepositiones inveniuntur, semper praesto esse, in fine huius libelli indices addidi, quibus omnes fere locos afferri spero.

Praeter hoc consilium praepositionibus perquirendis vacavi spe permotus mihi scriptorum libris iterum atque iterum perlectis contingere posse, ut nonnullis mendis, praecipue eis, quae ad praepositionum usum spectant, mederer.

---

1) K. Reissinger: Über Bedeutung und Verwendung der Präpositionen *ob* und *propter* im älteren Latein, Landau 1897; II. Tl., Speyer 1900.

2) Obricatis, de *per* praepositionis latinae . . . usu, qualis obtinuerit ante Ciceronis aetatem, Regimonti 1884; Lommatzsch de praepositione *a* in thesauro linguae latinae egit. Pauca ad ea, quae hic vir doctus protulit, sub finem huius libelli addidi.

Absque

Grammatici latini nihil fere de hac praepositione docent. Priscianus (GLK III 28, 9): *Ergo a praepositione abs derivatum est adverbium absque.* Similiter idem scriptor de hac voce agit ibidem pag. 48, 24 sq., 52, 26 sqq.

Absque[1]) praepositionem, quae in formula nemini scriptori nisi poetis comicis nota *absque me, te, eo esset* vel *foret* invenitur, alteram partem enuntiationis condicionalis esse priore parte omissa Skutsch nuperrime docuit. 'Ich erinnere weiter an den Gebrauch von absque als kondicionale Partikel (in absque me esset u. dgl.). Diesen Sinn konnte absque wohl nur gewinnen, wenn es ursprünglich an den ersten Teil eines kondicionalen mit si eingeleiteten Vordersatzes einen zweiten anhängte. Es ist infolgedessen fähig geworden späterhin auch ohne vorausgehendes si kondicionale Perioden einzuleiten, etwa wie ähnliches bei ast geschehen ist.'[2]) Ortum est igitur illud *absque me esset* ex: Si hoc vel illud esset absque me esset, fieret, ... Coniungitur haec praepositio, quoniam in ea *a, abs*[3]) praepositio inest, quae hic 'entfernt von' valet, unde vis 'ohne' facile prodit, cum ablativo.

Plautus: Ba. 412: *Nam absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum* — Capt. 754 sq.: *Quod absque hoc esset... Usque offrenatum suis me ductarent dolis* — Men. 1022: *Nam absque te esset, hodie numquam ad solem occasum viverem* — Pers. 836 sq.: *Nam hercle absque me Foret et meo praesidio, hic faceret te prostibilem propediem* — Trin. 832 sq.: *Nam apsque foret te, sat scio in alto Distraxissent disque tulissent satellites tui me*[4]) — 1127: *Nam exaedificavisset me ex his aedibus, apsque te foret* —— Terentius: Phor. 188 sq.: *Nam absque eo esset Recte ego mihi vidissem* — Hec. 601: *Quam fortunatus ceteris sum rebus, absque una hac foret.*

Ad

De praepositione *ad*, quae cum voce got. *at* 'zu, an' cognata est, grammatici latini haec docent:

De ratione scribendi: Priscianus (GLK II 35, 2 sq.): *Antiquissimi vero pro ad frequentissime ar ponebant: arvenas, arventores, ar-*

1) cf. Jordan, Krit. Beiträge p. 308 sqq. Langen, Beiträge p. 283. Praun, AflL VI 197 sqq. Dziatzko-Hauler in Terentii Phormione tertium edito ad v. 188.

2) Fleckeisen. supplem. XXVII 89.

3) cf. Pl. Men. 345: *Aps qua.*

4) Trinummus erklärt von J. Brix, 4. Aufl. umgearbeitet von M. Niemeyer 1888, ad v. 832: 'Die Präposition absque wird in der Volkssprache stets mit Einschlufs des Bedingungssinnes für si sine ge-

vocatos, arfines, arvolare. Cledonius (GLK V 74, 26): *at per t coniunctio est, per d praepositio.* Idem iudicant: Pompeius (V 268, 35), Marius Victorinus (VI 10, 11), Longus (VII 69, 23), Caper (VII 95, 14), Cassiodorius (VII 154, 15), auctor anonymus (anecd. Helvet. ed. Hagen 291, 7); contra Terentius Scaurus (VII 11, 8 sq.).

De significationibus *ad* praepositionis grammatici sic disserunt: Charisius (I 234, 9 sq): *ad enim ad locum refertur, quasi 'ad illum eo', apud in loco, quasi 'apud illum sum.'*[1] — Idem (I 415, 7 sqq.): *His praepositionibus* (sc. *a* et *ex*) *contraria potestate sunt ad et in, quae et ipsae non unum idemque significant, quia 'in forum ire' est in ipsum forum intrare, 'ad forum' autem 'ire' in locum foro proximum; ut in tribunal et ad tribunal venire non unum est, quia ad tribunal venit litigator, in tribunal vero praetor aut iudex.* Similiter sentiunt Servius, comment. in Donatum (IV 419, 8 sqq.), Beda (VII 263, 8 sqq.), Audax (VII 354, 24 sqq.).

Priscianus (III 37, 7 sqq.): *Ad tam in compositione quam in appositione plerumque proximitatem significat, ut adeo, adcurro, advenio, assideo, ad Troiam pro iuxta Troiam, ad urbem pro iuxta urbem, ad balneas Pallacinas, hoc est iuxta balneas. est etiam causalis, ut 'ad quid hoc fecisti?', hoc est cuius causa, et similitudinis, ut accomodatus, adaequatus, assimilis, ad unguem. Significat etiam contrarietatem, ut 'ad illum mihi pugna est', hoc est contra illum. pro temporali quoque accipitur, ut Sallustius in I historiarum: 'ad bellum Persi Macedonicum', hoc est usque ad bellum Persi. additionis quoque, ut 'ad haec mala.'*[2] Idem (III 358, 15 sq.): *Romani apud arbitrum et ad Troiam tamen pro apud Troiam.*

Probus (IV 150, 93 sqq.): *In et ad praepositiones hanc volunt aliqui habere discretionem, ut puta qui dixerit 'in forum eo' in ipsum forum ire intellegatur; qui vero dixerit 'ad forum eo', ad locum, qui proximus est foro, ire reperiatur. sed hoc monemus, quod haec discretio supervacua esse inveniatur, siquidem et auctores isdem praepositionibus sine discretione usi reperiantur.*[3]

Donatus (IV 319, 13 sqq.): *Ad et apud cum unius casus sint, diverso modo ponuntur. Dicimus enim: 'ad amicum vado', 'apud ami-*

---

braucht und nur bei unpersönlichem esset und foret, daher absque te esset = si tu non esses . . . Aufser den Komikern haben absque nur Schriftsteller des silbernen Zeitalters gebraucht, aber ohne kondicionalen Sinn für praeter, sine. Die eigentümliche Stellung von te ist hier durchs ⟨anapästische⟩ Metrum veranlafst.'

1) Iam Lucilius docet, qua re *ad* et *apud* praepositiones a se differant. — Iam in prisca latinitate has praepositiones saepe promiscue positas esse infra (pag. 483) demonstrabo.

2) Fortasse Priscianus hic de loco illo Terentiano (Andr. 215) cogitavit: *Ad haec mala hoc mi accedit etiam.*

3) Apertum est Probum ei doctrinae, quam apud Charisium legimus (GLK I 415, 7 sqq.), hic rescribere.

cum sum', nam neque 'apud amicum vado' certe dicitur, neque 'ad amicum sum.'

Servii comment. in Donatum (IV 419, 4 sqq.): *Ad et apud diversas habent significationes. nam ad ad locum significat, ut 'ad patrem vado', apud vero in loco, ut 'apud parentem sum'. Sed ad non numquam auctoritate etiam in loco reperitur.* Idem IV 442, 12 sqq., 517, 17 sqq., 564, 17. Anecdot. Helv. ed. Hagen 216, 2.

Cledonius (V 25, 11 sqq.): *Ad et apud dum unius casus praepositiones sunt, ad itineralis est, apud localis, licet hoc poetae contemserint.* Idem (V 77, 2 sqq.): *Ad et apud cum unius casus sunt: apud tantum in loco significat, ut 'apud amicum sum', nec possumus dicere 'apud amicum vado'; ad vero et in loco et ad locum significat: nam dicimus et 'ad amicum sum' et 'ad amicum vado'.*

Pompeius (V 273, 4 sqq.): *Ad et apud accusativae sunt quidem, sed discretionem relinquunt in loquendo. quando ad locum nos ire significamus, ad ponitur; quando 'in loco sumus', apud ponitur. puta: 'ad amicum vado', 'apud amicum sum'. Non possum dicere aut 'apud amicum vado' aut 'ad amicum sum', lege quidem artis; ceterum exemplorum lege convertitur iste tractatus. Interim nos hodie hoc teneamus, ut ad semper ad locum sit, apud semper in loco sit.* Similiter iudicant Marius Plotius Sacerdos (VI 450, 17 sqq.), Caper (VII 92, 6), Arusianus Mess. (VII 451, 18).

Terent. Scaurus (VII 29, 8 sqq.): *Varro adverbia localia, quae alii praeverbia vocant, quattuor esse dicit, ex, in, ad, ab . . . ad locum, ad quem adimus, ut ad parietem* (sc. significat). Idem VII 30, 18. 34, 5 sq. Pariter sentit Asper (Anecd. Helv. ed. Hagen 58, 5, 8). Audax (VII 355, 12 sqq.): *Ad et apud praepositiones sic intelleguntur, ut puta si dicas 'ad quem studet?' significat: adversus quem machinatur; at vero si dicas 'apud quem studet?' significat: ex quo discit.*

I. De proprio usu

Significat *ad* praepositio personam vel locum, cuius in viciniam vel quo persona vel res admovetur, venit, locum, quem attingit, cui appropinquat vel appropinquare tentat.

A. Praecipue cum verbis cum praepositione ipsa compositis coniungitur.

1. Cum personis: Plautus: Capt. 478: *Accessi ad adulescentes* — Poen. 179: *Leno ad se accipiet* — Cist. 710: *Accurrimus ad Alcesimarchum* — As. 526: *Ad te accersi iubes* — Rud. 1199: *Ego cum adeo arcessi huc ad me* — As. 915: *Adducam ad lenam* — Rud. 497: *Quom in aedis me ad te adduxisti*[1]) — As. 722: *Ad*

1) Sub finem versus aut cum Camerario *tuas* supplendum est aut *domum* cf. Mil. 121. Vide C. F. W. Muellerum, in Festschrift für Friedländer p. 543 sqq.

me adi[1]) — Stich. 237: *Adibo ad hominem* — As. 231: *Si alius ad me prius attulerit* — Ba. 1151: *Ego ad hunc iratum adgrediar* — As. 769: *Ad eorum ne quem oculos adiciat suos*[2]) — Ps. 1233: *Qui illum ad me hodie adlegavit* — Poen. 671: *Si ego illum hodie ad med hominem adlexero* — As. 236: *Nec quemquam interea alium admittat prorsus quam me ad se virum* — Aul. 770: *Quod ad me attinet.* Nonnullis locis verbum *attinendi* omittitur: Men. 722: *Quid id ad me?* — Poen. 1021: *Quid istuc ad me?* — Amph. 466: *Iam ille illuc ad erum quom Amphitruonem advenerit* —— Enn. tr. 314: *Ad vos adveniens* — 394: *Ad eum aditavere* — 303: *Ad me adire* —— Cato 25, 5: *Quid id ad vos attinet?* —— Terentius: Andr. 123: *Accedo ad pedisequas* — Phor. prol. 29: *Voluntas vostra si ad poetam accesserit* — Eun. 335: *Adcurrit ad me* — Eun. 510: *Iussit me ad se accersier* — Eun. 503: *Ad me adducito* — Andr. 315: *Adeon' ad eum?* — 768: *Ad vos adferri* — Eun. 143: *Ad virginem animum adiecit* — Andr. 57: *Ad philosophos adiungant* (sc. animum) — Eun. 281 sq.: *Fac ut admittar Ad illam* — Andr. 446: *Animum ad uxorem adpulit* — 924 sq.: *Adplicat Primum ad Chrysidis patrem se.* Haut. 393 — Ad. 134: *Nil ad me attinet.* — Hoc verbum omittitur Eun. 826: *Quid is obsecro ad nos?* — Andr. 319: *Ad te advenio* —— Lucil. 990: *Cum ad me accedit* — 961: *Quid id attinet ad te?* —— P. Corn. Scip. Afr. (M. 193): *Ad iudicem adduxi* —— Acc. praet. 19: *Ad me adpellere* —— Afran. 414: *Accedo ad te* —— Nov. 87: *Dotem ad nos nullam attulas* —— CIL I 199, 45: *Ad nos adeant.*

2. cum rebus.

a) cum concretis: Plautus: Poen. 485: *Tam crebri ad terram accidebant quam pira* — Amph. 264: *Neque ego hunc hominem hodie ad aedis has sinam umquam accedere* — Truc. 258: *Quid tibi ad hasce accessio aedis est?* — Aul. 102: *Nam ad aedis nostras nusquam adiit* — Most. 68: *Ad villam adferat* — Pers. 793: *Ne te ad terram . . . adfligam* — Vid. 106: *Adligari ad horiam* — Mil. 1112: *Ad equas fuisti scitus admissarius* — Merc. 32: *Quae nil attingunt ad rem* — Rud. 611: *Nunc quam ad rem dicam hoc attinere somnium* — 116: *Advenire ad alienam domum* — Amph. 325: *Vox mi ad aures advolavit.* Merc. 864. Rud. 332. —— Enn. com. 3: *Ad genua accidit*[3]) —— Cato d. a. 102: *Ad ipsum morsum stercus suillum adponito* — 83, 3 (J.): *Sese ad convivia adplicabat.* —— Terentius: Andr. 130: *Ad flammam accessit* — Hec. 482: *Ad auris sermo mi accessit tuos* — Ad. 834: *Adtentiores sumus ad rem omnes.* 954 —

1) Saepissime apud verbum *adire* praepositio omittitur. cf. As. 150. Cas. 894. Ter. Andr. 534. Phor. 252. 285. vide Langen, Beiträge p. 101 sq.

2) Cum Bothio *quem⟨quam⟩* scribi volo. cf. v. 236. Cist. 656. Men. 795.

3) Eadem verba occurrunt in Ter. Hec. 378.

Phor. 481: *Quod ad hanc rem attinet.* Hinc fit, ut dici possit: *esse ad* = Bezug haben auf: Phor. 861: *Nam nil ad hanc rem est* — Eun. 255: *Ad macellum ubi adventamus.* —— Lucil. 419: *Ad incita adegit* — 21: *Ad cenam adducam.* Verbum *attinendi* omittitur in versu 497: *Quid ad aurum?* —— Acc. tr. 449: *Nota vox ad auris accidit.*[1]) —— Afran. 137: *Appellant huc ad molem nostram naviculam.*

b) cum abstractis: Plautus: Aul. 50: *Utinam me divi adaxint ad suspendium* — Men. 83: *Nam ⟨hoc⟩ homini misero si ad malum accedit malum* — Cas. 518: *Addito ad compendium* — Ba. 112: *Ad nequitiam adducier* — Aul. 202: *Mecum adire ad pactionem* — 801: *Ita mihi ad malum malae res plurumae se adglutinant* — Pers. 347: *Nam ad paupertatem si admigrant infamiae* — Cas. prol. 47: *Postquam ea adolevit ad eam aetatem*[2]) i. e. eam aetatem assecuta est — As. 633: *Med ad mortem appulerunt* — Ba. 378: *Ad probrum, damnum, flagitium adpellere* — Trin. 270: *Ad frugem adplicare animum* — Men. 330: *Dum ego haec appono ad Volcani violentiam* — Trin. 1025: *Nisi etiam laborem ad damnum apponam epithecam insuper.* —— Cato d. a. 3, 1: *Ubi aetas accessit ad annos XXXVI* — 65, 7 (J.): *Citer ager alligatus ad sacra erit.* —— Terentius: Ad. 111: *Tu homo adigis me ad insaniam* — 606: *Ad contumeliam omnia accipiunt magis*[3]) — Andr. 215: *Ad haec mala hoc mi accedit etiam.* — Verbum *accedendi* omittitur Andr. 300: *Ne ad morbum hoc etiam* — Ad. 358: *Ad nequitiem adducere*[4]) — Andr. 56: *Ut animum ad aliquod studium adiungant* — prol. 1: *Poeta quom primum animum ad scribendum adpulit* — Haut. prol. 23: *Ad studium hunc se adplicasse musicum.* —— Pac. tr. 277 sq.: *Ni etiam hunc ad malam Aetatem adiungas cruciatum* — 17: *Sed cum animum attendi ad quaerendum, quid siet.*[5]) —— Acc. tr. 411: *Prima ex immani victum ad mansuetum applicans.* —— Turpil. 176: *Si etiam istuc ad malam aetatem accessit mali.* —— Atta 14: *Ad hanc fortunam accessit fortuna ei paris.*

Cum substantivis: Pac. tr. 23: *Qui sese adfines esse ad causandum volunt.* —— Fr. tr. ex inc. fab. 203: *Mors misera non est, aditus ad mortem est miser.*[6])

---

1) Verisimile est hoc loco scribendum esse: *Nota vox ⟨mi⟩ ad a. a.* cf. Plauti Amph. v. 325. Merc. 864. Rud. 234. 332. Ter. Hec. 482.

2) Scribendum esse puto: *ad eam aetatem ⟨usque⟩* cf. Cist. 70. Poen. 676.

3) i. e. sie fassen alles mehr (leichter) nach Seiten der Beschimpfung hin auf. cf. Ter. Eun. 81 sq.: *Vereor ne illud gravius Phaedria Tulerit neve aliorsum atque ego feci acceperit.* ib. v. 876: *Equidem pol in eam partem accipio.*

4) Terentius Plautum (Ba. 112) imitari videtur.

5) Sic Iunius contra codicum fidem: *animo*; recte, ut mihi videtur.

6) Similem sententiam habes in Pl. Capt. 741: *Post mortem in morte nil est quod metuam mali.*

B. cum ceteris verbis compositis.

1. cum verbis cum praepositionibus compositis, in quibus ut in praepositione *ad* admovendi, appropinquandi vis inest.

a) cum personis: Plautus: Mil. 801: *Ut sese ad eum conciliarem*[1]) — Cur. 398: *Nam illaec catapultae ad me crebro commeant* — Amph. 335: *Optume eccum incedit ad me.* Trin. 1151. — Cist. 89: *Quo is homo insinuavit pacto se ad te?*[2]) Mil. 105. — Capt. 108: *Nunc ad eum pergam* — Men. 1140: *Quomodo haec ad te pervenit?* — Mil. 523: *Transcurre curriculo ad nos.* 525 — Cas. 579: *Iamne hanc traduxti huc ad nos?* — 145: *Ego huc transeo in proxumum ad meam vicinam.* Stich. 437. — Ep. 30: *Ad hostis transfugerunt* — Cato 17, 4: *Ad hostis transfugere* — Terentius: Haut. 1001: *Ad Menedemum hunc pergam* — 744: *Traduce huc ad vos* — Phor. 719: *Transito ad uxorem meam* — Caec. 207 sq.: *Nec quem dolum ad eum aut machinam commoliar — Scio*[3]) — Pomp. Bon. 171: *Ad eum ut conquexi.*

b) cum rebus.

α) cum concretis: Plautus: Ba. 981: *Ad lacrumas coegi hominem* — Aul. 666: *Tantisper huc ego ad ianuam concessero* — Pers. 608: *Ut praedati pulcre ad castra convortamini* — Ps. 587: *Ad oppidum ... meum exercitum protinus obducam* — Rud. 1106: *Quid id ad vidulum pertinet* — Cato d. a. 93: *Ad oleam circumfundito* — 36: *Amurcam ... inriges ad arbores* — Terentius: Andr. 751: *Concede ad dexteram* — 355: *Percurro ad forum* — Eun. 763: *Transcurro ad forum* — Lucil. 896: *Pertinet ad rem* — Cl. Quadr. 49: *Quod verminatum ne ad cancer perveniret* — Sisenna 125: *Adque Aenariam suos continuatur* — 56: *Ad Nuceriam convertit* — 54: *Ad mare perfluebat* — 32: *Et inde ecum concitatum princeps ad hostium permittit aciem* — Fr. tr. ex inc. fab. 239: *Horridi transeunt ad pedes ex equis.*[4])

β) cum abstractis: Plautus: Capt. 276: *Ut facete orationem ad servitutem contulit.* Hinc fit, ut dici possit Aul. 497 *Ni-*

---

1) Mil. glor. erklärt von Lorenz 1869, ad v. 793: 'Conciliare aliquem ad aliquem wohl nur hier, da an ein domum deducere gedacht wird, sonst steht aliquem alicui.'

2) ibidem ad v. 105: 'Insinuare se ad aliquem steht nur noch Cist. I 1, 91, ebds. 94: insinuavit (ohne se) in amicitiam cum matre et mecum simul, welches sich noch mehr dem echt klassischen insinuare (se) in consuetudinem (familiaritatem) alicuius nähert. Sonst findet sich das Wort nicht im komischen und älteren tragischen Drama.'

3) E talibus locis factum est, ut *ad* praepositio vim *contra*, quae ab initio ab ea aliena est, acciperet cf. Plaut. Capt. 534. Mil. 266. Ter. Haut. 545. — Huc trahendus est etiam Plaut. Trin. v. 723: *Credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore,* quod ἐξ ἀπροσδοκήτου dicitur, nam expectamus: aggressorem — ut hoc verbo utar — fore.

4) Hic versus Plauti Amph. v. 219 sqq. nobis in memoriam revocat, ubi item per creticos pedes pugna depingitur.

mis lepide verba fecit ad parsimoniam, quod nos vertimus: hinzielend auf, sich beziehend auf — Mil. 781: *Verba confer maxume ad compendium* — Ba. 1085: *Viso ecquid cum ad virtutem aut ad frugem opera sua compulerit* — Trin. 118: *Quin ad frugem conrigis?* — Rud. 1151: *Ad verum convorti* — Ps. 548: *Nequo te ad aliud occupes negotium* — Poen. 1126: *Perduxit omnis ad suam sententiam* — Trin. 93: *Ad amici partem an ad inimici pervenant* — Rud. 922: *Dum erus se ad suom suscitet officium* —— Terent. Andr. 672: *Non posse iam ad salutem convorti hoc malum* — Phor. 240: *Animum . . . ad cogitandum instituere* —— Sulla frag. 20: *Ad summam perniciem rem publicam perventurum esse.*

2. Cum verbis cum praepositionibus *ad* praepositioni contrariis compositis, ita ut et finis et exitus significetur.

a) cum personis: Naevius P. B. 46: *Redire ad suos populares* —— Plautus: Ba. 1178: *At scin quo pacto me ad te intro abducas?* — Aul. 334: *Huc intro abi ad nos* — Men. 847: *Hi domum me ad se auferent* — Capt. 589: *Propterea ad patrem hinc amisi Tyndarum* — Mil. 121: *Hic postquam in aedis me ad se deduxit domum* — Men. 525: *Ad aurificem deferas*[1]) — 804: *Mea ornamenta clam ad meretrices degerit* — Aul. 317: *Homo ad praetorem plorabundus devenit* — Mil. 1110: *Is ad hos nauclerus hospitio devortitur.* Poen. 673. Trin. 673[2]) — Truc. 716: *Dum sic faciat domum ad te exagogam* — Ba. 794: *Iam exeo ad te* — Ep. 633: *Effero ad te argentum* — Stich. 737 sq.: *Ad amores tuos* — *Foras egredere* — Ba. 1008: *Pudet prodire me ad te* — Poen. 1369: *Malum postremo omne ad lenonem reccidit* — Capt. 831: *Recipit se ad me* — As. 920: *Quid tibi hunc receptio ad test meum virum* — Aul. 209: *Redeo ad te* — Capt. 686: *Reducem fecisse liberum in patriam ad patrem* — Cas. 144: *Referte anulum ad me* — As. 170: *Ut remittam ad te* — Aul. 203: *Iam ⟨ego⟩ ad te revortar* — Truc. 396: *Reversionem ut ad me faceret* —— Cato 39,8: *Prorsus devertebantur pro hospitibus ad amicos suos*[3]) —— Terentius: Haut. 335: *Immo ad tuam matrem abducetur* — 117: *Ad regem . . . abiit* — Eun. 352: *Huc deductust ad meretricem Thaidem* — Haut. 822: *Iam argentum ad eam deferes* — 750: *Tantum devenisse ad eum mali* — Hec. 521: *Credo ipsum exire ad me* — Hec. prol. 47: *Recidere ad paucos* — Haut. 567: *Hominem amicum recipere ad te* — 1056: *Ad me recipio* — Andr. 622: *Ad me redeam.*[4]) Ad. 794 — Haut. 719: *Quid si redeo ad illos qui aiunt* — Phor. 317: *Ad te summa solum . . . rerum redit* — Andr. 799: *Eius morte ea ad me lege redierunt bona* Hec. 172 —— Lucil. 958: *Producunt me ad*

---

1) Haud scio an in versu sequenti scribendum sit: ⟨*unam*⟩ *unciam.*

2) Ubique ad verbum *devortendi hospes* vel *hospitio* additur, quod mihi demonstrare videtur vetustissimam atque sacram formulam illam esse.

3) cf. adnot. anteced. 4) cf. nostrum: zu sich kommen.

te — 717: *Non rediret ad se*[1]) — 671: *Tamen ad te hoc redibit*[2]) —— Sext. Turpilius 193: *Deinde cum ad te redierit res olim post mortem patris*[3]) —— CIL I 198 XIX: *Ad iudicem ... educito* — ib. LXII: *Pequniam omnem ad quaestorem redigere.*

b) cum rebus.

α) cum concretis: Plautus: Men. 1140 sq.: *Quae huc ad prandium Me abduxit* — As. 251: *Abiisti ad forum* — Rud. 165: *Ab saxo avortit fluctus ad litus scapham* — Poen. 1152: *Quos ego iam detrudam ad molas* — Merc. 259: *Ad navem devehor* — Ps. 200: *Devinxere ad taurum* — Most. 966: *Ne forte ad merendam quopiam devorteris* — Ps. 200: *Ego te distringam ad carnarium* — Mil. 1150: *Quom ex alto puteo sursum ad summum escenderis* — Cas. 564: *Ad forum procedere* — Amph. 664: *Redire ad navem* — Poen. 907: *Ad incitas lenonem rediget.* Trin. 537. — Rud. 549 sq.: *Redactus sum usque ad unam hanc tuniculam Et ad hoc misellum pallium* — Stich. 723: *Refer ad labeas tibias* — Cist. 559: *Ego te reduco et ⟨re⟩voco ad divitias* — Ba. 296: *Revorsionem ad terram faciunt* —— Enn. ann. 245: *Referunt ad pectora tonsas* —— Caecil. 215: *Ad restim res redit* —— Cato 34, 6: *Ad Hiberim adque Ruscinonem deferimur* — d. a. prooem. § 4: *Ut ad rem redeam* — 34, 1: *Redeo ad sementim* — 41, 4: *Replicato ... ad vitis caput* —— Terentius: Haut. 183: *Abduxi ad cenam* — Andr. 923: *Ad Andrum eiectus est* — Haut. 319: *Ad rem redi.* Ad. 185 — Phor. 648: *Ut ad pauca redeam.* Hec. 135 — Phor. 686: *Ad restim mihi quidem res redit* — Haut. 931: *Mi illaec vero ad rastros res redit* —— Lucil. 677: *Anu' rursum ad armillum* (supple: redit)[4]) —— Acc. tr. 402: *Molem ex profundo saxeam ad caelum erigit* —— Turpilius 145: *Ad rem redi* —— Val. Ant. 62: *Ad forum descendidit* —— Sis. 70: *Ad gladios certationem revocaverunt* —— Pomp. Bon. 13: *Exilui ... ad molam fullonis.*

β) cum abstractis: Naev. com. 92: *Primum ad virtutem ut redeatis* —— Plautus: Men. 133: *Hoc ad damnum deferetur* — 204: *Qui quidem ad mendicitatem properent se detrudere* — Cist. 166: *Dat eam puellam ei servo exponendam ad necem* — 665: *Extulisti nostram filiolam ad necem* — Rud. 612: *Numquam hodie quivi ad coiecturam evadere* — Ba. 1077: *Quam se ad vitam et quos ad mores praecipitem inscitus capessat* — Trin. 340: *Illi prodit vitam ad miseriam* — Ps. 708: *Porge audacter ad salutem bracchium* — Trin. 109: *Videtque ipse ad paupertatem prostratum esse se* — As. 139: *Ego pol te redigam eodem unde orta's, ad egestatis terminos* — 255: *Atque ad ingenium vetus vorsutum te recipis tuom* — Poen. prol. 46 sq.: *Ad argumentum ... volo Remigrare* —— Cato d. a.

1) cf. pag. 472 adnot. 4. 2) cf. Ter. Phor. 317.
3) cf. Ter. Andr. 799. Hec. 172.
4) cf. Apul. metam. VI 22: *Interea Cupido amore nimio peresus ... ad armillum redit*; id. IX 29. Otto Die Sprichwörter ... p. 28.

2, 2: *Ad rationem operum operarumque vilicum r e voca* — Terent. Haut. 929: *Ad inopiam r e digat patrem* — Andr. 559: *R e d ducunt animum aegrotum ad misericordiam* — Hec. 113: *Ad ingenium r e-dis.* Ad. 71[1]) — Phor. prol. 18: *Ad famem . . . r e icere* — Afran. 234: *R e vocas nos ambo ad periculum* — Porc. Licin. 6 (FPR p. 278): *Ad summam inopiam r e dactus est.*

cum adiectivo: Terent. Andr. 77 sq.: *Ita ut ingeniumst omnium — Hominum ab labore p r o clive ad lubidinem.*

C. cum verbis simplicibus.

1. cum personis: Plautus: Mil. 266: *Ad eum vineam pluteosque agam* — Capt. 652: *Currere ad me* — Cas. prol. 22: *Ut operam detis ad nostrum gregem* — As. 709: *Ad pistores dabo* — Capt. 1019: *Hunc . . . ad carnuficem dabo*[2]) — Ep. 38: *Ad hostis exuvias dabit* — Amph. 1042: *Iam ad regem recta me ducam* — Cist. 779: *Propera ire intro huc ad ⟨ad⟩finem tuom*[3]) — Cur. 412: *Ut has tabellas ad eum ferrem* — Truc. 880: *Fugito huc ad me* — Cur. 118: *Grandiorem gradum ergo fac ad me* — Truc. 589: *Quae ⟨huc⟩ ad me miserit*[4]) — Trin. 291: *Quin prius me ad pluris penetravi* — Aul. 760: *Te ad praetorem rapiam* — Pers. 752: *Sequere hac . . . me usque ad praetorem* — Amph. 256: *Ad nos veniunt* — Ba. 692: *Ut ad senem etiam alteram facias viam*[5]) — Mil. 491: *Hic ad me recta habet rectam viam* — Capt. 360: *Vin vocem huc ad te?* — Cato 64, 1: *Quam plures ad praetores et consules vinum honorarium dabant* — Terentius: Phor. 653: *In servitutem pauperem ad ditem dari* — Andr. 361: *Ego me continuo ad Chremem* (supple: dabo) — 184: *Eho dum ad me* (sc. ito)[6]) — Haut. 191: *Ad eam in urbem misit* — Ad. 60: *Venit ad me saepe clamans* — Haut. 301: *Ad dominas qui adfectant viam* — Afran. 181: *Me ad sese vocat* — CIL I 197, 11: *⟨Praedes⟩ ad quaestorem urbanum det.*

2. cum rebus.

a) cum concretis: Plautus: Merc. 465: *Ad portum ne bitas* — Cas. 443: *Recessim cedam ad parietem* — Capt. 797: *Ad*

---

1) cf. pag. 472 adnot. 4.

2) Vix dubium est, quin Rud. 857 scribendum sit: *Qui hunc ad carnificem darent.* Codices: *traderent*, quod homines posterioris aetatis consulto scripsisse puto.

3) Fortasse etiam in Rud. v. 1182 scribendum est: *Eamus intro ⟨huc⟩ omnes:* cf. Ba. 906. Ep. 157. Ter. Hec. 754. 4) Addidi.

5) Ad Afranii versus 168 sq.: *Nunc vide hoc quo pacto ego aurum in medium proferam Tu † Castalia cogita, tu finge, fabricare ut libet,* Ribbeck Plauti As. v. 102 comparari iubet: *Fabricare quidvis, quidvis comminiscere.* Multo similiores autem sunt versus Plauti Ba. 693 sq.: *Compara, fabricare, finge quod lubet, conglutina Ut senem hodie doctum docte fallas aurumque auferas.* Versu 693 sententia eorum confirmari videtur, qui putant in voce illa corrupta *Castalia* imperativi formam latere.

6) Nego Ter. Ad. 277 cum Dziatzkone *i* inserendum esse.

terram dabo.[1] Ps. 1100 — Merc. 797: *Ibo ad forum* — Ep. 276: *Quam ad rem istuc refert?* Pers. 593. Truc. 70 — Trin. 1039: *Ad parietem sunt fixae* — Cas. 420: *Scin tu rus hinc esse ad villam longe* — Men. 339: *Ad portum mittunt* — 666: *Properabo ad forum* — Aul. 264: *Sequere propere me ad macellum* — 506: *Quando ad villam veneris* = Cas. 120 — Cur. 350: *Vocat me ad cenam.*

Huc pertinet formula Plautina *promittere ad cenam*[2]), quae de eo ponitur, qui promittit se ad cenam venturum esse — *promittere ad cenam*, quae dictio contraria est dictioni *vocare ad cenam*, ex huius dictionis analogia formatur, ut talia saepe fiunt —, et *condicere ad cenam*[2]), quae de eo dicitur, qui non invitatus dicit se ad cenam venturum esse.

Men. 794: *Ad cenam ne promittat.* Stich. 596 — Men. 124: *Aliquo ad cenam condicam foras.* Stich. 433. 447.

Enn. ann. 42 sq.: *Quamquam multa manus ad caeli caerula templa Tendebam* — Cato d. a. 143, 1: *Ad cenam nequo eat* — 34, 8 (J.): *Ita nos fert ventus ad priorem Pyrenaeum*[3]) — d. a. 47: *ad arborem ponito* — 1, 4: *Ad villam cum venies* — 40, 3: *Librum ad librum vorsum facito* — Pac. tr. 121: *Ad stabula haec itiner contuli* — Terent. Andr. 226: *At ego hinc me ad forum.*[4]) Hic verbum *dandi* supplendum esse colligere potes ex Plauti Cur. v. 363: *Exinde me ilico protinam dedi.* Fragm. fab. cert. 15 — Ad. 582: *Ubi ad Dianae veneris*[5]) — Lucil. 96 sq.: *Ad portam mille a porta est sex inde Salernum Quattuor hinc Silari ad flumen portumque Alburnum* — Accius. tr. 566: *Sub axe posita ad stellas septem* — 318: *Ad urbem tendunt* — Titius (M. 204): *Inde ad comitium vadunt* — Titin. 3: *Ego ab lana soloci ad purpuram data* — Fr. tr. ex inc. fab. 86: *Ad Troiam cum misi* — CIL I 551, 1: *Viam fecei ab Regio ad Capuam* — 1166, 10 sq.: *aquam in opidum adque arduom pedes CCCXL fornicesque fecit,* verbum *fecit* et ad *fornices* et ad *aquam* trahendum esse puto, *aquam facere* i. e. aquam ducendam curare.

---

1) Verba, quae antecedunt, Fleckeisen sic correxit: *tum genu ut quemque icero* (codices: *ad quemque*) cf. C. F. W. Müller, Rh. M. LIV 386. Fleckeisenum recte illud *icero*, quod nonnulli in *iecero* mutare volebant, in textum recepisse etiam Accii praet. 24 docere mihi videtur: *Eoque ictu me ad casum dari.*

2) *Promittere ad aliquem*, Plaut. Stich. 483. 513 — *Condicere ad aliquem*, Stich. 433.

3) *primorem* coniecit Mommsen, *promontorium* Meyer.

4) cf. Andr. 361.

5) Arusianus Mess. (GLK VII 453, 29): *Ad illius quaero, ut subaudiatur templum sive fanum.* cf. Wölfflin AflL II 368 sqq. Cic. ep. XIV 2, 3 *a Vestae*, Livius X 47, 4: *a Martis*, CIL VI 2234 *fanatico ab Isis Serapis*, 8684: *Vilicus a Tritones* ibid. p. 616 cf. Pomp. Bon. 133: *Ad Veneris profectust.* Paul, Principien[3] p. 298.

b) cum abstractis: Naev. tr. 44: ***Ad mortem meant*** — Plautus: Aul. 526: *Ad postremum cedit miles* — Capt. 352: ***Hoc** cedere ad factum volo*[1]) — Amph. 809: *Haec **me modo ad mortem** dedit*[2]) — As. 574: *Ubi saepe ad languorem **tua duritia dederis** octo* — Trin. 818: *Eo ego igitur intro ad officium meum* — Cist. 40 sq.: *Neque ego hanc superbiai Causa pepuli ad meretricium quaestum* — Cas. 517: *Ponito ad compendium.*[3]) 519. — Ba. 412: *Ego illum haberem rectum ad ingenium bonum* — Trin. 645 sq.: *Facilem fecit et planam viam Ad quaerundum honorem* — Terentius: Haut. 806 sq.: *Me . . . ad languorem dedit* — 487 sq.: *Ibit ad illud ilico, Quo maxume apud te se valere sentiet* — Eun. 626: *Inde ad iurgium* (sc. eunt) — Haut. 165: *Qui illum ad laborem hinc pepulerim* — 481: *Quantam fenestram ad nequitiem patefeceris* — Lucilius 234: *Ad principium venio* — P. Scipio Afric. Min. (M. 180): *Ut ad censum nemini necessum sit venire* — Acc. praet. 24: *Eoque ictu me ad casum dari.*

D. Denique *ad* praepositio etiam cum verbis coniungitur, in quibus vis quaedam motus implicite inest, praecipue

1. cum verbis spectandi, visendi.

a) cum personis: Plautus: Capt. 570: ***Agedum aspice ad** me* — Men. 108: *Nunc ad eum inviso.* Capt. 458. Merc. 555. 555[b]. Stich. 66 — Most. 837: *At tu isto ad vos optuere* — Mil. 553: *Me despexe ad te* — Capt. 835: *Respice ad me.* Cas. 632. Cur. 113[a]. Poen. 857. Ps. 244. Stich. 331. Trin. 1068. Truc. 257 — Truc. 320: *Nunc ad eram revidebo* — 433: *Ad me revisas* — Most. 835: *Quaeso huc ad me specta* — Ba. 529: *Ibo ut visam huc ad eum.* Mil. 520. Truc. 497 — Terent. Ad. 889: *Ego huc ad hos proviso* — Andr. 417: *Respice ad eum.* Eun. 342. Phor. 740 — Hec. 237: *Nemo voluit visentem ad eam te intro admittere.* 339 — Lucil. 923: *Ad te — Spectent.*

b) cum rebus: Plautus: Cist. 693: *Ad terram aspice.* Merc. 879 — CIL I 1027, 1: *Hoc ad grumum ad laevam aspice* — Plaut. Mil. 609: *Sterilis hinc prospectus usque ad ultumamst plateam probe* — 361: *Respicedum ad laevam* — Poen. 711: *Specta ad dexteram* — Capt. 894: *Vise ad portum.* Ep. 303 — Enn. ann. 83: *Spectant ad carceris oras.*

2. cum verbis nuntiandi, iurandi, profitendi, scribendi, cum is, qui nuntiat, iurat, scribit, verba ad alterum mittat.

---

1) Pl. Captivi erklärt von Brix, 5. Aufl. von Niemeyer ad hunc versum: '*ad factum* = ad effectum: Accusativ vom Verbalsubstantiv **factus**: vgl. Aristoph. Frösche 883: νῦν γὰρ ἀγὼν σοφίας ὁ μέγας χωρεῖ πρὸς ἔργον ἤδη.' cf. Wochenschrift f. klass. Phil. 1898, 45 (Plasberg).

2) cf. Thielmann, das Verbum dare p. 121 sqq.

3) Langen, Plautin. Studien p. 328, putat hominem recentioris aetatis ex hac phrasi finxisse Mil. 781: *Verba conferre ad compendium.*

Plautus: Capt. 360: *Quae ad patrem vis nuntiari.*[1]) 384. Merc. 177. Mil. 116. Most. 233. Truc. 702 — Mil. 962: *Egone ut ad te ... esse auderem internuntius* — Men. 1127: *Ad nos renuntiatumst.* Ba. 157. Stich. 599 —— Cato d. a. 144, 2: *Omnes iuranto ad dominum aut ad custodem.* 145, 2 —— Terent. Andr. 728: *Si forte opus sit ad erum iurato mihi* —— CIL I 206, 1: *Ad consulem profiterei.* ibid. 3, 4, 5, 7, 8, 9 (bis), 10, 11 (bis) —— Lucil. 598: *Veterem historiam inductus studio scribis ad amores tuos* —— Val. Antias 21: *Ad senatum scripsit.*

3. cum aliis verbis: Cato 36, 3: *Interea ad socios nostros sedulo dispertieram alio frumentum, alio legatos.* Inest in hoc verbo vis *dandi.*

Plaut. Rud. 1282: *Quem ad recuperatoris modo damnavit Plesidippus,* i. e. quem iussit ad recuperatores ire.

Huc pertinent etiam

Pac. tr. 363: *Exhalat auram ad auroram umidam* —— Afran. 404: *Ad med expiras.*

II. Non modo finis, ad quem persona vel res pervenit, cui appropinquat, sed etiam finis, in quo actio vel status desinit, *ad* praepositione significatur.

A. Locus notatur, usque ad quem actio procedit

Naev. com. 135: *Ingurgitavit usque ad imum gutturem* —— Plautus: As. 340: *Quibus subtritae ad femina iam erant ungulae* — Ba. 242: *Tondebo auro usque ad vivam cutem* — Pers. 829: *Qui me usque admutilavisti ad cutem* —— Cato 37, 18: *Enim vero usque istuc ad lignum dele.* Dicitur de ligno, supra quod cera ad inscribendum lita erat — d. a. 19, 2: *Id ad mediam conlibrato* —— CIL I 1252, 7: *Usque at tegulas faciundum coeraverunt* — 1412: *Murum ab fornice ad circum faciundum coiravere.*

B. Tempus significatur, ad quod actio procedit

1. cum propriis temporis significationibus: Plautus: Mil. 1079: *Vivont ab saeclo ad saeclum* — Trin. 301: *Semper ego usque ad hanc aetatem ab ineunte adulescentia* (sc. servivi) — Amph. 253: *A mani ad vesperum.* Mil. 503. Most. 767 — As. 630: *Hodie numquam ad vesperum vivam* — Most. 582: *Quid si hic manebo potius ad meridie?*[2]) — Most. 133: *Nam ego ad illud frugi usque et probus fui* — Vid. 90: *Quam ad redditurum te mihi dicis diem* —— Cato d. a. 104, 2: *Hoc vinum durabit tibi usque ad solstitium* —— Caecilius 73: *Sine suam senectutem ducat usque ad senium sorbilo*

---

1) Brix ad Capt. v. 381: 'Bei ad patrem denkt man mehr an die Adresse, für welche die Nachricht bestimmt ist.'

2) Contra codicum fidem: *meridiem* sic scribendum esse Usener (Jahrbücher für classische Philol., herausgegeben von A. Fleckeisen 117 pag. 78 sq.) docuit.

—— Terent. Hec. 442: *Maneamne usque ad vesperum*[1]) — Phor. 524: *Quam ad dares huic, praestituta* (sc. dies) —— Lucil. 1020[b]: *A mane ad noctem*[2]) —— CIL I 198 LXV: *Facito quomodo prode-⟨ixerit⟩ ea omnia maiore parte diei adeam diem.*

2. cum aliis vocabulis: Plautus: Men. 175: *Inde usque ad diurnam stellam crastinam poterimus*[3]) — 928: *Perdormiscin usque ad lucem?* — 1022: *Hodie numquam ad solem occasum viverem* — Trin. 290: *Quia ego ad hoc genus hominum duravi* — Ep. 269: *Usque ad mortem ut serviat* —— Cato d. a. 112, 2: *Ita relinquito usque ad vindemiam.* 125 — 30: *Et frondem usque ad pabula matura* (sc. praebeto) — 156, 2: *Demittito ad modum dum quinque numeres* —— Terent. Eun. 278: *Neve usque ad lucem vigiles* —— Lex Plact. (FIR p. 43): *Usque supremam ad solem occasum.*

C. Cum significationibus numerorum coniuncta *ad* praepositio notat

1. summam vel minimam mensuram, usque **ad** quam copia procedit, quam non transgreditur.

Cato d. a. 158, 2: *Haec omnia decoquito usque ad sextarios III iuris* —. 98: *Amurcam decoquito ad dimidium*[4]) — 38, 1: *Usque ad pedes tres summam latam redigito.*

Huc pertinet formula illa: *ad unum*, quae explicanda est: actio vel ad ultimum, ad unum procedit, hunc quoque tangit.

Lucil. 13: *Omnes dicamur ad unum*[5]) — 363 sq.: *Omnis* ... *foras eiecit ad unum* — 758: *Delectionem nostri ad unum exercitus.*

2. Ex *ad* praepositionis vi herankommend an, sich nähernd an facile illa ungefähr prodit. Numerus enim notatur, quem actio non assequitur, sed cui appropinquat.

Plaut. Epid. 296: *Ad quadraginta fortasse eam posse emi minumo minas* — Trin. 152: *Nummorum Philippeum ad tria milia* —— Terent. Haut. 145 sq.: *Quasi talenta ad quindecim Coegi* —— Sis. 39: *Quibus occisis actuarias ad viginti navis, item complures onerarias incendunt* — 36: *Ad binum milium numero sauciis utrimque factis.*

D. Status notatur, ad quem actio procedit, qui actione efficitur.

1. cum substantivis: Naev. com. 134: *Depuit me miseram ad necem*[6]) —— Plautus: Aul. 336: *Usque ad ravim poscam.* Cist.

---

1) AC[1] *ad vesperam* cf. Neue I[2] 572 sq.

2) Haud difficile intellectu est, cur Lucilius formulam *a mane ad noctem* formulae *a mane ad vesperum* praetulerit. *Vesperum* (– ◡ ⏑̲) enim haud facile ad hexametrum quadrat.

3) Recensio P praebet: *potabimus*, quod in textum recipiendum esse censeo.

4) cf. 107, 2: *Usque coquito, dum dimidium excoquas.*

5) Sic Dousa coniecit. Codices: *Nomen dicatur ad unum.*

6) Hoc quoque loco ante *ad necem* adici potuit vocula *usque* cf. exempla, quae sequuntur, praecipue Terent. Andr. 199. Phor. 327. Ad.

304 — 70: *Amarum ad satietatem usque oggerit.* Rud. 758 — Men. 90 sq.: *Dum tu illi quod edit et quod potet praebeas Suo arbitratu ⟨usque⟩ adfatim cottidie*[1]) — As. 41: *Usque ad mortem volo* (sc. te excreare) — Mil. 163: *Ni usque ad mortem male mulcassitis* — Terentius: Ad. 90: *Mulcavit usque ad mortem* — Andr. 199: *Verberibus caesum . . . usque ad necem.* Phor. 327. Ad. 182.

Huc pertinet etiam formula illa notissima *ad modum*, quae explicanda est per: bis zum Maſs, bis das Maſs voll ist, unde significatio prodit: gar sehr.

Plaut. Most. 812: *Ergo inridere ne videare et gestire admodum* — Trin. 366: *Sed hic admodum adulescentulust* — Ter. Ad. 403: *Atque iratum admodum* — Lucil. 780 sq.: *Admodum causam gravem fore.*

2. cum adverbiis quibusdam: Afran. 249: *Iratus essem ad quo liceret.* 278. Praeter hos locos semper *quoad* invenitur, cuius verbi exempla ubique praesto sunt.

De coniunctione *ad* praepositionis cum adverbio *eo* vide Langen, Beiträge, p. 139 sqq.: 'Die zunächst liegende Bedeutung ergiebt sich aus der Zusammensetzung von selbst: bis zu dem Punkte, entweder temporal oder qualitativ, nie aber bei Plautus lokal, weder im eigentlichen noch im uneigentlichen Sinne.'

Huc spectare etiam verba *adsimiliter*[2]) (Plaut. Ba. 951), *approbe* (Trin. 957), *apprime* (Trin. 373. Ter. Andr. 61), *adaeque* (Cas. 685. Most. 30) Skutsch in scholis me docuit; quae verba non explicanda sunt per: sehr ähnlich, sehr gut etc., sed: dem similiter, dem probe nahe kommend = ziemlich ähnlich, ziemlich gut, cum adverbium pendeat ex praepositione *ad.* (cf. nunc AflL XII 213 sq.)

E. Haec exempla nos perducunt ad ea, ubi finis, quem quis sibi aliqua actione assequendum proposuit, *ad* praepositione notatur. Hic quoque cogitari de motu quodam ex his exemplis intellegitur, a quorum similibus totum hunc usum praepositionis *ad* profectum esse iure sumimus.

1. Plautus: Amph. 669: *Ad aquam praebendam commodum adveni domum* — Ep. 427: *Ego si adlegassem aliquem ad hoc negotium* — Men. 1112: *Cum patre ut abii Tarentum ad mercatum.* Most. 971 — Men. prol. 27: *Avexit secum ad mercatum* — Merc. 11: *Pater ad mercatum hinc me meus misit Rhodum* — Pac. tr. 378: *Ad manticulandum astu aggreditur* — Terent. Phor. 837 sq.: *Ego me ire senibus Sunium Dicam ad mercatum.* 893 — Ad. 231: *Ad mercatum venio* — CIL I 1492: *Qui ad subfragia descendunt.*

182, praeterea Pl. Ps. 216 sq., ubi verbum omittitur: *Usque ad languorem . . . tenes Quo se haec tendant quae loquor.*

1) *Adfatim* vel *affatim* invenitur in Liv. Andr. com. 4. Odys. 31. Ba. 496. Cist. 231. Men. 457. Mil. 980. Poen. 534. 867. Trin. 1185.

2) In Plauti Merc. v. 957 *adsimile* = *ad simile* idem fere est atque *ad exemplar.* cf. p. 482 G 2.

2. Hic usus ad verba transfertur, in quibus, quamquam motus propria notio non invenitur, metaphorice sententia appropinquandi vel non appropinquandi inest.

a) cum verbis: Plautus: Truc. 932 sq: *Omnes homines ad suom quaestum Callent et fastidiunt* — Fr. tr. ex inc. fab. 228 — Most. 862: *Exercent sese ad cursuram* — Rud. 188: *Hancine ego ad rem natam miseram memorabo*[1]) — Ba. 373: *Omnis ad perniciem instructa domus* — Cato 56, 2: *Aures nobis calliscerunt ad iniurias*[2]) — d. a. 115, 2: *Vinum ad alvum movendam concinnare* — 14, 3: *Quae opus sunt, dominus praebebit et ad opus dabit* — 123: *Vinum ad isciacos sic facito* — 15: *Uti dominus omnia ad opus praebeat* 15. Verbum omittitur 127, 1: *Ad dyspepsiam et stranguriam mederi.* 126. Intellege, quid facias (cap. 123) ad dyspepsiam i. e. ad dyspepsiam tollendam. Hinc fluit vis praepositionis *ad* = (Heilmittel) gegen. Cato d. a. 125: *Id est ad alvum crudam et ad lateris dolorem et ad coeliacum* — Lucil. 741: *Hoc invenisse unum ad morbum illum homini vel bellissimum.*

Terent. Haut. 450: *Quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem siet*[3]) — Cl. Quadr 59: *Ne nos ad certationem censeas haec incepisse* — Pomp. Bon. 66: *Age anus accinge ad molas.*

b) cum substantivis: Plautus: Mil. 1028: *Ad eam rem habeo omnem aciem* — Most. 99: *Argumenta dum dico ad hanc rem*[4]) — Vid. 36: *Sol est ad eam rem pictor* — As. 748: *Nam tu poetas prosus ad eam rem unicus* — Ep. 615: *Quin tu mihi adornas ad fugam viaticum* — Trin. 887: *Opus factost viatico ad tuom nomen*[5]) — Cato d. a. 31, 1: *Ad oleam cogendam quae opus erunt* — Terent.

---

1) Fortasse melius *me* ante *memorabo* quam cum Sonnenscheinio *esse me* ante *miseram* inseritur. Itaque hunc versum sic metior _ ◡́◡ _ ´ _ ´ ◡◡ ´ _ ◡́◡ _ ´.

2) Recte mihi Meyer in p. 118 editionis orator. Roman. fragm. interpretari videtur: ad iniurias i. e. Poenorum. Supplendum igitur esse puto, ut plane intellegas: ad iniurias excipiendas.

3) Apparet Terentium hoc loco Plautum — Ba. 373 — imitatum esse.

4) Quia in multis substantivis et verbis, quae cum praepositione *ad* coniunguntur, vis opportunitatis inest, *ad* praepositione ratio quaedam commodi — ut ita dicam — inter substantivum, quod e praepositione pendet, et alterum substantivum vel verbum significatur, ut *ad* cum substantivo pro dativo commodi persaepe poni videatur. Exempli causa: Plaut. Most. 99: *Argumenta dum dico ad hanc rem;* Most. 92: *Ei rei argumenta dicam.* Ps. 834: *Haec ad Neptuni pecudes condimenta sunt.* Cist. 786: *Nunc quod ad vos spectatores relicuom relinquitur.*

5) Fortasse memoria dignum est Lessingium nostrum, cum illam comoediam scriberet, quae der Schatz appellatur, in hoc Trinummi versu vel de sua vel de alius coniectura legisse: *opus face est et viatico.* Vertit enim: Ei so brauchte man ja wohl gar eine Laterne und einen Schnappsack zu Ihrem Namen. cf. Hölscher, Lessing als Dramatiker, Progr. Siegen 1842 p. 16.

Phor. 423: *Praeterierat iam ad ducendum aetas*[1]) — Andr. 57: *Canes ad venandum* — Phor. 224 sq.: *Ut fuerit vostra oratio In re incipiunda ad defendendam noxiam* —— Cl. Quadr. 8: *Ut facile intellegeretur magnum viaticum ex se atque in se ad rem publicam evertendam habere* —— Fr. tr. ex inc. fab. 81: *Expletis iam fere ad pariendum mensibus* —— CIL I 1008, 6 sq. (Buecheler, Anthol. 59, 6): *Auxilium ac decus ⟨futurum ad cunc⟩ta commoda atque incommoda.*

c) cum adiectivis et adverbiis: Plautus: As. 186: *Ad suom quemque hominem quaestum esse aequomst callidum.* 257. Ep. 428. Truc. 416[2]) — Merc. 630: *Ad mandata claudus, caecus, mutus, mancus, debilis* — Trin. 388: *Gravius tuom erit unum verbum ad eam rem quam centum mea* — Mil. 659 sq.: *Non invenies alterum Lepidiorem ad omnis res.* 804[3]) —— Cato d. a. 157, 4: *Optima est ad huiusce modi vulnus.* 161, 4 — 156, 1: *Lotiumque ad omnes res salubre est* — 157, 2: *Ad curationem validior est* —— Terent. Eun. 131: *Eius frater aliquantum ad rem est avidior* — Haut. 420 sq.: *Ingenio egregio ad miserias Natus sum* — 370: *Ad has res quam sit perspicax* —— Sempr. Asellio 2: *Nam neque alacriores ad rem defendundam neque segniores ad rem perperam faciundam annales libri commovere quicquam possunt.*

F. Etiam verba comparandi cum praepositione *ad* coniunguntur; nam qui suas virtutes cum alterius comparat, ponit quodammodo prope ad eas.

1. cum verbis comparandi: Plaut. Mil. 12: *Aequiperare suas virtutes ad tuas*[4]) —— Ter. Eun. 681: *Ne comparandus hic quidem ad illumst* —— Acc. tr. 648: *Ut vim contendas tuam ad maiestatem viri.*

2. Verbum comparationis omittitur: Plaut. Capt. 275: *Nam ad sapientiam huius nimius nugator fuit* — Mil. 968: *Ad tuam formam illa una dignast*[5]) —— Terentius Eun. 361: *At nil ad nostram hanc?*

---

1) Nego in hac lectione cum Dziatzkone aut Haulero quicquam mutandum esse, quoniam plane cum praepositionis *ad* usu congruit.

2) In hoc versu post vocem *quaestum* insero *hominem.*

3) Huic versui sic mederi conor: *Lepidioris duas ad hanc rem quam ego. ⟨ergo⟩ habe animum bonum.*

4) Mil. glor. erklärt von Lorenz, ad v. 12: 'Die Construction aequiperare aliquid (aliquem) ad aliquid findet sich wohl nur hier. Cicero sagt statt des letzten: cum aliquo. Verr. 18, 2. pro Murena 14, 31. Pacuvius 407: alicui (auch Enn. ann. 131?) und so auch Livius V 23, 6: Solis Iovisque equis aequiperatum dictatorem.'

5) Mil. glor. erklärt von Lorenz, ad v. 960: 'Ad tuam formam dignast, hier sind ohne Zweifel zwei Constructionen vermischt. Ad formam illa una tecum comparari potest . . . und illa una digna est tua forma, hieraus entstand in nachlässiger Ausdrucksweise: Ad tuam formam illa una digna est (quae comparetur), wo ad mehr 'im Vergleiche mit', 'im Verhältnis zu' zu bedeuten scheint.'

G. Vis appropinquationis, quae inest in ***ad*** praepositione, etiam ibi perspicua est, ubi nos praepositionem vertimus per entsprechend, gemäfs. Prodiit enim hic usus ex talibus coniunctionibus, quales invenimus in Catonis de agricultura libro: 18, 2: *Arbores ad stipitem primum derectas* — 20, 1: *Eam rectam stare oportet in medio ad perpendiculum* — 161, 1: *Ad lineam palo grana . . . demittito.* Facio enim, ut id, quod *ad lineam, ad perpendiculum* derigo, demitto, quam proxime ad lineam, ad perpendiculum accedat, cum linea congruat. Hanc vim multo saepius tropicam quam propriam invenimus.

1. Vis motus etiam satis perspicua est in duobus his prioribus casibus.

Liv. Andr. tr. 5 sq.: *Tum autem lascivum Nerei simum pecus Ludens ad cantum classem lustratur* —— Plaut. Poen. 984: *Ad horum mores linguam vortero.*

Plaut. Mil. 669: *Quid ad illas artis optassis?* — Cist. 71: *Ad istam faciemst morbus.* — Merc. 428: *Mandavit, ut ad illam faciem, ita ut illast, emerem sibi.* 427 — Rud. 317: *Recalvom ad Silanum senem*[1]) — Trin. 874: *Alterum ad istanc capitis albitudinem.*

2. Huc pertinent frequentissimae illae formulae: ***ad hoc exemplum, ad hunc modum*** aliaeque.

Plaut. Merc. 265: *Ad hoc exemplum numquam* (sc. amavi) —— Ter. Hec. 163: *Ad exemplum ambarum mores earum existimans* —— CIL I 1161: *Ad idem exemplum.*

Plaut. Ba. 749: *Quid istis ad istunc usust conscriptis modum* —— Cato d. a. 18, 1: *Ad hunc modum vasa conponito* —— Ter. Hec. 676: *Quod sollicitere ad hunc modum.*

Cato d. a. 41, 4: *Ad eundem modum* —— Ter Ad. 424: *Conservis ad eundem istunc praecipio modum.*

Plaut. Ba. 474: *Quem ad modumst* —— Acc. tr. 380: *Quem admodum impetum occupemus facere.*

III. Ut nos dicimus zu Rom de eo, qui Romae versatur, ita etiam Latini *ad* praepositione locum significant, ubi quis est vel quae res fit. Et ut apud nos ita etiam apud Latinos haec vis e contaminatione quadam duarum constructionum: *alicubi esse* et *aliquo ire* orta est. Confer exempli causa nostrum zu Hause sein, qua in formula sententiae zu Hause gehen et im Hause sein confusae sunt et ubi nova *ad* praepositionis vis priorem ita exturbavit, ut nos pudeat dicere: zu Hause gehen.[2])

1) Codices praebent *at*, quod non minus ad vocem *ut* quam *ad* perducit. Ego praefero *ut*, ratus *recalvom ad Sil. s.* dici non posse. Nusquam enim *ad* praepositio cum personae notione coniuncta significat: entsprechend.

2) cf. Ziemer, Junggrammatische Streifzüge, Colberg 1882, pag. 128 sq., ubi multa huius usus exempla ex nostra et Graecorum lingua collecta invenies.

Nonnullis huius modi locis motus vis etiam cognosci potest. Enn. tr. 244: *Templum Cereris ad laevam aspice*, quod vertimus: Sieh den Cerestempel auf der linken Seite. Sed contaminatum est ex: *ad laevam aspice*, sieh zur, nach der linken Seite, et *Cereris templum aspice*. Item res se habet in Afran. v. 283: *Gannire ad aurem*, quod vertimus: vor den Ohren belfern, cum is, qui gannit, prope ad aures nostras sit, sed possis etiam intellegere: zu den Ohren hin belfern, ita ut sonus ad aures veniat. cf. etiam Ter. Phor. 1030: *Usque ad aurem obganniat.*

A. 1. cum personis: Plautus: Capt. 699: *In. libertatest ad patrem*[1]) — Men. 587: *Aut ad populum aut in iure aut ad iudicem rest* — Cas. 192: *Ius suom ad mulieres optinere haud queunt*[2]) —— Cato d. a. 7, 2: *Ad fabrum ferrarium ... servantur* —— Ter. Haut. 979: *Tibi iam esse ad sororem intellego* (sc. cibum) —— Acc. tr. 371: *Si autem ad te res tardat* —— Turpil. 171 sq.: *Eius crebras mansiones ad amicam* —— CIL I 818 p. p. 7 sq.: *Ita uti mortuos nec ad deos nec ad homines acceptus est* — 1011, 11 (Buecheler, antholog. 959 A): *Ille meo officio adsiduo florebat ad omnis.*

2. cum rebus.

a) cum concretis: Plautus: Amph. 504: *Non adest ad exercitum* — Truc. 95: *Ad fores auscultate* — Mil. 930 sq.: *Ego ad forum illum Conveniam.* Most. 999. Ps. 1236[3]) — Truc. 615: *Si tu ad legionem bellator clues* — Trin. 494: *Censetur censu ad Acheruntem mortuos*[4]) — Fr. fab. inc. 49: *Neque ego ad mensam publicas res clamo* —— Cato d. a. 22, 4: *Ii emuntur ad Rufri macerias* — 93: *Et idem hoc si facies ad arbores feraces* — 154: *Id habeat ad summum ansas IIII.* 154 — 160: *Duo homines teneant ad coxendices* — 83: *Mulier ad eam rem divinam ne adsit* — Enn. sat. 58: *Nestoris ad patriam hic capitur* — ann. 394: *Splendent peniculamenta unum ad quodque pedule*[5]) —— Ter. Phor. 598 sq.: *Hominem ad forum Iussi opperiri*[3]) — 313: *Ad hanc rem qui adsient* —— CIL I 197, 24: *Iouranto ... ad aerarium.*

---

1) Captivi erklärt von Brix-Niemeyer ad v. 49: 'Ad auch bei Personen für apud, wenn der Begriff des Ortes mit gedacht wird.'

2) Handii Tursell. I p. 85: 'Poetae interdum hoc modo ipsum infestum aggressum indicasse videntur, sed commutatae sunt notiones: nam id quod adversantem vim et contrariam rem denotet, ipsum non inest in praepositione ... Plauti Casina 2, 2, 20.'

3) His omnibus locis Abraham studia Plautina p. 207 pro *ad forum apud forum* scribi vult. Num recte vehementer dubito.

4) Goerbig, nominum, quibus loca significantur, usus Plautinus exponitur et cum usu Terentiano comparatur, p. 27: 'Ad Acheruntem (scil. fluvium) Trin. 494 ad locum in quo significandum adhiberi potest; quod non vidit Brixius, qui versum sic interpretatur: Wird abgeschätzt und geschickt zum Acheron; ad Acherontem für im Acheron zu nehmen läuft dem Sprachgebrauche des Plautus zuwider, der dafür stets den Locativ setzt. Immo vero interpretandum est: am Acheron.'

5) cf. apparatum criticum et Luciani Muelleri et Ioannis Vahleni.

b) cum abstractis: Plautus Aul. 594: *Retinere ad salutem.*

B. Hic usus ad tempus significandum defertur. Hic quoque motus vim intellegimus; valet enim ad ver gegen den Frühling hin et semper fere ad tempus futurum spectat.

Plaut. Men. 965: *Ad noctem saltem credo intromittar domum* — Rud. 1422: *Comisatum omnes venitote ad me ad annos sedecim* —— Cato d. a. 17, 1: *Ad brumam semper tempestiva est* — 105, 2: *Ad ver diffundito in amphoras* — 161, 3: *Semen maturum fit ad autumnum.*

Inde ut in locorum significatione ita hic quoque factum est, ut *ad* paepositio tempus significet, quo aliquid fit, quamquam hic quoque plerumque de rebus futuris dicitur.

Plaut. Poen. 844: *Sed ad postremum nil apparet* — Ps. 1174: *Altero* (sc. die) *ad meridie* (sc. perveni)[1] —— Cato d. a. 147: *Locus vinis ad K. Octob. primas dabitur.* 148, 2 —— Lucil. 930: *Fervit aqua et fervet, fervit nunc, fervet ad annum.*[2])

Adversus

Et forma *adversus*, nominativus singularis masculini generis participii perfecti passivi, et forma *adversum*, nominativus singularis neutri generis eiusdem participii, paulatim obriguit, ut hoc verbo utar, ita ut non iam pro adiectivis, sed pro adverbiis vel praepositionibus haberentur. Quo factum est, ut haec verba non modo cum substantivis, quae in nominativo singulari masculini vel neutri generis erant, sed cum substantivis cuiusvis generis et numeri coniungerentur, cuius usus et alia exempla saepe occurrunt: *damnas, deinceps, mordicus*, alia, quae verba, quamquam ab initio nominativi numeri singularis masculini generis sunt, tamen etiam de substantivis feminini vel neutri generis et numeri pluralis dicuntur.[3])

Grammatici latini haec de nostra praepositione docent:

Charisius (GLK I 232, 16 sqq.): *Contra et adversus hoc differunt, quod contra loci est, velut 'contra basilicam', adversus ad animi motum refertur, velut 'adversus illum facio'; interdum autem promiscue accipiuntur.*

---

1) Sic contra codicum fidem: *meridiem* scribendum esse Usener docuit cf. pag. 477 adn. 2.

2) cf. Lachmanni comm. in Lucr. p. 79: 'Nam ad annum quid sit, recte docet Forcellinus in lexico, item Handius in Tursellini tom. I pag. 88: Ita dicimus *ad calendas* id est calendis proximis' — Nos Silesii dicimus: Er geht zum Jahr in die Schule i. e. nächstes Jahr.

3) De ceteris exemplis confer Skutschii libellum: De nominibus latinis suffixi -no- ope formatis observationes variae, Vratislav. 1890, pag. 4 adn. 1, Forschungen I 16, Bücheler AflL I 105, Umbrica 39, Delbrück, Syntax I 627.

Priscianus (GLK III 26, 20 sqq.): *Adversum quoque ideo praepositionem esse putaverunt, quia pro ἐπὶ praepositione Graeca solet aliquando poni, ut Terentius in Andria: Idque adversum te gratum fuisse habeo gratiam; quando autem τὸ ἐναντίως significat, magis adverbium ostenditur, ut Terentius in Phormione: ei loco ex adversum Tonstrina erat quaedam.*

Idem (GLK III 78, 13): *Adversus quod etiam et nominativus est.*

Idem (III 514, 16 sqq.): *Et notandum, quod adverbia quoque inveniuntur non solum obliquis casibus nominum masculinorum vel femininorum, sed etiam ipsi nominativo similia, ut adversus, quod quidam, quia accusativo coniungitur, magis praepositionem existimaverunt.*

Sergii explan. in Donatum (GLK IV 561, 10 sqq.): *Adversum te ut puta si dicas: 'adversum te habeo gratiam' pro apud te, ut Terentius: et id gratum fuisse adversum te habeo gratiam.* — Similiter Arusianus Messius (GLK VII 451, 16) iudicat.

Agroecius (VII 115, 13): *Adversum te adversarius, adversus te imitator.*

Asper (anecd. Helv. ed. Hagen 58, 9): *Adversum inimicum pugno et adversum inimicos.*

Com. Einsidl. (anecd. Helv. ed. Hagen 214, 19): *Adversum inimicos, vadit rex. Adversum et contra idemst.*

De ratione scribendi Velius Longus (VII 71, 20 sqq.) docet: *d enim non minus in r litteram transit, quam in c, cum dico et accedo et accomodo, quam apud antiquos in arvorso, arvorsarius.*

Adversum saepe adverbium est, semper in formulis: *adversum ire, venire, ferre*[1]), cf. Plauti Amph. 675. As. 295. Cas. 461. 724. Men. 437. 445. 487. 1051. Most. 313. 876. 880. 938. 947. Stich. 89. 237. Trin. 724. Truc. 503. Ea de causa in Plauti Persae v. 200 non accusativus, sed dativus ponendus est: *Sed quis haec est, quae mi advorsum incedit* (codd. *me*).

Praepositio *adversus* cum accusativo coniungitur, sed nonnullis locis adverbia *ea* vel *hac* secum habet similiter atque formae, quales sunt *praeterea praeterhac*, aliaeque.

CIL I 196, 25: *Quei arvorsum ead fecisent.*[2]) —— Dial. ital. ex. sel. (Schneider) 94: *Sei quis arvorsu hac faxit* —— Lex Silia (Fontes iuris Rom. p. 44): *Adversus hac.*

I. De proprio usu: Dicitur *adversus* de actionibus vel rebus, quae versus aliquem vel aliquid moventur.

1) Fortasse in formula *advorsum ferre aliquid* etiam de accusativo adiectivi *advorsus* cogitari potest. Plauti Stich. 89.

2) Verisimile est adverbium *ea* intellegendum esse etiam in Catonis d. a. 144, 1: *Si adversus ea quis fecerit.* 144, 4. Item CIL I 206, 18, 97, 107, 124, 139, 140.

A. 1. cum personis: Plaut. Ba. 392: *Condigne is quam techinam de auro advorsum meum fecit patrem.*

2. cum rebus: Plaut. As. 708: *Nam iam calcari quadrupedo agitabo advorsum clivom* —— Terent. Phor. 78: *Advorsum stimulum calces*[1]) —— Accius tr. 436: *Obviam ense it, quem advorsum aptus alter in promptu occupat.*

B. Sed non modo de motu, sed etiam de situ dicitur, ita ut valeat: gegenüber.[2]) P. Cornel. Scipio Afr. Min. (M. 181): *Nam qui cotidie unguentatus adversum speculum ornetur.* Cum is, qui cum aliquo loquitur, causam agit, ei adversus sit, praepositio *adversus* saepissime cum his verbis coniungitur ad personam significandam, coram qua aliquid dicitur. Inde Nonius 232, 25: *Advorsum rursum apud significat.*

Plautus: Mil. 242: *Si illic concriminatus sit advorsum militem* Ba. 698. Amph. 936. Cas. 203. Aul. 690. Mil. 1080. Poen. 400. Ps. 454 —— Enn. tr. 293 sq.: *Proloqui Advorsum illam* — 258: *Fortiterque innoxium orare adversum adversarios*[3]) —— Ter. Andr. 42: *Et id gratum fuisse advorsum te habeo gratiam* — 265: *De illa me advorsum hunc loqui* —— Titin. 55: *Mulier credo advorsum illum res suas conqueritur* —— Afran. 147 sq.: *Fabulabere Advorsum fratrem illius ac dominum tuum.*

II. Tropice dicitur: Id, quod agitur versus aliquem vel aliquam rem, inimicum esse potest, ut videmus exempli gratia in *mentiri adversus aliquem*, quod intellegi potest et *coram aliquo* et *in aliquem*. Manifesta vis inimica in Plauti Ba. v. 392 est: *Condigne is quam techinam de auro advorsum meum fecit patrem.* Ab initio autem vim contrariam in hac praepositione non inesse cum alia exempla tum Leg. XII tab. III 7 docet: *Adversus hostem aeterna auctoritas* (sc. *esto*). Ponitur igitur de iis, quae alicui homini vel rei contraria sunt vel fiunt.

A. cum personis: Plautus: Amph. 750: *Mirum quin te advorsus dicat* — Ep. 318: *Quo pacto fiat subdola advorsus senem*[4]) As. 564. Ba. 127. Stich. 68, 589. Trin. 396 —— Cato 24, 3: *Qui acerrime advorsus eos dicit* — 59, 8: *Adversus cognatos pro cliente testatur, testimonium adversus clientem nemo dicit* —— Caec. 69: *Licitari adversum ahenum coepisti sciens* —— Terent. Ad. 676:

---

1) Com. Einsidl. (Anecd. Helv. ed. Hagen 273, 8 sqq.): *Adversus stimulum calces. 'Calces' tractus sermo a bobus, qui stimulati calcitrant et iterum punguntur. Proverbialiter autem potest ad aliquem rebellem referri, qui ab aliquo increpatus calcitrat, sed iterum ... pungitur;* cf. Otto, Sprichwörter p. 331.

2) *Collis salutaris quarticeps adversum Apollinar* Varro d. l. l. V 52.

3) *Orare* coniecit Ribbeck; codices: *vacare* vel *vocare.*

4) Scribendum est: *advorsum senem.* Ubique enim *advorsum* (per m litteram) ante s litteram scribitur.

Advorsumne illum causam dicerem? Phor. 427 —— Titin. 65: *Nam quid ego feci ted advorsum aut meum patrem?*

B. Cum rebus: Hic persaepe nobis occurrunt formulae: *adversum sententiam, adversum legem,* quas e sermone iudiciario oriundas esse apparet.

CJL I 197, 9: *Seive advorsus hance legem fecerit.* ib. 18, 25. 204[I] 10. 206, 112 — CIL I 198, 30: *Dum neiquid advorsus h(ance) l(egem) fiat* — CIL I 1409, 4: *Neve quid adversus hanc rogationem* ⟨*agito*⟩ —— Plautus: Rud. 643 sq.: *Quibus advorsum ius legesque insignite iniuria hic Factast* — Poen. 725: *Rem advorsus populi saepe leges*[1]) — Truc. 144 — 760 — Rud. 1348: *Illaec advorsum siquid peccasso* —— Cato 71, 8: *Adversus le(gem)* —— Terent. Haut. 623 sq.: *Ne quid credas me advorsum edictum tuom Facere esse ausam* —— Helvius Mancia (M. 328): *Adversus omne fas ac nefas.*

Plautus: Merc. 377: *Nolo advorsari tuam advorsum sententiam* — 597: *Quod nimis tardus est advorsum mei animi sententiam* — 441. — Poen. 1411.

Apud Terentium pro *advorsus animi sententiam* haec invenimus:

Phor. 520: *Ego te compluris advorsum ingenium meum mensis tuli* — Hec. 534: *Advorsus lubidinem animi tui esset cum illo nupta.*[2])

Iam dici potest: *adversus rem*, quod idem fere est atque a re = seinem Vorteil entgegen.

Plaut. Cas. 208 sq.: *Nam tu quidem advorsus Tuam istaec rem loquere* —— Cato 23, 14: *Siquis advorsus rem suam quid fieri arbitrantur.* 23, 16.

Dignus, qui separatim afferatur, mihi Plauti fragm. fab. inc. versus 8 videtur: *Stultus est advorsum aetatem et capitis canitudinem.* Haud scio an hic locus Plauto derogandus sit.

Uno loco verbum excidit: Plaut. As. 548 sq.: *Qui advorsum stimulos lamminas crucesque* e. q. s.[3])

Ante

Ante, quae vox respondet Graecorum voci ἀντί, significat id, quod a fronte positum est; coniungitur cum accusativo, seu de motu seu de situ agitur.[4]) 'Accusativo igitur casu quoniam motus

---

1) Goetz-Schoell falso negant hunc locum integrum esse. cf. Plauti Pers. v. 385: *nunc hominum*; adverbium adiectivi vice fungitur.

2) Sic Dziatzko. — A habet: *advorsus animi tui libidinem,* ς: *advorsum a. t. l.* Ego potius cum Umpfenbachio et ς scribo: *advorsum animi tui libidinem.*

3) Supple: *fortiter vos gessistis* vel tale aliquid.

4) Ut aliae praepositiones etiam *ante* cum adverbiis *ea, hac* etc. coniungitur, cf. pag. 507 adn. 6.

exprimitur locum petens, eandem statuendum est notionem in praepositione ante inesse, quippe quam casus iste soleat sequi. Quare cum particulam illam vernacule interpretemur vocula 'vor', propius iam ad significationem eius primariam accedemus definiendam statuentes exprimi vocula ante nostrum 'vor', simul significata motione locum versus derecta vel significari idem fere, quod nos dicimus: 'vor in der Richtung auf etwas hin.'[1])

Grammatici latini haec de vi atque usu praepositionis *ante* docent:

Charisius (GLK I 234, 16 sqq.): *Hae praepositiones* (sc. *ante, post, inter, penes*) *non numquam promiscue accipiuntur. nam et postponi solent et accentum utique mutant aliquando et casum, quale est paucis ante diebus.*

Priscianus (III 26, 10 sqq.): *Hic ante* τὸ πρὸ *significat, quod est praepositio Graeca ... hic ante* τὸ πρότερον *significat et est sine dubio adverbium* — Idem (III 40, 16 sqq.): *Ante et componitur et separatur: antepono, ante domum, et significat* πρὸ *Graecam localem vel temporalem, ut anteeo* προπορεύομαι, *ante annum* πρὸ ἐνιαυτοῦ· *invenitur etiam sine casu, quo loco adverbii accipitur.* — Idem (III 330, 6 sq.): *Attici dicunt* ὀλίγον πρότερον *et* ὀλίγῳ πρότερον. *Nos quoque ante paulum et paulo ante.*

Pompeius (V 251, 17 sqq.): *Ante potest et praepositio esse et adverbium: ante templum, modo praepositio est; ante fecit, modo adverbium est.* — Idem similiter sentit V 278, 16 sq.

Victorinus (VI 203, 23 sqq.): *ante, cum gravi accentu pronuntiatur, praepositio est ... cum vero acuto, fit adverbium temporis.* — Similiter iudicat Audax VII 353, 22 sq.

Beda (VII 261, 17 sqq.): *Ante praepositio multa significat. nam et tempus significat ... et praesentiam ... et dignitatem* — cf. Albinus (VII 296, 19 sqq.).

In prisca latinitate *ante* saepe adverbium est. Naev. com. 84: *Qui hic ante parta patria peregre prodigunt.* —— Plaut. As. 196: *Quae dedi ante.* Merc. 230. Ps. 602. Truc. 161. Terentius Hec. 581. Lucil. 335. Afran. 308. Cl. Quadrig. 10[b]. Coel. Antip. 45: *Qui ductoribus hostium ante soluerint ferri.*[2])

I. De loco.

A. Proprie.

1. cum personis: Plaut. As. 660: *Tu ut decet dominum ante me ito inanis* —— Caec. 195: *Destituit omnes servos ad mensam ante se.*

2. cum rebus: Plaut. Cas. 574: *Sed uxorem ante aedis ex-*

---

1) Kübler: De differentia inter particulas *ante* et *prae* intercedente, Vratislaviae 1850, pag. 4.

2) Cum Pompeius (GLK V 278) dicit: *Non dubitat Pacuvius dicere ante templo,* puto licere de hac re dubitare.

cam — Stich. 354: *Pinge humum, consperge ante aedis* — Capt. 252: *Quos ante aedis iussi huc produci foras* — Men. 730: *Nunc eandem ante oculos attines* — 276: *Prius iam convivae ambulant ante ostium*[1]) — Ba. 978: *Sed Priamum adstantem eccum ante portam video* — Enn. tr. 201: *Quod est ante pedes, noenu spectat* — Ter. Eun. 267: *Sed Parmenonem ante ostium ⟨hoc astare⟩ tristem video* — Turpilius 153: *Ego praestolabo illi oscitans ante ostium* — 82: *Hic vilicor ante urbem* — Sis. 52: *Ante testudinem constitit* — CIL I 1307, 6: *Ante colomnas* — 202^{II} 41: *In pariete . . . ante hanc legem scripta sunt.*

B. Tropice.

Enn. ann. 287: *Non enim rumores ponebat ante salutem.*

Hinc apparet *ante* praepositionem etiam vim comparationis accipere posse, quia is, qui aliqua re excellit, qui magis aestimatur ceteris, quodammodo ante ceteros ponitur.

1. cum personis: Plaut. As. 858: *At nunc dehinc scito illum ante omnes minumi mortalem preti* — Trin. 824: *Tibi ante alios deos gratias ago* — Pac. tr. 119 sq.: *Quem fama Graia ante omnis nobilitat viros* — Caecilius 243 sq.: *Ut me hodie ante omnes comicos stultos senes Versaris atque inlusseris lautissime.*

2. cum rebus: Plaut. Cas. prol. 8: *Aequomst placere ante alias veteres fabulas*[2]) — Lucil. 731: *Longe opera ante alia omnia.*

II. De tempore.

A. cum propriis temporis notionibus: Leg. XII tab. I 7: *Ante meridiem*[3]) — Plaut. Ba. 1029: *Daturum id me hodie mulieri ante vesperum* — Cato d. a. 44: *Diebus XV ante aequinoctium vernum* — 148, 2: *Ante K. Jan. primas* — Ter. Phor. 709: *Ante brumam* — Hec. prol. 36: *Fecere ut ante tempus exirem foras*[4]) — Acc. tr. 128: *Ante noctem* — CIL I 206, 58: *Ante horam X.*

Formula *ante hunc diem numquam* pro: non prius quam hodie his locis invenitur:

Plaut. Capt. 634: *Neque ego istuc nomen umquam audivi ante hunc diem.* Ep. 496. 576. Men. 305. 500. 749. Ps. 621. Stich. 267. Trin. 961. — Ter. Hec. 641: *Neque fuisse praegnatem umquam ante hunc scivi diem.* 863. 880.

---

1) Fortasse vocula *hic* addenda est, ut hiatus tollatur. Saepissime enim Plautus hoc modo pronomen demonstrativum ponit, quod qua est parvitate, facillime oculos librarii effugere poterat. Hunc igitur versum scribi volo: *Prius iam convivae ⟨hic⟩ ambulant ante ostium.* cf. Asin. 151. Pers. 758^a. Ps. 1202. Rud. 1299. Caecil. 117.

2) In versu antecedenti scribi volo: *Antiqua ⟨et⟩ opera et verba.* cf. Amph. prol. 111.

3) Ea aetate, qua hae leges scriptae sunt, non *ante meridiem*, sed *ante meridie* dictum est. cf. Usener, Jhrb. f. Phil. 117, 78 sq.

4) *Ante tempus* hoc uno loco in prisca latinitate invenitur.

Plaut. Ps. 731: *Neque Athenas advenit umquam ante hesternum diem.*

B. cum aliis vocabulis: Plaut. Amph. 602: *Nam ut dudum ante lucem . . . me praemisisti domum.*[1]) 639[2]) — Trin. 885 — Ps. 90: *Certumst mihi ante tenebras tenebras persequi* — Cato d. a. 114, 2: *Bibito ante cenam* — 112, 1: *Dies LXX ante vindemiam* — Acc. tr. 493: *Ante auroram* — CIL I 204^{I} 25: *Utei ante Mitridatis bellum* — 202^{II} 21: *Ante hanc legem rogatam* — 1220, 4 (Buecheler anthol. 995 A): *Ante obitus tristeis Helvia Prima fui.*

Uno loco de persona dicitur:

Enn. ann. 230: *Ante hunc.*

Apud

Ut *ad* praepositio praecipue significat aliquid ad aliquam rem moveri, alicui rei appropinquare, ita *apud*, quam praepositionem hi ex *apo* et *d(e)*, illi ex *ap(o)* et *ad* constare putant, aliquid prope ad aliquam rem esse, versari significat. Hae praepositiones qua re inter se differant, Lucilius his verbis docet (**1133** sq.): *Nam velut intro aliud longe esse atque intu' videmus, Sic item apud se longe alid est neque idem valet ad se, Intro nos vocat ad sese, tenet intus apud se.*

Grammatici latini haec de praepositione *apud* docent:

Charisius (GLK I 234, 9 sq.): *Item ad et apud hoc differunt: ad enim ad locum refertur, quasi 'ad illum eo', apud in loco, quasi 'apud illum sum'.*

Priscianus (III 40, 12 sqq.): *Apud unam habet significationem in loco, ut 'apud Numantiam', adiungitur tamen etiam personis, ut 'apud amicum'. 'apud Athenienses', et significat* παρά *Graecam, quando locum apud illos demonstrat. ea autem praepositio in compositione non invenitur.* — Idem III 344, 9.

Donatus (IV 390, 13 sq.): *Dicimus enim: 'ad amicum vado', 'apud amicum sum'.* — Similiter iudicant Servius, comm. in Donatum (IV 419, 4 sq., ib. 442, 12 sqq. 517, 17 sqq.), Cledonius (IV 77, 2 sqq.), Terentius Scaurus (VII 30, 18 sq.), Caper (VII 92, 6).

Cledonius (IV 25, 11 sqq.): *Ad et apud dum unius casus praepositiones sunt, ad itineralis est, apud localis, licet hoc poetae contemserint.* — Eandem fere sententiam proferunt Pompeius (IV 273, 4 sqq.), Arusianus Messius (VII 451, 18).

Marius Plotius Sacerdos (VI 450, 17): *per praepositiones*

1) *Dudum* praeter hunc locum adicitur: Amph. 699. Poen. 318.
2) Traditur: *abiit a me hinc ante lucem,* quae verba ad metrum non quadrant. Fortasse scribendum est: *abiit a me ⟨domo⟩ hinc ante lucem.* cf. Epid. 46.

(sc. *fit soloecismus*), *ac si dicas: 'apud illum vado' pro 'ad illum vado' vel 'ad illum sum' pro 'apud illum sum'.*

Audax (VII 355, 12): *Ad et apud praepositiones sic intelleguntur, ut puta si dicas: 'ad quem studet', significat 'adversus quem machinatur'; at vero si dicas, 'apud quem studet', significat 'ex quo discit'.*

De ratione scribendi haec monent:

Marius Victorinus (VI 9, 16): *Sed nos nunc et adventum et apud per d potius quam per r scribamus, arventum et apur.*

Velius Longus (VII 70, 6 sq.): *Non dubitatur vero, quin apud per d scribi debeat, quia nulla praepositio t littera finitur propter nimiam t litterae exilitatem.*

Cassiodorius (VII 154, 17 sq.): *Apud praepositio per d scribi debet, sicut ad patrem, quoniam veteres saepe apud pro ad usi sunt; et duabus ex ea mediis litteris sublatis, id est p et u, ad remanet.* — Similem sententiam sequuntur Beda (VII 264, 35), Albinus (VII 295, 11 sq.), Orthogr. Einsidl. (Anecd. Helv. ed. Hagen 297, 17 et 300, 2).

I. Cum personis:

A. Significat igitur *apud* primum idem fere atque iuxta.

Plaut. Amph. 599: *Dum apud hostis sedimus* — Ba. 432: *Apud magistrum adsideres* — Amph. 578: *Apud te adsum.* Poen. 279 — Ba. 81: *Apud me* (sc. *accubes*) — As. 812 sq.: *Apud amicam munus adulescentuli Fungare* — Pers. 203: *Commorandust apud hanc obicem gradus*[1]) —— Acc. tr. 277: *Adsum apud te, genitor* — 342: *Apud ipsum adstas.*

B. Quoniam semper fere, cum *apud me* etc. dicitur, non minus de persona ipsa quam de domo cogitatur, in qua persona versatur, *apud me* etc. significant domi meae etc., in aedibus alicuius vel absente ipso domino.[2])

1. Plaut. Aul. 244: *Hic apud me hortum confodere iussi* — Aul. 51: *Apud te serviam* — Men. 671: *Sed apud se occludet domi* — Aul. 83: *Nam hic apud nos nil est aliud quaesti furibus* — Mil. 95: *Apud hunc servitutem servio* — Ps. 659: *Apud anum illam* (sc. *devortor*) —— Cato 16, 16: *Non lubet scribere quod in tabula apud pontificem maxumum est* —— Terent. Haut. 430: *Apud me domi* (sc. *est*) — Hec. 255: *Sin east causa retinendi apud vos* —— CIL I 818, 4: *Rhodine apud M. Licinium Faustum mortua sit.*

---

1) *Obicem* Valla coniecit, codices: *obieci.* vocem *gradus* Schoellius supplevit. Ego vereor, ne Valla falso illud *obiex* conjecerit, puto hunc locum sic restituendum esse: *P.: commorandumst apud hanc.* ⟨*So:*⟩ *Obieci* ⟨*moram*⟩ cf. Poen. v. 446: *Ne . . . obiexim moram.* Vide etiam, quam Plautus verbum *obiciendi* in deliciis habuerit. Cas. 404. Cist. 699. Cur. 283. 531. Ep. 161. 179. Merc. 881. Pers. 470. Poen. 606. Ps. 601. Trin. 410.

2) cf. C. F.W. Mueller, Festschrift für L. Friedländer, p. 543 sqq.

Eodem modo *apud* cum plurali numero de domicilio complurium vel totius populi i. e. de terra dicitur.

Plaut. Rud. 724: *Est lex apud nos* — Cist. 203: *Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum.* fragm. fab. inc. 7 —— Cato 14, 9: *Ex sale, qui apud Karthaginienses fit* —— CIL I 30: *Consol censor aidilis quei fuit apud vos.*

2. Metaphorice etiam abstracta quaedam apud aliquem manere, esse dicuntur, ubi *apud* praepositio prope ad vim *in* praepositionis accedit.

Plaut. Mil. 637: *Ut apud te exemplum experiundi habeas* — 1156: *Quod apud nos fallaciarum sex situmst* —— Cato 39, 1: *Nequiter factum illud apud vos semper manebit* —— Acc. tr. 447: *Remanet gloria apud me.*

C. *Esse apud se* de eo dicitur, qui mentis et animi compos est. Corpus quasi domus mentis est; confer formulam illam: *redire ad se.*

Plaut. Mil. 1345: *Sumne ego apud me?* —— Terent. Andr. 408: *Proin tu fac apud te ut sies.* 937. Haut. 921. Phor. 204. Hec. 707 —— Afran. 38: *Non sum apud me.*

D. Plaut. Cur. 536: *Quas* (sc. *minas*) *ego apud te deposivi* — Ba. 306: *Apud Theotimum omne aurum deposivimus* — Most. 299: *Etiam nunc decem minae apud te sunt* — Poen. 1394 —— Terent. Phor. 36 sq.: *Erat ei de ratiuncula Iam pridem apud me relicuom pauxillulum.*

Haec exempla nos ad novam *apud* praepositionis vim perducunt. Is enim, qui apud aliquem aurum depositum habet, apud eum fidem habet, apud eum valet. Hinc fit, ut referatur 'res ad hominem, in quo ipso locum obtineat aut a quo profecta videatur.'[1]) Ac primum quidem pro auro vel pecunia amorem vel honorem vel tale quid apud aliquem habere dicitur. Hanc translationem e re argentaria sumptam esse bene docet Ter. Hec. 584: *Ut apud me praemium esse positum pietati scias.*

1. cum substantivis: Plaut. Amph. 555: *Ut tuis nulla apud te fides sit.* Ps. 467. 477 — Rud. 195: *Si ad hunc modumst innoxiis honor apud vos* — Truc. 727: *Solus summam habet hic apud nos* — As. 534: *Hic dies summust apud me inopiae excusatio*[2]) — Stich. 710: *Non mora erit apud me* —— Terent. Haut. 571: *At mihi fides apud hunc est.* Phor. 810. Hec. 474. 750 — Eun. 151 sq.: *Sine illum priores partis hosce aliquod dies Apud me habere* — 246: *Olim isti fuit generi quondam quaestus apud saeclum prius* —— Cl.

---

1) Handii Tursell. II p. 410.

2) Fortasse: *hic dies summust quo apud me est inopiae excusatio.* cf. editionem Friderici Leonis ad hunc versum.

Quadr. 7: *Cuiusque operam cum M. Furio dictatore apud Gallos cumprime fortem atque exuperabilem res p. sensit.*[1])

2. cum verbis: Pro fidem habeo ponitur: mihi creditur, pro honorem habeo, honoror apud aliquem.

Naev. com. 109: *Qui apud gentes solus praestat* —— Plaut. Men. 699: *Neque domi neque apud amicam mihi iam quicquam creditur*[2]) — Rud. 931: *Apud reges rex perhibebor*[3]) — Truc. 235: *Is hic amatur apud nos* — 703: *Mea dona deamata acceptaque habita esse apud Phronesium* —— Terent. Eun. 1055: *Ut haererem in parte aliqua tandem apud Thaidem* — 139 sq.: *Si fidem habeat se iri praepositum tibi Apud me* — Haut. 488: *Quo maxume apud te se valere sentiet.*

3. cum adiectivis: Plaut. Capt. 714: *Essetne apud te is servos acceptissumus?* — Mil. 1197: *Celebre apud nos imperium tuomst* — 1227: *Ut tu inclutu's apud mulieres* — Capt. 665 sq.: *Decet innocentem servom atque innoxium Confidentem esse, suom apud erum potissumum.* Ps. 461 — Pers. 718 sq.: *Credidi gratum fore Beneficium meum apud te* — Trin. 828: *Nobilis apud homines* —— Terent. Haut. 368: *Eademque ut esset apud te hoc quam gratissumum* — Eun. 90: *Aut quia sum apud te primus* —— CIL I 818, 9: *Seic Rhodine aput M. Licinium accepta sit et tantum valeat.*[4])

E. Quod apud aliquem fit, et prope eum et coram eo fit. Itaque apud praepositio etiam dicitur de eo, quo praesente, coram quo aliquid fit, praecipue de eis, quibus coram homines loquuntur, dicunt. Mihi non dubium est, quin hic usus e re iudiciaria prodierit. Qui enim apud quaestorem iurat, apud iudicem causam dicit, in aedibus eorum i. e. apud eos iurat, dicit.

1. De re iudiciaria: CIL I 197, 18: *Apud q⟨uaestorem⟩ iouranto* — 197, 21: *Quei ex h⟨ace⟩ l⟨ege⟩ apud sed iuraverint.* — 197, 24 — 198 LXXX: *⟨Sei⟩ apud eum ea res acta esset* — 198 XXIII — 205^{II} 42: *Apud praetorem . . . confessus esset.* ib. 6, 31, 48 — 206, 13: *Apud quem ea professio fiet* — 203 lat. 3: *Certare . . . apud*

---

1) Hunc locum huc attuli, quamquam confiteor me illud *apud Gallos* non satis intellegere. Nil aliud enim nisi *in finibus Gallorum* valere posse puto; sed nobis traditur Manlium — nam de hoc viro hic agitur — non in finibus Gallorum, sed Romae cum his hostibus pugnavisse. Suspicor igitur scribendum esse: *cuiusque operam . . . ad Gallos*, quod interpretor: operam, quam ad Gallos dabat.

2) Hoc exemplum docet in hac quoque *apud* praepositionis significatione vim localem primam esse.

3) Erant qui docerent, ubi verbum passivum esset, *apud* esse idem quod *a*. At non haec sententia inest in hac praepositione, sed loci notio, in quo quid appareat.

4) E verbis, quae antecedunt: *ita uti mortuos nec ad deos nec ad homines acceptus est*, interpretor: Rhodine M. Licinio odiosa sit, quamquam non nego etiam intellegi posse: Rhodine, quae apud M. Licinium est, confer v. 4: *Rh. apud Licinium Faustum mortua sit.*

magistratus — 1409, 2: *Apud se damnatus erit* — Ex. sel. (Schneider) 136: *Indeixsit apu(t) P. Atilium L. f. pr. urb.* — Plaut. Cur. 684: *Ne mihi hodie apud praetorem solveret* — Men. 590 sq.: *Apud aediles pro eius factis plurumisque pessumisque Deixei causam* — Most. 1099: *Tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius* — Pers. 746: *Illi apud praetorem dicam* — Ps. 645: *Res agitur apud iudicem* — Rud. prol. 18: *Res falsas qui impetrant apud iudicem* — Truc. 761: *Iam hercle apud novos magistratus faxo erit nomen tuom* — M. Aemilius Scaurus (M. 260): *Est enim iniquum ... apud alios me rationem vitae reddere* — Sis. 52: *Aput consulem caussam atque excusationem praeferre coepit.*

2. Hic usus omnino ad personas defertur, coram quibus aliquis loquitur.

Plaut. Ps. 493: *Erum ut servos criminaret apud erum* — Pers. 185: *Ego recte apud illam dixero.* Poen. prol. 62 — Ep. 645: *Ut apud te falsa fabuler* — Capt. 412: *Quom apud hunc confessus es* — Cist. 98: *At ille conceptis iuravit verbis apud matrem meam* — Amph. 591: *Apud erum qui vera loquitur* — Ps. 694: *Apud te sum elocutus omnia.* Truc. 215 — Capt. prol. 6: *Id ego hic apud vos proloquar.*[1]) Ep. 464 — Poen. 152: *Cur ego apud te mentiar* — Ps. 314: *Apud novercam querere* — Mil. 644: *Incommoditate abstinere me apud convivas commodo*[2]) — Amph. 947: *Quae apud legionem vota vovi*[2]) — Enn. sat. 21 sq.: *Qui me falso criminat Aput te* — Ter. Ad. 535: *Facio te apud illum deum?* — Haut. 575 sq.: *Apud quem expromere omnia mea occulta, Clitipho, audeam. Apud alium prohibet dignitas, apud alium ipsius facti pudet* — Hec. 388: *Advorsa eius per te tecta tacitaque apud omnis sient* — C. Sempr. Gracchus (M. 234): *Si vellem apud vos verba facere.* — Idem M. 242 — Sis. 122: *Apud notos cogitata dici decet* — 95: *Tum postquam apud Iguvinos ac Perusinos eius facti mentionem proiecit* — CIL I 206, 121: *Quoive aput exercitum ingnominiae caussa ordo ademptus est erit*[2]) — Ex. sel. (Schneider) 390: *Hunc ego aput vostrum numen demando, devoveo, desacrificio.*

II. Cum rebus.

A. *Apud* idem fere valet atque iuxta = in der Nähe von.

Naev. com. 26: *Tibi servi multi apud mensam astant*[3]) — Plaut. Amph. 350: *Quid apud hasce aedis negoti est tibi* — Men. 89:

---

1) Amph. prol. 96: *Dum huius argumentum ⟨hic⟩ eloquar comoediae*; sic scribi volo, ut hiatus tollatur. cf. Capt. prol. 6.

2) Vide, quam origo formulae *dicere apud aliquem* in oblivionem venerit. Si enim ad verbum verteres *apud convivas* per *in convivarum aedibus*, res omni ratione careret, itemque res se haberet in his *apud legionem*, *apud exercitum*.

3) Contra in Plauti frgm. fab. inc. 48: *Ad mensam.*

Apud mensam plenam homini rostrum deliges[1]) — Trin. 478: *Verecundari neminem apud mensam decet*[1]) — Cur. 394 sq.: *Catapulta hoc ictumst mihi Apud Sicyonem* — Cato d. a. 46, 2: *Signumque aput taleam adponito*[2]) — Terent. Ad. 583 sq.: *Apud ipsum lacum Est pistrilla* — Andr. 222: *Navem is fregit apud Andrum insulam* — Sext. Turp. 125: *O utinam nunc apud ignem aliquem magnum adsidam*[3]) — Atta 10: *Nempe ⟨adstat⟩ sinus apud mensam*[1]) — Sis. 116: *Dum pristinum vinum apud ignem per sudorem corpore exhauserunt* — CIL I 1006, 4 sq. (Buecheler, antholog. 11): *Quom apud Meas restitistei seedes.*

B. Minus accurate dicitur apud pro in. cf. Nonius pag. 522: *Error consuetudinis apud pro in utitur. Itaque otiose dicimus, quum nos in foro fuisse dicamus, apud forum fuisse, quum apud iuxta significet.* Fortasse hic usus e formula usitatissima *apud forum* prodiit, quae primum valet: in einem Hause am Forum, postea autem etiam is apud forum esse dictus est, qui in foro ipso est.

Quam prope *apud* et *in* ad se accedant, ex his Plauti versibus intellegi potest:

Amph. 1012 sqq.: *Apud emporium atque in macello, in palaestra atque in foro In medicinis, in tonstrinis, apud omnis aedis sacras Sum defessus quaeritando.*

Naev. P. B. 60: *Apud emporium* — Plaut. As. 33: *Apud fustitudinas ferricrepinas insulas* — Cist. 225: *Ita pater apud villam detinuit* — Pers. 22: *Fui praeferratus apud molas* — Ep. 14: *Nam ut apud portum te conspexi.* Stich. 153 — Mil. 662: *Ita apud omnes conparebo tibi res benefactis frequens,* pro quo alias *in omnibus rebus* invenitur — Ter. Ad. 517: *Apud villamst* — Phor. 198: *Apud portum* — C. Sempr. Gracchus (M. 231): *Et in convivio liberi vestri modestius erant quam apud principia* — CIL I 196, 2: *Apud aedem Duelonai* (sc. *consuluerunt*).

Cum nominibus urbium: Plaut. Ep. 53: *Ab danista apud Thebas sumpsit faenore* 252 — Enn. sat. 53: *Charadrusque apud Ambraciai finis* (Vahlen p. 166: *Apud Charadrum Ambraciamque*).

C. Falso *apud* praepositio, quae respondet quaerenti ubi, cum verbis coniungitur, quae finem significant, ad quem quis pervenit: Ipse Lucilius, qui normam usus *apud* praepositionis dedit, adversus eam facit. Scribit enim v. 980 sq.:

Aut cum iter est aliquo et causam commenta viai Aut apud aurificem, ad matrem, cognatam ad amicam.

---

1) cf. adn. 3 pag. antecedentis.

2) Hoc uno loco *apud* in Catonis de agricultura libro invenitur.

3) Quali in condicione haec verba dicta sint, apparet ex Plauti Rud. v. 527 sqq.: *Edepol, Neptune, es balineator frigidus . . . Ut fortunati sunt fabri ferrarii, Qui apud carbones adsident: semper calent.*

Hanc quoque structuram e contaminatione duarum sententiarum ortam esse intellegimus, ex *ire ad* et *esse apud*. Similiter in parte quadam Germaniae dicitur: bei jem. gehen.

Circa

Circa[1]) ablativi forma videtur esse pertinens ad formam magis usitatam *circum*, quem ablativum auctoritate formarum *extra*, *infra*, *supra* formatum esse verisimile est.

Grammatici latini haec de praepositione *circa* docent:

Charisius (GLK I 232, 13 sqq.): *Circum, circa, circiter hoc differunt, quod circum loci est, circum theatrum, circa temporis, circa Kalendas, circiter numeri, circiter horas decem: et si aliter inveniatur, licentia dictum videtur.* — Similiter Caper (VII 96, 18 sq.) et Albinus (VII 299, 9 sq.) iudicant; sed usus priscorum scriptorum nequaquam cum hac doctrina congruit.

Priscianus (III 41, 8 sqq.): *Circa quoque* περὶ *Graecam significat, quando pro iuxta accipitur, ut circa forum, circa templum, circa viginti annos, et numquam praepositiva componitur, postposita tamen invenitur apud Virgilium post ablativum quo.*

Beda (VII 269, 9 sq.): *Circa ad visibilem materiam vel locum pertinet ... circa ad tempus refertur, circiter ad numerum.*

Virgil. Gram. (anecd. Helv. ed. Hagen 201, 13): *Circa et erga duae praepositiones sunt casus accusativi, sed hanc diversitatem habent, quod circa ad visibilem materiam vel locum pertinet, erga autem ad animum spectat.*

Lindsay l. l. p. 667 docet: 'In der älteren Litteratur ist circum die einzige Form als Adverb wie als Präposition, während im klassischen Latein eine Nebenform circa erscheint, die sich zuerst bei Cicero findet.'

Lindsayum de aetate *circa* formae falso iudicare apparet ex CIL I 198 XIII: *Quod circa eum insenatum legei non liceat.* Haec enim inscriptio anno 122 a. Chr. n. scripta est. Confer praeterea Plaut. Aul. 468: *Circumcirca.* Cato 89, 29.

Forma *quocirca*, quae in CIL I 206, 93, 104, 118 invenitur, ex *quŏd circa* orta esse non potest, sed fortasse ex *quōd circa* vel ex analogia verborum *antea, interea, praeterea*, fortasse etiam *quoad*, formata est. Haec inscriptio anno 45 a. Chr. n. scripta est. — 'Quocirca scheint durch Varro in Gebrauch gekommen zu sein.'[2]) Hanc sententiam falsam esse ex inscriptionibus manifestum est, nisi forte Varro primus hoc verbum in litteras induxisse dicitur.

---

1) cf. Wölfflin AflL V 294; Stowasser, Wiener Studien XXII 120 sqq., quocum nemo consentiet.

2) Landgraf AflL IX 566. — Ceterum etiam de loco *circa* in prisca latinitate dicitur; vide antiquam formulam, quam Varro d. l. L V § 47 tradit: *circa Minervium.*



Circiter

Ex forma *circa* vel *circum* factum est *circiter* per analogiam formarum *breviter, graviter* etc.

Grammatici praeter ea, quae sub voce *circa* attuli, ita de praepositione *circiter* iudicant:

Priscianus (GLK III 41, 22 sq.): *Circiter vero cum similiter* περὶ *Graecam significat, tum pro iuxta accipitur; ad tempus tamen solum pertinet, ut circiter Kalendas Januarias.*

Plaut. Cist. 677: *Loca haec circiter excidit mihi.*

Hoc uno loco *circiter* pro praepositione invenitur, ceteris locis adverbium est:

Pl. Mil. 350: *Circiter triennium*[1]) —— Cl. Quadr. 51: *Sed circiter horas duas gravi proelio urserunt.*[2])

Circum

Forma, ex qua *circum*[3]) prodiisse videtur, apud Varronem invenitur, de lingua latina V 25: *in circum.* Postea *in* evanuit, ut etiam in nostra lingua nonnullae praepositiones hoc modo ortae sunt, exempli gratia: kraft, wegen, statt, laut. cf. Paul, Princip.[3] 344.

De grammaticorum praeceptis confer ea, quae sub voce *circa* allata sunt. Praeterea docet Priscianus (GLK III 41, 3 sqq.): *Circum quando* περὶ *significat, praepositio accipitur tam in compositione quam in separatione, ut circumfero,* περιφέρω, *circum montem* περὶ τὸ ὄρος; *quando vero* πέριξ *demonstrat, adverbium est locale.*

I. *Circum* valet im Kreise herum, rund herum in vel bei.[4])

Plaut. Cas. prol. 26: *Alcedonia sunt circum forum* — Ep. 199: *Per myropolia et lanienas circumque argentarias* (sc. *quaesivi*) — Mil. 424: *Quae circum vicinos vagas* — Truc. 66 — Enn. tr. 102: *Circum sese urvat.* 153 —— Cato d. a. 6, 3: *Circum coronas et circum vias ulmos serito* — 6, 4: *Salicem graecam circum harundinetum serito* — 114, 1: *Eas radices dato circum vitem.*[5]) 5, 8. 21, 4. 29.

---

1) In Plauti Most. v. 579 scribendum est: *circiter meridie* cf. Usener, Fleckeisens Jahrb. 117, pag. 79.

2) Ex his locis factum est, ut *circiter* postea praepositio plerumque ad tempus spectans fieret.

3) Stowasser, Wiener Studien XXII 120 sqq.

4) Most. 843: *Eho, istum, puere, circumduce hasce aedis et conclavia* — Most. 347.

5) cf. 115, 2: *Tris fasciculos veratri atri circumponito circum radices.* — Thielmann, das verbum dare im Lateinischen p. 108: ‚Über die Bedeutung des dare aber in circumdare, über die man nach dem

33, 3. 33, 4. 36. 37, 2 (bis). 43, 2. 95, 2. 157, 11 — Terent. Haut. 290 sq.: *Capillus pexus, prolixus, circum caput Reiectus neglegenter*[1]) — Lucil. 215: *Zonatim circum inpluvium †cinerans ludebat* — 946: *Circum oppida lustrans* — C. Sempron. Gracchus (M. 239): *De Q. Popilio circum conciliabula*[2]) — Cass. Hemina 38: *Sinuessae magalia addenda murumque circum ea* — CIL I 1012, 8 (Buecheler anthol. 58): *Circum stipatum moerum multeis millibus* — 1260, 2 sq.: *Cir⟨cum⟩ lucum, maceriam et murum.*

II. Vis *circi* = ringsherum, im Kreise herum, quae inest in praepositione *circum*, paulatim evanescit, ut *circum* idem fere valeat atque *apud*.

Nondum plane haec vis in oblivionem venit in Ter. Eun. 581: *Paucae, quae circum illam essent, manent.*

Sed hoc exemplum: *paucae ... circum illam* iam nos traducit ad CIL I 199, 8: *Ibi termina duo stant circum viam Postumiam,* ubi prima vis praepositionis = περὶ transiit in ἀμφί.

Ablativum vocis *circus* invenimus in *idcirco.*[3])

Idcirco his locis invenitur:

Plaut. Merc. 34. Ps. 563. Rud. 28. 700. Ter. Andr. 690. ex. sup. 7. Haut. 516. Lucil. 544. 573. 584. Afran. 81. C. Sempr. Gracchus (M. 236). Cl. Quadr. 89. Sis. 127. Lic. Crassus (M. 296). Laber. 44.

Cis

Cis, qua in voce radix aliqua demonstrativa inesse videtur, significat id, quod aliqua re interposita a parte eius est, qui loquitur.

Grammatici latini haec de praepositione *cis* docent:

Priscianus (GLK III 38, 28 sqq.): *Cis et componitur et separatur et magis localem habet significationem, ut cisalpina Gallia et cis Rhenum. possumus tamen per translationem et in tempore et in aliis rebus ea uti, ut 'cis definitum tempus', sicut ultra definitum, vel cis naturae leges, ut ultra naturae. derivatur ex hoc citra.*

---

deutschen umgeben zweifelhaft sein könnte, belehrt uns an der zuletzt angeführten Stelle (Lucr. VI 1036) das beigefügte *adposituque'* — Idem nos docere puto Catonis d. a. 114, 1: *dato circum* et 115, 2: *circumponito.*

1) Sic cum codicibus scribo. Fleckeisenus: *prolixe*, quod scribi necesse esse nego. *Coma prolixa* in malam partem dicitur in Pac. tr. v. 21.

2) cf. Festus p. 241: . . . *C. Gracchus in ea, qua usus est, cum circum conciliabula iret.*

3) cf. Landgraf, AflL IX 566.

Albinus (VII 299, 12 sq.): *Cis localem habet significationem, ut cisalpinam Galliam; et pro ultra accipitur, ut cis definitum tempus, hoc est ultra.*[1])

Com. Einsidl. (anecd. Helv. ed. Hagen 214, 21 sqq.): *Cis et citra idem sunt, sed in hoc differunt, quod cis propriis nominibus montium vel fluminum iungitur, citra vero appellativis, ut citra forum.*

I. De loco.

Varro de l. l. V § 50 sqq. nonnullas priscas formulas affert:

Oppius mons terticeps cis lucum Esquilinum dexterior via in tabernola est (p. 20, 13 Sp.). p. 20, 15. p. 21, 1. p. 21, 13. p. 21, 15.

Cato 10, 20: *Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentinum* — CIL I 205^{II} 26: *In Gallia cis Alpeis* (inscriptio anno 49. a. Chr. scripta est).

II. De tempore.

Hic nobis una formula *cis paucos mensis* vel *dies* occurrit:

Plaut. Merc. 152 sq.: *Liberum Caput tibi faciam* ⟨*cis*⟩ *paucos mensis*[2]) — Most. 18 sq.: *Cis hercle paucas tempestates, Tranio, Augebis ruri numerum* — Truc. 348: *Nulla faxim cis dies paucos siet.*

Citra

Haec vox, cum tam sero demum occurrat, ex analogia verborum *extra, infra, intra* formata esse mihi videtur.[3])

Priscianus docet (GLK III 40, 25 sqq.): *Citra numquam componitur et paene eandem habet significationem quam cis. nam apud nos locum significat. sed invenio, quod propriis nominibus fluminum vel montium cis solet praeponi plerumque, reliquis vero magis citra . . . et a cis quidem derivatur citra.*

Hanc sententiam Albinus (VII 299, 13 sq.) et Com. Einsidl. (anecd. Helv. ed. Hagen 214, 21 sq.) sequuntur.

CIL I 603, 5: *Citra scalas* (anno 58 a. Chr.).

Clam

Clam ut *tam, quam, coram, multifariam*, alia, forma accusativi singularis est; cognata est haec vox cum radice *cel*, quae est in *celare, occulere*, et ut vox celandi cum accusativo coniungitur, ita etiam *clam* praepositio.

---

1) Manifestum est Albinum verba Prisciani, quo scriptore usus est, *cis definitum tempus, sicut ultra definitum* (GL III 38, 30) non intellexisse atque illud *sicut ultra* male interpretatum esse per *hoc est ultra.*

2) *Cis* Dousa coniecit. Contra C. F. W. Mueller: *ante paucos.* Rh. M. LIV p. 394. 3) Lindsay-Nohl l. l. p. 667 aliter iudicat.

Latinorum grammaticorum praecepta de hac praepositione aliquanto inter se dissentiunt.

Charisius (GLK I 145, 17 sq.): *Te ablativo, clam te est. atquin Plautus in Menaechmis: clam uxorem est; nisi forte clam et accusativo et ablativo possit aptari.*

Diomedes (I 319, 23): *Clam custodem et custode.*

Priscianus (III 39, 30 sqq.): *Clam enim magis adverbium est, cum nec localem habeat aliquam significationem, quam plerumque praepositiones possident, et qualitatem demonstret, quae in adverbiis inveniri solet — et diminuitur, quod nulla praepositio habet, ut clanculum, et potest etiam absque casu proferri, ut bona aperte facit, mala clam — et quod apud Graecos absque ulla dubitatione adverbium est. Nihil mirum tamen, quod praeponatur casui, cum multa adverbia, et maxime localia, et apud Graecos et apud nos soleant casibus praeponi.* — Idem (III 44, 27 sqq.): *Monosyllabae praepositiones, quae casui ablativo serviunt, dumtaxat sunt hae: a, ab, abs, e, ex, de, pro, prae, cum. addunt etiam clam, quod apud Graecos adverbium est.* — Similiter III 51, 11 sq.

Donatus (IV 390, 22): *Clam praepositio casibus servit ambobus.*

Servii com. in Donatum (IV 419, 25 sqq.): *Clam praepositio, quam Donatus inter ablativas posuit, scire debemus, quod indifferenter pro arbitrio dicentis et ablativo iungitur et accusativo: dicimus enim et clam patre et clam patrem.* — Similiter iudicant Sergius in expl. in Donatum (IV 517, 30 sqq.), Cledonius (V 25, 17 sqq.), Pompeius (V 274, 32 sqq.).

Arusian. Mess. (VII 489, 18): *Klam illis tenet usus, sed vitiose: clanculum illos Ter. Adel.*

Asper (anecd. Helv. ed. Hagen 58, 30): *Clam custode ... clam custodibus.*

Clam saepe adverbium est, exempli causa his locis: Plaut. Amph. 527: *Clam illuc redeundumst mihi.* 1122. As. 742. 815. Ba. 1146. Cist. 34. Men. 804. 900. Merc. 43. 1023. Mil. 143. 343. Most. 502. Poen. 662. 1022. Trin. 142. 756. Truc. 57. 311. 795. — Pac. tr. 390. — Ter. Andr. 444. Eun. 287. 319. 627. Phor. 943. Hec. 519. Ad. 71. — Lucil. 1181l. — Acc. tr. 533. — Turpil. 195. — Cl. Quadr. 41. — CIL I 200 XVIII.

Praepositio his locis est:

Plaut. Amph. prol. 107: *Is amare occepit Alcumenam clam virum* — Men. 152: *Clam uxorem ubi sepulcrum habeamus atque hunc comburamus diem*[1]) — Merc. 821: *Uxor virum si clam domo egressast*

---

1) Versus integer non est. Ussingius scribi vult: *clam uxoremst ubi pulchre habeamus*; quae verba Fridericus Leo in textum recipere non debebat. *Sepulcrum* hoc loco recte se habere docet nos Ter. Andr. 128 sq.: *Ad sepulcrum venimus; In ignem impositast.* Fortasse nostro loco scribendum est: *Clam uxorem ad sepulcrum abeamus,* quam-

foras[1]) —— Caec. 149: *Ea me clam se cum mea ancilla ait consuetum* —— Terent. Haut. 118: *Clam me profectus* — Hec. 396 sq.: *Ut clam eveniat partus patrem Atque adeo omnis.*[2])

Clam aliquem esse significat *aliquem fugere.*

Plaut. Rud. 132 sq.: *Neque potest clam me esse* —— Ter. Haut. 98: *Haec clam me omnia* (sc. *erant*) —— Acc. tr. 345: *Clam esse censet alteros.*[3])

Clanculum[4])

Haec vox de voce *clam* suffixo deminutivo addito derivata est.

Priscianus (GLK III 80, 14 sqq.): *Attendendum igitur, quod non inveniuntur comparativa adverbia nisi sint adiuncta comparativis nominibus, diminutiva tamen rarissime ut clam, clanculum.* — Idem III 88, 21 sq.

Charisius (I 296, 17 sq.): *Clanculum facit patrem et patre, ab eo quod est clam.*

Clanculum adverbium saepissime invenitur:

Plaut. Cist. 91: *Consecutust clanculum.* Amph. 795. Ba. 317. Cur. 22. Men. 531. 605. Mil. 130. 823. 934. 985. Most. 698. 1045. Poen. 913. Rud. 57. 302. 356. 1189. Trin. 798. 804. Truc. 408. 670. —— Ter. Haut. 472. Eun. 310. 411. 589. 602. Phor. 873. —— Lucil. 629. —— Atta 24. —— Afran. 47.

Uno loco *clanculum* pro praepositione est:

Terent. Ad. 52 sq.: *Alii clanculum Patres quae faciunt.*[5])

Contra

Contra, cum omnibus locis, qui integri sunt, *a* correptum habeat, exempli causa Plauti Ps. 156, Enn. ann. 181 (V.) etc.,

---

quam ne sic quidem omnes difficultates, praecipue eas, quae ad metrum spectant, sublatas esse video. Si cum Skutschio scribimus: *et hunc* (◡́ ◡) pro *atque hunc*, versus integer est.

1) Codices praebent *viro*, correxit Pareus.

2) Falso iudicat de voce *clam* Handius in Tursell. II 91: 'Utitur ablativo Plautus quattuor vel quinque tantum in locis, accusativo autem saepissime: apud Terentium non nisi in formulis clam te, clam me occurrit.'

3) Iterum apud Accium *clam* in v. 654 invenitur, ubi codices *clam pater* praebent, quod Ribbeck male mutavit in: *patre.* Si mutandum est, scribendum esse puto: *patrem.* cf. Plaut. Merc. 342. 660. Ter. Hec. 396. — Nusquam igitur in prisca latinitate *clam* cum ablativo coniungitur; nam in Plauti Cur. v. 173 Guietus *ero* suo iure delevit. — cf. Wölfflin AflL VII 278.

4) cf. Stowasser AflL VI 563, qui sine dubio falso iudicat. — Wölfflin AflL VII 23.

5) *Clanculum* (_ ◡ ◡̆) in clausula invenitur his locis: Plaut. Ba. 317. Mil. 130. 823. 985. Most. 1045. Rud. 1189 Trin. 798. 804. Truc. 670.

nominativus sive accusativus pluralis neutri generis videtur esse.[1]) Hic in ultima syllaba suffixum comparativum *tero* inesse apparet.

Grammatici latini de vi atque usu huius praepositionis haec docent:

Charisius (GLK I 232, 16 sqq.): *Contra et adversus hoc differunt, quod contra loci est, velut 'contra basilicam', adversus ad animi motum* <*refertur*>, *velut 'adversus illum facio'; interdum autem promiscue accipiuntur.*

Priscianus (III 26, 15 sqq.): *Contra, quando* κατὰ *significat, loco praepositionis est accipiendum . . . cum vero* τὸ ἐξεναντίας, *quod proprium est eius, significat, adverbium est sine dubio.* — Similiter Priscianus iudicat III 41, 26 sq.

Com. Einsidl. (anecd. Helv. ed. Hagen 214, 18): *Adversum et contra idem est.*

I. Haec vox, quae in prisca latinitate saepe pro adverbio invenitur, varias significationes habet. Liceat mihi hic etiam de adverbii *contra* vi agere.

Primum *contra* de partibus dicitur, quarum altera alteri opponitur.

A. 1. Plaut. Amph. 216 sq.: *Amphitruo castris ilico Producit omnem exercitum, contra Teloboae ex oppido Legiones educunt suas* — 227: *Tubae utrimque canunt contra,* quod sic explicandum esse puto: Si a parte Thebanorum es, Teloboarum tubae canunt contra, si a Teloboarum, Thebanorum tubae contra canunt. cf. Cas. prol. 50: *Nunc sibi uterque contra legiones parat* — Amph. 236: *Hostes crebri cadunt: nostri contra ingruont* — Mil. 123: *Ubi contra aspexit me* — Cato d. a. 18, 1: *Uti contra ora sient.* Etiam cum verbis movendi coniungitur: Plaut. Ba. 535: *Adibo contra* — Stich. 772: *Omnis voco cinaedos contra,* i. e. ut mihi contra obviam eant — Enn. tr. 277: *Auris tibi contra utendas dabo* — Acc. tr. 541: *Contra est eundum.*

2. Hoc etiam de abstractis dicitur:

Naev. tr. 36: *Cave sis tuam contendas iram contra cum ira Liberi* — Plaut. Mil. 198: *Quem dolum doloso contra conservo parem.* Vid. 67.

E talibus locis, quales ultimi sunt, vis inimica prodit, quam habes in Plauti Cas. v. 253: *Quam advorsere contra?*

3. Prima vis vocis *contra* etiam conspicua est in eis formulis, quae ad rem argentariam spectant.

Plaut. Cur. 201: *Auro contra cedo modestum amatorem* — Ter. Eun. 355: *Si scias quod donum huic dono contra comparet.*

Terent. Haut. 472. Eun. 310. Phor. 873. Ad. 52. Lucil. 629. Afran. 47.

1) cf. Skutsch, Forschungen I 8 A. 1.

Huc pertinet etiam illud metaphorice dictum Caec. 48: *Etiam iniuriam* (sc. *ferre possum*), *nisi contra constat contumelia.*[1])

Res enim, quae emitur, pecuniae, quae pro ea datur, contra ponitur. Item fere res se habet in formula *pecuniam ferre ob aliquam rem.*

B. Tum *contra* de personis ponitur, quae **1.** eandem vel **2.** diversam rem agunt.

1. Plaut. Amph. 655: *Quae me amat, quam contra amo*[2]) — 694: *Te ut deludam contra, lusorem meum* — Ter. Hec. 70: *Hiscine tu amabo non contra insidiabere?*

Hinc fit, ut *contra*, quod his quoque locis nil nisi auf meiner Seite, dir gegenüber etc. a principio valet, vim: in Entgegnung, als Entgelt accipiat atque cum verbis *gratias agendi, hostiendi* coniungatur.

Naev. praet. 6: *Contra redhostis?* — Plaut. As. 377: *Hostire contra* — Ter. Hec. 583: *Nunc tibi me certumst contra gratiam referre.*

Huc mihi etiam verbum *respondendi* pertinere videtur: Pac. tr. 282: *Fac tu contra mihi quod rogo respondeas.*

2. Plaut. Mil. 190: *Qui arguat se, eum contra vincat* — Ter. Eun. 443: *Si laudabit haec Illius formam, tu huius contra.*

Eo, quod duae actiones, quae sibi opponuntur, sibi contrariae sunt, fit, ut *contra* vim im Gegenteil, hingegen accipiat.

Plaut. Trin. 826: *Ego contra opera expertus* — Terent. Phor. 173: *At tu mihi contra nunc videre fortunatus.*

II. De contra praepositione.

A. De loco.

1. cum personis: Plaut. Pers. 13: *Quis illic est, qui contra me astat? — Quis hic est, qui sic contra me astat?* — 208: *Feminam scelestam te astans contra contuor* — Ps. 156: *Adsistite omnes contra me*[3]) — Cato 36, 4: *Simul hostium copiae magnae contra me sedebant*[4]) — Cl. Quadr. 10^{b}: *Contra Gallum constitit.*

2. cum rebus: Acc. praet. 3: *Vim Gallicam obduc contra in aciem exercitum* — Laber. 73: *Clipeum constituit contra exortum Hyperionis* — 83: *Hoc voluit clipeum contra pelvem proici.*

---

1) Poeta de trutina cogitare videtur, cuius in altera lance hoc, in altera illud ponitur, ita ut trutina constet.

2) Fortasse As. 631 scribendum est: *Quia ego hanc amo et haec me* ⟨*contra*⟩ *amat.* cf. Cist. 95. 132. 193. 289. Merc. 919. Mil. 101. — Caec. 263.

3) cf. Terenz Phormio erklärt von Dziatzko, 3. Aufl. von Hauler, ad v. 521.

4) Ut iam supra dictum est, in voce *contra* vis inimica non est. E contextu orationis vis inimica, ut hic aliisque locis, vel amica prodit, ut CIL I 1479, 3: *Qualis fuerit contra patro*⟨*num patro*⟩*nam parentem.*

B. Tropice.

1. In formulis *causam dicere, loqui contra aliquem* primum de loco cogitatum est, quia ii, qui loquuntur, causam dicunt, sibi oppositi sunt.

Enn. ann. 181 sq. (V.): *Contra carinantes Verba atque obscena profatus* — Afran. 91: *Ut facunde contra causaris patrem.*

Sed facile hic *contra* de loco ad animum agentis deferri potest, cum is, qui contra aliquem causam agit, eius adversarius sit

Lic. Crassus (M. 316): *Cur de perfugis nostris copias comparat is contra nos?* Quamquam hic quoque de loco cogitari potest, ubi acies instruitur, tamen *contra* iam magis vim tropicam accepit, ita ut dici possit Coel. Antip.[1]) 5: *Tantum bellum suscitare conari adversarios Contra bellosum genus* — Sulla 3: *Pro vobis potius quam contra vos pugnemus.*

2. Haec infesta vis *contra* praepositionis praecipue invenitur, ubi cum abstractis coniungitur.

Lucil. 49 sq.: *Hostiliu' contra Pestem permiciemque catax quam et Maniu' nobeis*[2]) —— Acc. tr. 476: *Ubi nil contra orationem aequam habuit* —— Sis. 110: *Semper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia fecisse ac dixisse sentio* —— CIL I 200 XXX: *Contra hance legem fecisse.*

Eandem vim contra habet his locis:

Ter. Phor. 521: *Nunc contra haec omnia*[3]) —— Lucil. 624 sq.: *Ille contra omnia inter plures, sensim et pedetemtim foris*[4]) — 936: *Contra haec invitasse aut instigasse videntur.*[5])

Coram

In hoc vocabulo voces *con* vel *co* et *os, oris* inesse nemo est, qui neget. Ad hanc compositionem antiqua indogerm. syllaba finalis *am* accessit.

Priscianus de voce *coram* haec docet (GLK III 52, 1 sqq.): *Coram quoque et palam apud Graecos adverbia sunt, quae propter supra dictas causas nostri etiam inter praepositiones assumpserunt.* —

1) cf. Marx, studia Luciliana 97 adn. 2.

2) In hoc versu et restituendo et interpretando Luciani Muelleri sententiam (cf. pag. 200 editionis) sequor.

3) Terenz Phormio erklärt von Dziatzko-Hauler, ad hunc versum: 'Contra ist wie wohl auch Ad. 44 f. (ille contra haec omnia Ruri agere vitam) Praeposition . . . Die präpositionale Auffassung begünstigt an unserer Stelle der Sinn, indem sich omnia haec ungezwungen nicht auf Repperi qui det neque lacrumet, wohl aber auf das im Vorhergehenden Aufgezählte beziehen läfst.'

4) cf. Skutsch, mus. Rhen. 48, pg. 305.

5) Negari non potest et in hoc versu et in versu 624 *contra* etiam adverbium esse posse.

Similiter docet III 197, 14, 18. — III 311, 7: *Attici* ἐναντίον τοῦδε *pro coram illo.*

Caper (VII 97, 10 sq.): *Coram illo dicendum, non palam illo, nam palam ad multos refertur.* — Idem (anecd. Helv. ed. Hagen 277, 22).

Comm. Einsidl. (anecd. Helv. ed. Hagen 216, 17 sq.): *Coram et palam idem sunt; clam vero contrarium est illi.*

Apud scriptores priscae latinitatis *coram*, quod per angesichts, vel in eigener Person vertere possumus, semper adverbium est.

Plaut. Merc. 278: *Ut coram tradas in manum* — Ps. 1142: *Quia tute ipsus coram praesens praesentem vides.* Trin. 580. —— Ter. Andr. 490: *Non imperabat coram* — 900: *Illum huc coram adducam.* — Eun. 794. Phor. 914. Ad. 269. 484. 608. —— CIL I 199, 2, 4, 5.

Quamquam ita res se habet, tamen Lindsay[1]) falso iudicat: 'bis zur Zeit Ciceros keine Präposition', item A. Spengel[2]): 'Coram ist in der alten Sprache immer Adverb, erst Cicero gebraucht es auch als Präposition', aliique. Occurrit enim nobis *coram* praepositio in CIL I 198 XX: *Facitoque coram ar⟨vorsario⟩ iouret* — XXIII: *Iouret . . . coram• a⟨rvorsario⟩* — XL: *Adferatur coram eo* — XLII: *Coram iudicibus . . . ita pronuntiato.*

Haec inscriptio est anni 122 a. Chr. n.

Cum

Grammatici latini de huius praepositionis significationibus tam variis nil fere dicunt.

Priscianus (GLK III 50, 22 sqq.): *Cum et adverbium potest esse, quando* τὸ ὁπότε *significat, et praepositio, quomodo* σύν *et est copulativa, ut 'cum ducibus pugno', 'cum imperatore proficiscor', 'cum amico habito'.*

Praeter hunc locum de collocatione et ratione scribendi praepositionis agunt.

Priscianus (II 594, 15 sq.): *Mecum autem et tecum, secum, nobiscum, vobiscum per anastrophen cum pronomine praepositio est.*

Pompei com. (V 269, 34 sqq.): *Est item una quae semper postponitur pronominibus, cum, aliis partibus praeponitur. Si dicas cum parentibus, cum amicis, cum doctis, ecce modo praeponitur nominibus; postponitur, mecum, tecum, nobiscum, vobiscum; nemo dicit cum me, cum te, cum nobis, cum vobis.*

Terent. Scaurus (VII 28, 6 sqq.): *Cum quidam per cum, non nulli per quom; quidam etiam esse differentiam putant, quod praepo-*

1) Lindsay-Nohl l. l. p. 668.
2) Ad v. 490 Terent. Andriae.

sitio quidem per c, cum illo, cum Claudio, cum Camillo, adverbium autem per q debeat scribi. ut quom legissem, quom fecissem.[1]) — Similiter iudicant Velius Longus (VII 70, 16 sq.), Caper (VII 95, 6), Cassiodorius (VII 156, 3. 207, 1), Orthogr. Bernensis I (anecd. Helv. ed. Hagen 292, 19).

Com. Einsidl. (anecd. Helv. ed. Hagen 212, 25 sq.): *Cum autem debuerat praeponi, sed causa euphoniae hic postponitur; sonorius enim est mecum quam cum me.*

I. *Cum* praepositione ea persona vel res significatur, quae alteram personam sequitur, alterius comes est, quae idem facit atque altera, unde fit, ut *una* adverbium saepe adiciatur.

A. Substantivum, quod e praepositione pendet, ad personam additur.

1. Personae cum personis coniunguntur.

a) Persona, quae cum praepositione coniungitur, subiecto additur.

α) Proprie: Leg. XII tab. III 3: *Secum ducito* — Plautus: Amph. prol. 95: *Et ego una cum illo* (sc. *fabulam agam*). *nunc animum advortite*[2]) — Mil. 1039: *Tecum aetatem exigere ut liceat*[3]) — Most. 311: *Callidamates cum amica incedit* — Mil. 1303: *Duc adiutores tecum* — Amph. prol. 125: *Qui cum Amphitruone abiit hinc in exercitum* — 497 sq.: *Amphitruo subditivos eccum exit foras Cum Alcumena uxore usuraria*[4]) — Ba. 1115: *Is periit cum tuo*[5]) — Most. 1159: *Quicquid fecit, nobiscum una fecit* — 976 sq.: *Perpotasse assiduo ac simul Tuo cum domino*[6]) — Cist. 36: *Viris cum suis praedicant nos solere* — Aul. 655: *Quis hic intus alter erat tecum simul?* — Ba. 656: *Improbus cum improbis sit, harpaget* ⟨*cum*⟩ *furibus* — Cas. 482: *Ut hic sit secum* — Men. 188: *Cum utro hanc noctem sies*[7]) — Enn. ann. 110 sq.: *Romulus in caelo cum dis geni-*

1) cf. Bersu, Die Gutturalen und ihre Verbindung mit v im Lateinischen, pag. 41 sqq.

2) *Nunc* ⟨*hoc*⟩ *animum advortite* scribi volo cf. v. 38. — Vide Langen Fl. Jhb. 125, 697 sq.

3) In versu insequenti scribendum esse puto: *Multae aliae* ⟨*it*⟩*idem istuc cupiunt.* cf. Acc. tr. 329: *Et istud itidem vos volo.*

4) Hiatus evitandi causa scribi volo: *Cum Alcumena* ⟨*una*⟩ *uxore usuraria* cf. Mil. 1136. Ps. 410.

5) Sic contra codicum fidem scribo, qui habent: *id.*

6) Fortasse cum Skutschio scribendum est: *perpotavisse.*

7) *Esse cum aliquo* vel *aliqua* saepissime idem est atque *cubare cum aliquo, aliqua* et dicitur de coniugali amore. '*Eadem modestia potius cum muliere fuisse quam concubuisse dicebant.*' Varro de l. l. VI 80. Ex. gr. Amph. 818. Ba. 891. Merc. 102. Most. 892. Truc. 362. 986. Ter. Eun. 195 — Ceterum mihi dubium non est, quin in primis verbis versus 188 Men: *Tuest legio adiudicato* formula e sermone iudiciario insit: *ex lege adiudicare.* cf. ex. gr. CIL I 200 LXII: *Ex h(ace) l(ege)*

talibus aevum Degit — tr. 124: *Secum advocant*[1]) —— Terent. Haut. 392: *Vobis cum uno semel ubi aetatem agere decretumst viro* — Haut. 466: *Dum illum modo habeam mecum*[2]) — Ad. 356: *Una fuisse in raptione cum Aeschino* — 347: *Testis mecum est anulus*[3]) —— Acc. tr. 369 sq.: *Vi contendam ut hinc compote tecum ⟨una⟩ Salaminem aveham*[4]) —— Cl. Quadr. 85: *Sagittarius cum funditore utrimque summo studio spargunt fortissime*[5]) —— Sis. 34: *Cum paucis fugae se mandant* —— CIL I 582, 4: *Quom Q. Caepione proelio est occisus.*

Liceat mihi eos locos separatim afferre, ubi *cum* coniungitur cum nomine collectivo.

Plaut. Amph. 733 sq.: *Ut cum exercitu Hinc profectus sum.* — Most. 105 sq.: *Atque ubi illo inmigrat nequam homo, indiligens Cum pigra familia* — Ba. 113 sq.: *Quo nunc capessis ted hinc advorsa via Cum tanta pompa* —— Enn. ann. 496: *Cum legionibu' cum proficiscitur induperator* —— Cato 64, 8: *Cum partim illorum iam saepe ad eundem modum erat*[6]) —— Terent. Phor. 571 sq.: *Ipsam cum omni familia Ad me profectam esse aibant* —— Acc. tr. 235 sq.: *Deinde omni stirpe cum incluta Cadmeide Vagant matronae* —— Coel. Antip. 25: *Cum cetero exercitu me sequi* — 57: *Ipse cum cetera copia pedetemtim sequitur* —— Cl. Quadr. 87: *Enim cum partim copiis hominum adulescentium placentium sibi* —— Lic. Crassus (M. 310): *Sapiens videlicet homo cum primis nostrae civitatis norat hunc gurgitem*[7]) —— CIL I 206, 133: *Cum senatu.*

---

aaioudicari licebit. Animadverte quaeso, quomodo versus 187 legum sermonem imitetur. Nonne illud futurum exactum: *uter ... erit inventus* tibi ea in memoriam revocat, quae leges sescenties praebent: *qui ex hac lege patronus datus erit; quos legerit; qui iudices lecti erunt; qui ex hac lege condemnatus erit* etc.? Restituo igitur nostrum versum sic fere: *Tua tu ex lege adiudicato*, ratus ante hunc versum complures excidisse.

1) Nusquam inveni *secum advocare* omninoque puto *vocare secum* vel *advocare secum* dici non posse. Immo probo id, quod Lucianus Mueller proposuit: *adducunt*. Toto loco de equis agi arbitror, confer Acc. tr. 602 sq.: *Qui ubi ad Dircaeum fontem adveniunt, mundule Nitidantur iugulos quadripedantum sonipedum.*

2) Animadverte nos dicere: bei mir, quod saepius in praepositione *cum* vertenda accidit. 3) Anulus hic personae instar est.

4) Sic Ribbeck Adolpho Schoellio duce. codd.: *comportet.*

5) Coniunctio illa *sagittarius cum funditore* efficit, ut numerus pluralis ponatur. Possis talibus locis contaminationem agnoscere ex: *sagittarius cum funditore spargit*, et: *sagittarius et funditor spargunt.* cf. Cato 62, 7 (J.). Ter. Haut. 473. — Ziemer: Junggram. Streifzüge, Colberg 1882, p. 88 sq. Paul, Principien[3] p. 346. cf. etiam Brugmann-Delbrück, Grundriss d. vergl. Gram. d. indog. Sprachen V. Bd., p. 255 ff.

6) Gellius IX 13, 2: *Cum partim hominum dici potest, id est cum quibusdam hominibus et quasi cum quadam parte hominum.* Coniungitur igitur *cum* praepositio cum adverbio — nam accusativus *partim* pro adverbio est —, ita ut *ad* praepositio cum adverbiis *eo*, *quo* in *adeo, quoad, adversus, ante* cum adverbiis *ea*, *hac*; cf. Skutsch, Fleck. Jahrb. suppl. XXVII p. 95 sq.

7) *Cum primis* = vorzüglich, besonders ortum est ex sententia: cum primis huius vel illius generis esse. Lucil. 4.

β) Tropice: Plaut. Mil. 1351: *Ite cum dis bene volentibus* — Pers. 332: *Sequere ... me cum deis volentibus* — Enn. ann. 203: *Dono ducite doque volentibus cum magnis dis* — Cato d. a. 141, 1: *Cum divis volentibus.*

Terent. Phor. 269: *Cum illo haud stares*[1]) — Acc. tr. 13: *Stares mecum.* 358.

b) Persona, quae cum praepositione coniungitur, obiecto additur:

Plaut. Ps. 1123: *Amittat mulierem mecum simul* — Poen. 605: *Ne hic vos mecum conspicetur* — Truc. 660: *Eradicarest certum cumprimis patrem*[2]) — Cato 21, 2: *Mitte mecum Romam equitatum.* 21, 4 — Terent. Andr. 415: *Ipsum adeo praesto video cum Davo* — Phor. 425: *Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibebo domo* — Hec. 174: *Relinquit cum matre hic uxorem* — Ad. 973: *Ut uxorem meam una mecum videam liberam.*

Liceat mihi unum locum, quo res cum praepositione *cum* coniuncta sic ad personae notionem additur, huc afferre: Plaut. Rud. 368 sq.: *Nos cum scapha tempestas dextrovorsum Differt ab illis.*

Hinc fit, ut *cum* prope ad vim vocabuli *et* accedat, cuius usus egregium exemplum apud Cl. Quadrigarium inveniri mihi videtur, frg. 7: *Cuiusque operam cum M. Furio dictatore ad*[3]) *Gallos cumprime fortem atque exuperabilem res p. sensit,* quod explicandum esse censeo: Cuius — i. e. Manlii — et M. Furii operam.

2. Personae cum rebus coniunguntur.

a) cum concretis.

α) Primum de corporis partibus dicitur, quae semper quasi comites hominis sunt, quibuscum incedit.

Naev. tr. 24 sq.: *Ducite Eo cum argutis linguis mutas quadrupedis* — Plaut. Aul. 41: *Circumspectatrix cum oculis emissiciis* — Poen. 981: *Quia incedunt cum anulatis auribus* — Truc. 270: *Advenisti huc te ostentatum cum exornatis ossibus* — Sext. Turp. 168: *Subductis cum superciliis senes.*

Cum dicitur: *cum corde aegro*, non tam de parte corporis, quam de animi motu cogitatur:

Enn. ann. 44: *Vix aegro cum corde meo me somnu' reliquit* — 401: *Hannibal audaci cum pectore de me hortatur* — 578: *Haud temerest quod tu tristi cum corde gubernas.*

β) De veste et ornamento.

Cum hae res in corpore hominis sint, eum semper sequi, homo cum iis esse dici potest.

Naev. tr. 32: *Tyrsigerae Bacchae Bacchico cum scemate* — Plaut. Rud. 251: *Sicine hic cum uvida veste grassabimur?* — Men.

1) Id est ab eius parte stare. 2) cf. pag. 507 adnot. 7.
3) cf. pag. 493 adnot. 1.

563 sq.: *Pallam ad phrygionem cum corona ebrius Ferebat* — Pseud. 1299: *Cum corolla ebrium ingrediri*[1]) — Capt. 203: *Quia cum catenis sumus* —— Terent. Eun. 906 sq.: *Nolo me in via Cum hac veste videat* — Haut. 615: *Is* (sc. *anulus*), *quicum expositast gnata*[2]) —— Afran. 64: *Vorruncent cum syrma simul.*

γ) Eadem causa dici potest cum armis, cum instrumentis ire, esse.

Plaut. Ba. 11 sq.: *Ecquis evocat Cum nassiterna et cum aqua istum inpurissumum?*[3]) —— Enn. tr. 28: *Circumstant cum ardentibus taedis* —— Cato d. a. 155, 1: *Familiam cum ferreis sarculisque exire oportet* —— Lucil. 104 sq.: *Ille alter abundans Cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.*

δ) Item dicitur cum auro, cum argento venire, esse.

Naev. B. P. 12: *Ibi foras cum auro ilico exibant* —— Plaut. Pers. 680: *At ne cum argento protinam permittas domum* (sc. *te*).

Ab his exemplis paulo differunt illa, ubi non de coniunctione ipsa hominis et rei cogitatur, homo non re vera cum auro ire vel esse, sed auro praeditus intellegitur.

Plaut. Pers. 396: *Cum hac dote poteris vel mendico nubere* —— Ter. Andr. 101: *Cum dote summa filio uxorem ut daret.*

ε) cum ceteris rebus.

Plaut. Amph. 330: *Ne ire posse cum onere existumes*[4]) — Ep. 381: *Cum praeda in castra redeo* — Cas. 524: *Cum cibo, cum quiqui facito ut veniant.*

Hic quoque comitatus significatione neglecta esse cum valet aliqua re instructum esse.

Plaut. Cas. prol. 34: *Plautus cum latranti nomine* — Rud. 937 sq.: *Sed hic rex cum aceto pransurust Et sale* —— Ter. Eun 353: *Quis is est tam potens cum tanto munere hoc?*

Hinc fit, ut in invocatione dei cuiusdam ea res nominetur, qua ante ceteros instructus est, pollet:

FPR (p. 33 B.): *Adesto Tiberine cum tuis undis*[5]) —— Enn. ann. 51: *Teque pater Tiberine tuo cum flumine sancto.*[5])

---

1) Fortasse ante vocem *ingrediri* inserendum est *hic* cf. Rud. 251.

2) Ne intellexeris puellulam anulum in digito habuisse, cf. Haut. 650 sq.: *De digito anulum Detraho et eum dico ut una cum puella exponeret.*

3) Id est cum nassiterna cum aqua, cum nassiterna, quae aquae plena est.

4) *Cum onere* idem fere significat atque *oneratus*. In Poen. v. 852: *Haud amice facis, qui cum onere offers moram* — verba *cum onere* dativi loco ponuntur: mihi, homini onerato.

5) cf. Vergil. Aen. VIII 72: *Tuque o Thybri tuo genitor cum flumine sancto.* Cum Servius ad hunc locum dicit: *Sic enim invocatur in precibus*, illud *sic* non cum Baehrensio ad '*Tiberinus*', sed ad: *cum flumine sancto*, *cum tuis undis* referendum esse puto.

ζ) Ex exemplis, qualia Plaut. Rud. 937: *Sed hic rex cum aceto pransurust* — Terent. Eun. 353: *Quis is est tam potens cum tanto munere hoc* — sunt, facile transitus ad instrumentum significandum fit. Qui enim *cum munere potens est*, non modo munere instructus est, sed eo, quod munus dat, potens est.

Plaut. Ba. 928: *Mille cum numero navium decumo anno post subegerunt* — Fr. fab. cert. 103: *Cum virgis caseum radi potest* — Enn. ann. 218: *Effudit voces proprio cum pectore sancto* — tr. 238: *Quique tuo ⟨cum⟩ lumine mare terram caelum contines*[1]) — Cato d. a. 28, 1: *Cum terra sua quam plurima circumligato* — 38, 4: *Cum luto summam extrinsecus oblinito* — Acc. tr. 445: *Pro se quisque cum corona clarum conestat caput* — Coel. Antip. 41: *Omnes simul terram cum classi accedunt* — CIL I 195, 8: *Cumque eis navebus* (sc. *vicet*).

Uno loco *cum* praepositione non tam instrumentum quam causa significari videtur:

Terent. Eun. 230 sq.: *Mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo Cum meo decrepito hoc eunucho.*

b) Cum abstractis.

α) cum verbis movendi.

Naev. B. P. 46: *Cum stupro redire ad suos populares* — Plaut. Aul. 746: *Cum istacin te oratione huc ad me adire ausum* — Men. 785: *Neuter ad me iretis cum querimonia* — Truc. 92: *Legatus quo hinc cum publico inperio fui.*

β) Coniungitur *cum* praepositio cum verbis exsecrandi, ut eae res significentur, quae una cum aliquo devoventur, quae auferantur, quibuscum aliquis abeat.

Plaut. Ep. 78 sq.: *Abi in malam rem maxumam a me Cum istac condicione* — Ter. Andr. 317: *Abin hinc in malam rem cum suspicione istac* — Pomp. Bon. 137: *At te di omnes cum consilio ... mactassint malo.*[2])

γ) Cum mores hominis hoc modo significantur, hic quoque vis illa praepositionis *cum* = in Begleitung, mit in oblivionem venit, quod iam supra videramus, itaque homo cum bonis moribus est significat: ausgestattet, versehen mit.

Plaut. Cur. 286: *Nec cum tanta gloria* (sc. *quisquam est*) — Enn. ann. 520: *Optima cum pulcris animis Romana iuventus* — Ter. Phor. 465: *Multimodis cum istoc animo es vituperandus*[3]) — Laelius (M. 175): *Quod is cum illo animo atque ingenio hac civitate potissimum natus est.*[4])

---

1) cf. Vahlen, Mus. Rhen. 14, 566.

2) In indice ceterorum locorum huc etiam eos locos attuli, quibus de concretis agitur. Nolebam enim ab hac parte dirimere.

3) Donat. in hunc locum: *cum istoc animo pro huius animi.*

4) Hic locus traditur in Schol. Bobien. in Ciceronis orat. pro Milone (p. 283 Or.). Mihi non dubium est, quin cum Meyero ⟨*in*⟩ *hac civitate* scribendum sit.

δ) *Cum* praepositio cum substantivis quibusdam coniungitur, ut animi motus, qui subiectum comitantur dum agit, vel ratio atque modus actionis significentur. Modus enim cum actione venire, actionem comitari intellegitur.

Plaut. Men. 895: *Magna cum cura ego illum curari volo*[1]) — Rud. prol. 29: *Quique aetatem agitis cum pietate et cum fide* — Enn. tr. 90: *Quantis cum aerumnis illum exanclavi diem* — ann. 73: *Curantes magna cum cura* — 96: *Currus cum magno sonitu pervincere certant* — Terent. Ad. 964: *Obsonare cum fide* — Sext. Turp. 10: *Apisci haut possem nisi cum magna miseria* — Coel. Antip. 7: *Cum iure, sine periculo bellum geri poteratur* — Cl. Quadr. 10[b]: *Cum voce maxima conclamat* — Sis. inc. 1: *Vitam cum dolore et insigni cruciatu carnificatus amisit* — 43: *Servulum... magno cum tumultu conventum.*

ε) Cum praepositio *cum* id significet, quod cum aliqua persona vel actione venit, eventus alicuius actionis hoc modo notari potest. 'Cum bezeichnet die Art und Weise oder die begleitenden Umstände der Handlung, da aber diese wie hier oft in die Zukunft hineinreichen, so streift in modalen Ausdrücken wie cum cruciatu tuo . . ., cum magno malo . . . die modale Bedeutung nahe an die konsekutive, daher wir: zu deiner gröfsten Marter.'[2])

Plaut. Asin. 374: *Ne hodie malo cum auspicio nomen commutaveris* — Amph. 1033: *Cum cruciatu tuo istaec hodie, verna, verba funditas* — Ep. 516: *Flagitio cum maiore post reddes tamen* — As. 412: *Ne tu hercle cum magno malo mihi obviam occessisti* — Merc. 811: *Cum quidem salute familiai maxuma* (sc. *rediit*) — Terent. Andr. 881: *Tamen hanc habere studeat cum summo probro* — Ad. 519: *Quod cum salute eius fiat.*

B. De persona, quae aliquid secum fert.

1. agitur de concretis: Plaut. Aul. 449: *Hoc quidem hercle, quoquo ibo, mecum erit, mecum feram* — Cur. 653: *Servavi semper mecum una anulum* — Terent. Hec. 611 sq.: *Compone quae tecum simul Ferantur* — Lucil. 204: *Bulgam, et quidquid habet nummorum, secum habet ipse* — 601: *Mutes aliquo tecum sartas tectas ditias* — Pomp. Bon. 115: *Quae tuleram mecum milia decem victoriata.*

2. agitur de abstractis: Caec. 173 sq.: *Si nil quicquam aliud viti Adportes tecum* — CIL I 1009, 20 sq. (Buecheler antholog. 55): *Bis hic septeni mecum natales dies Tenebris tenentur.*

---

1) Contra Captivi 115: *magna diligentia*. Cas. prol. 45. Rud. 820. — In Truc. v. 57 codices habent: *mina industria*. Itali scripserunt: *damna*, rectius Leo *magna*; nusquam enim apud Plautum merus ablativus *industria* invenitur. C. F. W. Mueller, Hermes XXXIV 319: 'Ich halte clam für bedenklich und den blofsen Ablativ industria für falsch und vermute nostros nimia industria.'

2) Plaut. Capt. erklärt von Brix-Niemeyer 5. Aufl. ad v. 681.

C. Res cum rebus coniunguntur.

1. Plerumque res, quae e praepositione pendet, cum obiecto coniungitur.

Plaut. Ps. 753: *Symbolum hunc ferat lenoni cum quinque argenti minis* — Cato d. a. 76, 4: *Donec omne caseum cum melle abusus eris* — 87: *Inde facito cum lacte coquat* — Terent. Eun. 241: *Simul consilium cum re amisti?* — Fr. tr. ex inc. fab. 95 — Lucil. 1181[1]: *Lactentia Coa clam cum melle bibi* — CIL I 200 XXI: *Quem agrum . . . oina quom agro . . . locaverunt.*

Hinc fit, ut *cum* in ratione alicuius rei putanda idem valeat atque einschliefslich:

Cato d. a. 18, 1: *(arbores) altas P. VIII cum cardinibus* 18, 2. — 22, 3.

Similem vim *cum* apud Plautum locis quibusdam habet:

Ba. 680: *Quia patri omne cum ramento reddidi* — Most. 148: *Cum fundamento perierint*[1]) — Ps. 343: *Cum intestinis omnibus* (sc. *vendidi*) — Rud. 845: *Convorret iam hic me totum cum pulvisculo* — Truc. prol. 19: *Quo citius rem ab eo averrat cum pulvisculo.*

C. Sempr. Gracchus (M. 229): *Eae nationes cum aliis rebus... res publicas suas amiserunt.*[2])

CIL I 34 (Buecheler Anthologia 9, 1): *Magna sapientia multasque virtutes Aetate quom parva posidet hoc saxsum.*

Vide, quam prope hoc loco *cum* ad sententiam 'bei', 'trotz' accedat, quod inde fit, quod duae res, quae *cum* praepositione secum coniunguntur, inter se distant, non congruunt, quod item fit in hoc exemplo: homo, qui cum claudo pede celeriter currit. Eadem vis praepositionis his locis perspicua est: Plaut. Poen. 588 sq.: *Cum eo cum quiqui tamen Et bene et benigne facitis* — Terent. Andr. 881: *Tamen hanc habere studeat cum summo probro.*

2. Res et rei partes *cum* praepositione inter se coniunguntur.

Enn. ann. 213: *Vertitur interea caelum cum ingentibu' signis* — Cato d. a. 10, 2: *Aratra cum vomeribus VI* — 158, 1: *Betae coliculos duos cum radice sua.*

3. De rebus, quibus vasa etc. impleta sunt.

Plaut. Capt. 914: *Deturbavit cum carne carnarium* — Cur. 312: *Aqualem cum aqua* — Stich. 352: *Ecquis huc effert nassiternam cum aqua* — Cato d. a. 26: *Dolia cum vino* — Ter. Eun. 753: *Cistellam . . . domo ecfer cum monumentis.*

Huc mihi pertinere videntur:

CIL I 195, 11: *Naveis ⟨cepet⟩ cum socieis* 195, 4 — FPR

1) Hoc loco *cum f.* ad subiectum pertinet.

2) Sic hic locus traditur (Festus p. 286); sed haud scio, an cum Henrico Meyero scribendum sit: *cum aliis rebus ⟨tum⟩ per avaritiam atque stultitiam res publicas suas amiserunt.*

p. 54 = tab. triumph.: *Naves longae omnibus cum sociis captae duae quadraginta.*

II. Coniungitur *cum* praepositio cum verbis coniungendi, consociandi, sive proprie sive metaphorice dicuntur.

A. cum verbis cum ipsa praepositione compositis.

1. Personae cum personis coniunguntur.

Plaut. Aul. 229: *Ubi tecum coniunctus siem* — Cist. 241: *Quae coniurasset mecum.* Merc. 536ᵃ (bis) — Ep. 400 sq.: *Cave siris cum filia Mea copulari hanc* — Rud. 551: *Vel consociare mihi quidem tecum licet* —— Lucil. 138: *Cum Pacideiano componitur* —— Cl. Quadr. 93: *Ut vos cum illis congermanescere sciatur.*

2. res cum rebus coniunguntur.

a) cum concretis: Plaut. As. 668: *Compara labella cum labellis* — Most. 276: *Ubi sese sudor cum unguentis consociavit* —— Cato d. a. 41, 2: *Medullam cum medulla conponito* — 71: *Caput ulpici conterito cum hemina vini* — 76, 3: *Id una bene conmisceto cum caseo* — 18, 9: *Catenas cum orbi clavis ferreis corrigito.*

b) cum abstractis: Naev. tr. 36: *Cave sis tuam contendas iram contra cum ira Liberi* —— Caec. 221 sq.: *Egon vitam meam asticam contendam cum istac rusticana?* —— Acc. tr. 90: *Quin meum senium cum dolore tuo coniungam et comparem.*

B. cum aliis verbis, in quibus vis coniungendi inest.

1. cum verbis miscendi.

a) cum concretis: Cato d. a. 115, 2: *Ne admisceas cum cetero vino* — 75: *Permisceto cum caseo bene.* 151, 2 — 23, 3: *Misceto cum musto* — 79: *Caseum cum alica . . . misceto.*

b) cum abstractis: Plaut. Trin. 122: *Malumque ut eius cum tuo misceres malo.*

2. cum verbis communicandi, dividendi.

Plaut. Pers. 334: *Communicavi tecum consilia omnia.* Trin. 190.

Huc pertinere mihi videntur verba partiendi, dividendi, quae aliquid cum aliquo commune reddere, communicare valent.

Plaut. Amph. 1125: *Dividere cum Jove.* Aul. 767. Stich. 697 —— Pomp. Bon. 180.

Plaut. As. 271: *Pariter cum illis partiam* —— Enn. ann. 239. 247 (V.) —— Lucil. 115.

3. cum verbo *nuptam esse.*

Nubere enim esse *se coniungere cum aliquo* demonstrat Terent. Phor. 759: *Quocum volebam et ut volebam conlocatam* ⟨*gnatam*⟩.

Plaut. Amph. prol. 99: *Quicum Alcumenast nupta.* 364. As. 870. Mil. 966. Pers. 386. Stich. 132. Trin. 58[1]) —— Ter. Phor. 304: *Egon illam cum illo ut patiar nuptam?* 817. Hec. 534. 539. 656.

1) Contra Plaut. Amph. 817: *Quoi nupta sum.* Cist. 79: *Quoi nuptast semel.*

III. *Cum* praepositio cum eis verbis coniungitur, qui statum significant coniungendo sive consociando effectum.

A. cum verbis congruendi, conveniendi, talibus.

Plaut. Mil. 1116: *Nam cum illa sane congruit sermo tibi* — Cas. prol. 59: *Propterea una consentit cum filio* — Most. 928: *Tecum sentio.* Ps. 958 — Capt. 395: *Quo pacto mihi cum hoc convenerit.* Ps. 1111. Trin. 569 — Enn. tr. 32: *Ne utiquam cor consentit cum oculorum aspectu* — Pac. tr. 424: *Topper tecum, sist potestas, faxsit: sin mecum velit* — Ter. Phor. 433: *Si concordabis cum illa* — Andr. 324: *Ne iste haud mecum sentit* — Ad. 59: *Haec fratri mecum non conveniunt* — Afran. 53: *Concordes cum viris.*

B. cum adiectivis vel adverbiis: aequus, communis, similibus.

Plaut. As. 332: *Ut aeque mecum haec scias* — Capt. 302: *Vis hostilis cum istoc fecit meas opes aequabiles* — Trin. 466 sq.: *Non esse aequiperabiles Vostras cum nostris factiones atque opes* — Ba. 282: *Is* (sc. *lembus*) *erat communis cum hospite et praedonibus*[1]) — Cist. 587: *Commune quacum id esset sibi negotium* — Aul. 682: *Iuxta mecum rem tenes* — Pers. 545: *Iuxta tecum aeque scio* — Trin. 197: *Iuxtaque eam curo cum mea* — Men. 745: *Ego te simitu novi cum Porthaone*[2]) — Amph. 631: *Non ego cum vino simitu ebibi imperium tuom* — Men. 748: *Novi cum Calcha simul*[2]) — Most. 100: *Simul gnaruris vos volo esse hanc rem mecum*[2]) — Trin. 203: *Atque egomet me adeo cum illis una ibidem traho* — Lex Silia (FIB p. 44): *Sextarius aequus aequo cum librario siet* — Terent. Andr. 539: *Quae* (sc. *amicitia*) *incepta a parvis cum aetate adcrevit simul*[2]) — Phor. 1032 sq.: *Novi aeque omnia Tecum* — CIL I 1230, 4 sq.: *Turreisque aequas qum moiro faciundum coiraverunt.*

Nonnullis locis vox *communis* vel *aeque* supplenda est:

Plaut. Ba. 329: *Quia id signumst cum Theotimo* — Poen. 1052: *Haec mihi hospitalis tessera cum illo fuit* — Ps. 12: *Eloquere, ut quod ego nescio id tecum sciam.*

IV. *Cum* praepositio non modo eum significat, qui alterum comitatur, sequitur, cui alter coniunctus est, sed etiam eum, qui cum altero eiusdem actionis particeps est. Coniunguntur homines quodammodo secum hac communi actione. 'Saepe communio intercedit, in qua non tam agentes, sed actionem communem spectamus.'[3])

---

1) Contaminatio est ex: lembus erat communis praedonibus cum hospite, et: lembus erat communis hospiti et praedonibus.

2) *Simitu* et *simul* his locis non 'zugleich' valent, sed idem atque *similiter*.

3) Handii Tursell. II 147.

A. cum verbis agendi.

1. Plaut. As. 171: *Quod mecum egisti* — Stich. 75: *Quo pacto cum illis occipiam* — Aul. 631: *Quid tibi mecumst commerci?* Ba. 117. Rud. 724 — Cas. 97: *Quid tibi negotist mecum?* Poen. 1306 — Cas. 556: *Esset mecum postulatio* — Aul. 461: *Qui cum opulento pauper homine coepit rem habere aut negotium*[1] — Men. 482: *Quasi res cum ea esset mihi* — Poen. 1405: *Ne quid tibi cum istoc rei sit pessumo*[2] — Rud. 487: *Nam siquis cum eo quid rei commiscuit* — Cist. 646: *Nil mecum tibi* — Terent. Haut. 642: *Quid cum illis agas* — Phor. 629: *Si cum illo inceptas homine* — Eun. 119: *Quocum tum uno rem habebam hospite* — 511: *Quid rei tibi cum illa?* — Andr. 325: *Num quid nam amplius tibi cum illa fuit?* — Huc pertinent etiam Phorm. v. 983 sq.: *Una iniuriast Tecum . . . Alterast tecum,* quae Donatus ad h. l. ita explicat: *id est actio iniuriarum ex lege.* Hauler evolvi iubet librum Weiskii, qui inscribitur Rechtslexicon (V 864—867) — C. Titius (M. 205): *Quid mihi negotii est cum istis nugacibus?* — CIL I 198 LXXV: *Quom eis hace lege actio nei esto.* LVI — 205^{II} 27: *Quom eo agetur.*

2. Nonnullis locis non tam is significatur, qui item ut alter agit, actionis pariter particeps est, quam is, de quo, in quem agitur. Haec passiva, ut ita dicam, vis oritur e coniunctione *male agere cum aliquo* similibusque, ubi alter minus agentis quam patientis partes agit.

Plaut. Most. 1069: *Docte atque astu mihi captandumst cum illo* — 1142: *Hercle mihi tecum cavendumst* — Ps. 909^b: *Malus cum malo stulte cavi* — Ter. Ad. 210: *Bene dicat secum esse actum.*

B. cum verbis bellandi, pugnandi.

Plaut. Amph. prol. 101: *Nam cum Telobois bellumst* — Stich. 81 sq.: *Cum meis Gerere bellum* — Ba. 1168: *An ego experior tecum vim maiorem?* — Cist. 221: *Maritumis moribus mecum experitur*[3] — Poen. 1408: *Non experiar tecum* — Enn. ann. 135: *Adnuit sese mecum decernere ferro* — tr. 17: *Qui rem cum Achivis gesserunt statim* — Cato 26, 5: *Cum hostium legionibus pugna-*

---

1) *Habere*, quod hominem recentioris aetatis addidisse verisimile est, eiciendum est, ut versus integer fiat. cf. Merc. 533: *Quom mecum rem coepit.* Iam Seyffertus idem suasit.

2) Sic Leo scribit; codices: *ac massum*, quod ego muto in: *fac missum.*

3) Hoc loco nobis syllaba paenultima correpta opus est, quam vox *experitur* non praebere videtur. Qua de causa librarius eius aetatis, qua Plauti metra etiam intellegebantur, scripsit: *expetitur.* Sed haec vox sententia caret. Leo huius loci sanandi causa sic metitur: – ◡́ ◡ – –́, cuius mensurae exempla afferri posse nego. Mihi necesse videtur verbum experiendi hic secundum tertiam coniugationem flecti ut multa alia verba deponentia modo secundum tertiam, modo secundum quartam coniugationem flectuntur. Participium *expertus* docet nos rem in verbo *experiendi* ita se habuisse. Hoc modo Skutschio auctore As. v. 247 medeor: *experi certumst mihi* (codd. *experiri*).

vimus —— Terent. Ad. 211: *Nescio quid concertasse cum ero* — Hec. 231: *Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?* —— Acc. tr. 326: *Qui armis secum vellet cernere* —— Cl. Quadr. 41: *Tecum bellare studemus* —— Pomp. Bon. 176: *Qui ⟨vi⟩ luctantur cum leonibus.*

C. cum verbis paciscendi.

Leg. XII tab. VIII, 2: *Ni cum eo pacit* —— Plaut. Cist. 92: *Inde in amicitiam insinuavit cum matre et mecum simul.* Poen. 1215 — Amph. 1141 sq.: *Tu cum Alcumena uxore antiquam in gratiam Redi.* Stich. 409 — Cas. 486: *Ego cum Casina faciam nuptias* — Stich. 517: *Sed satin ego tecum pacificatus sum?* — Aul. 202: *Mecum adire ad pactionem* —— Cato 37, 2: *Quod sponsionem feceram cum M. Cornelio* — 62, 7: *Nunc si sponsionem fecissent Gellius cum Turio*[1]) —— Terent. Haut. 183 sq.: *Nam mihi magna cum eo iam inde a pueritia Fuit semper familiaritas* —— P. Scipio Afr. Min. (M. 193): *Cum illo sponsionem feci.*

D. cum verbis loquendi.

1. Plaut. Aul. 771: *Tecum . . . cupio loqui* — Pers. 468: *Ubi cum lenone me videbis conloqui*[2]) — Men. 324: *Cum hoc quem novi fabulor* — Aul. 685: *Fac mentionem cum avonculo.* Cist. 134. Pers. 109 — Cas. 251: *Relinque aliquantum orationis, cras quod mecum litiges* — As. 662: *Orare mecum.* 686. Ba. 494. 554. Cas. 324. 595. Cur. 432. Merc. 530. Pers. 117. 321. Poen. 601. Rud. 773[3]) — Mil. 515: *Utrum me ⟨ex⟩postulare tecum aequom siet.* 697[4]) — Mil. 125: *Conqueritur mecum mulier fortunas suas* — Rud. 718: *Cum istoc primum qui te novit disputa* — Poen. 655: *Sermonem ibi nobiscum copulat* — Cur. 5: *Si status condictus cum hoste intercedit dies*[5]) — Most. 1102: *Consulere quiddamst quod tecum volo* — Mil. 478: *Nequid tecum consili commisceam* — 172: *Quid tumultuas cum nostra familia?* — 1115: *Cum illa verba facere* — Aul. 261: *Nulla*

---

1) cf. pag. 507 adn. 5.

2) Hic versus et v. 728 plane secum congruunt.

3) 'Orare cum aliquo et queri cum aliquo dici poterat, quum intelligeretur precibus et querimoniis agere cum aliquo.' Handii Tursell. II 148. Neque rectius Langen, Beiträge 241, iudicat: orando cum aliquo agere. Prima enim vis, quae inest in voce *orandi*, servatur in vocibus *oratoris, orationis*: Redner, Rede. Quam prope bitten et reden, sprechen für inter se sint iuncta, intellegitur e Plauti Most. v. 1162: *Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis*, et ex Enn. ann. v. 25: *Quod tecum precibus pater orat.* Mutata etiam vi verbum *orandi* cum praepositione *cum* in prisca latinitate, apud Plautum certe et uno loco Terenti, coniungitur. Uno loco etiam *obsecrare*, quod verbum sescenties cum verbo *orandi* coniunctum vides, ex analogia huius verbi cum praepositionem secum habet: Titin. 32: *Nunc tecum obsecro* — De historia verbi *orandi* vide F. Heerdegen, über historische Entwickelung lateinischer Wortbedeutungen, Erlangen 1881.

4) De constructione verbi *expostulandi* vide Abraham l. l. 194 sq.

5) cf. Leg. XII tab. II 2: *Status dies cum hoste.*

controversia mihi tecum erit —— Cato 59, 1: *Cum spectatoribus sermocinaturum* — 58, 14: *Quid ego cum illo dissertem amplius* —— Pac. 210: *Mecum altercas?* —— Terent. Andr. 265: *Aut hunc cum ipsa aut de illa me advorsum hunc loqui* — 653: *Cum patre altercasti dudum* — Hec. 686: *Oravi tecum*[1]) — 381:: *Hanc habere orationem mecum . . . institit* — Andr. 639: *Cum eo iniuriam hanc expostulem?* — Hec. 195: *Nam constitui cum quodam hospite* — Haut. 473: *Syrus cum illo vostro consusurrant.*[2]) Verbum loquendi omittitur: Phor. 794: *Ut possis cum illa* —— Afran. 310 sq.: *Noli . . . me praesente cum patre Coicere.* — Verbum *loquendi* supplendum est in v. 95 sq.: *Pauca sunt Tecum quae volo* —— Cl. Quadr. 6: *Cum iis . . . consermonabatur.*

2. Alter, quocum aliquis agit, loquitur, cogitat, ipse esse potest, qui agit, loquitur, cogitat. Is cum animo suo cogitare, loqui aut secum cogitare, loqui dicitur.

Plaut. Most. 702: *Quom magis cogito cum meo animo* — Trin. 305: *Qui homo cum animo inde ab ineunte aetate depugnat suo* i. e. cogitando vel reputando depugnat — 256: *Quom cum animo meo reputo* — Aul. 715: *Nequeo cum animo certum investigare* —— Enn. ann. 216 sq.: *Tum cum corde suo divum pater atque hominum rex Haec fatur* —— Cato 38, 10: *Cogitate cum animis vestris* —— Terent. Ad. 500: *Hoc tu facito cum animo cogites.*

Plaut. Amph. 954: *Mirum quid solus secum secreto ille agat* — Aul. 379 sq.: *Egomet mecum cogitare intervias Occepi*[3]) — Capt. 1022: *Quom mecum ⟨re⟩cogito* — Merc. 364: *Quod solus secum fabulatur filius* — Rud. 771: *Quom coniecturam egomet mecum facio* — Aul. 52: *Sola secum murmurat*[4]) — frg. fab. inc. 38: *Quid murmurillas tecum?* — Mil. 714: *Egomet mecum mussito* — Aul. 190: *Quid tu solus tecum loquere?* — Cas. 555: *Quom eam mecum rationem puto* — Mil. 196: *Quod volutas tute tecum in corde?* Verbum *loquendi* omittitur Most. 551: *Quid tu⟨te⟩ tecum?* —— Enn. tr. 297: *Ibi quid agat secum cogitat* —— Terent. Eun. 636: *Occepi mecum cogitare* — Verbum cogitandi omittitur: Andr. 82: *Egomet continuo mecum*[5]) — Phor. 802: *Redii mecum in memoriam* — Ad. 208: *Frustra egomet mecum has rationes puto* — Andr. 442: *Ipsus secum eam rem reputavit via.* Eun. 592 — Haut. 385: *Et quom egomet*

---

1) cf. pag. 516 adnot. 3. 2) cf. pag. 507 adnot. 5.

3) Eadem fere verba sunt in Terent. Eun. v. 629: *Dum rus eo, coepi egomet mecum inter vias* (sc. *cogitare*).

4) Ut cogitatio reflexiva notetur, in prima persona additur *egomet*, cf. Plaut. Aul. 379. Ba. 385. Mil. 714. 1375. Poen. 1402. Rud. 771, Ter. Andr. 82. Haut. 385. Eun. 629. Ad. 208, in altera persona *tute*, cf. Plaut. Ep. 651. Mil. 196. 422. Most. 512. 551, Ter. Haut. 200. Eun. 64, in tertia persona *solus*, cf. Plaut. Amph. 954. Aul. 52. Merc. 364. Ps. 615. Semel *solus* ad alteram personam additur: Plaut. Aul. 190.

5) Donatus ad hunc locum: *deest volebam, cogitabam, versabam.*

nunc mecum in animo vitam tuam considero[1]) — Eun. 323: *Adveniens mecum stomachabar modo.* Verbum *loquendi* omittitur: Haut. 200: *Quid tute tecum?*

3. *Reputare secum* et tales formulas nos et 'mit sich überlegen' et 'bei sich überlegen' vertimus atque hoc modo saepius, i. e. non tam de persona secum ipsa agente cogitamus quam de loco, ubi reputatio fit. Inde fit, ut his locis *cum* semper per 'bei' reddamus:

Plaut. Pers. 246: *Tecum habeto.* Poen. 890. Rud. 1347 — Ep. 651: *Id tacitus taceas tute tecum* — Ter. Hec. 107: *Sed ut tacita mecum gaudeam.*

Vide quam hic praepositio *cum* communionis et conexus vim amiserit. Nam *tacere secum* dici non poterat. Hanc dictionem ex analogia *loqui secum, non loqui secum = tacere secum* vel potius *habere secum, servare secum* exortam esse verisimile est.

E. Cum reliquis verbis, quae actionem significant, cuius duo participes sunt.

Liv. Andr. tr. 28: *Cum illoc . . . numquam limavit caput*[2]) — Plaut. Cas. 966: *Nunc ego tecum aequom arbitrum extra considium captavero.* Most. 549[c]. 557. Truc. 629 — Poen. 343: *Quando illi mecum caput et corpus copulas* — Merc. 625: *Perdidisti me et fidem mecum tuam.*[3]) Ps. 376[3]) — Capt. 930: *Quoniam tecum servavi fidem.* Cur. 139. Merc. 531 — As. 918: *Sese alternas cum illo noctes hac frui* — Rud. 1380: *Cedo quicum habeam iudicem.* 1382 — 709: *Tun legerupionem . . . cum dis facere postulas?*[3]) — Ba. 30: *Nec cum quiquam limares caput.* Merc. 536[b]. Poen. 292. frg. fab. cert. 115 — Amph. 980 sq.: *Dum cum hac usuraria Uxore nunc mihi morigero* — Cur. 47: *Cum illa facere nolo mutuom.* Trin. 438 — Mil. 243: *Cum alieno osculari.* 245. 264. 288. 320 (*osculantem atque amplexantem cum altero*). 338. 367. 390. 461. 555[4]) — Ba. 1056: *Ne ego cum illo pignus haud ausim dare.* Cas. prol. 75. Pers. 188 — Amph. 592: *Mecum argumentis puta* — Aul. 527: *Putatur ratio cum argentario* — 529: *Ubi disputatast ratio cum argentario* — Poen. prol. 99: *Neque quicquam cum ea fecit etiamnum stupri* — Amph.

---

1) Animadverte coniunctionem illam: *mecum in animo,* cuius alterum exemplum non inveni.

2) Puto memoria dignum esse omnibus locis, — Plauti Merc. v. 537 excepto —, ubi formula *caput limare* invenitur, *caput* vocem in clausula esse antecedente forma verbi *limandi.* Plaut. Ba. 30. Poen. 292. frgm. fab. cert. 115. Caec. 140. Sext. Turp. 112.

3) Dziatzko-Hauler ad Terent. Phor. v. 512: 'Die Präposition cum wird in der Umgangssprache eigentümlich zur Bezeichnung einer Person gebraucht, welche an einer auf Wechselseitigkeit beruhenden Handlung als notwendiges Glied beteiligt ist, selbst dann, wenn die betreffende Handlung gegen sie gerichtet ist.'

4) Ba. 896 sq.: *Ut ille cum illa neque cubat neque ambulat Neque ausculatur.*

prol. 114: *Dum ⟨cum⟩ illa, quacum volt, voluptatem capit* — Cato 68, 5: *Si cum alieno viro probri quid fecit* — d. a. 5, 4: *Rationem cum domino crebro putet* — Caec. 140: *Ne cum meo gnato posthac limmassis caput* — Terent. Phor. 512: *Cum illo ut mutet fidem*[1]) — Ad. 800 sq.: *Num qui minus Mihi idem ius aequomst esse quod mecumst tibi?* — Eun. 572: *Ut vestem cum eo mutem* — Andr. 410 sq.: *Numquam hodie tecum commutaturum patrem Unum esse verbum* — Ad. 284: *Tu cum illa te intus oblecta* — Lucil. 639: *Mutuum hoc mecum facis* — 530: *Quicum vorsipellis fio et quicum commuto omnia* — Acc. tr. 82 sq.: *Cum patre parvos patrium hostifice Sanguine sanguen miscere suo* — Cass. Hem. 32: *Qui cum eabus stuprum fecerat* — Sext. Turp. 112: *Cum illa limasses caput.*

V. Cum vocibus, quae ad tempus pertinent, *cum* praepositio coniungitur, ut significetur aliquid simul cum momento quodam temporis fieri.

Plaut. Cist. 525: *Poste autem cum primo luci cras nisi ambo occidero* — Merc. 255: *Ad portum hinc abii mane cum luci semul.* Stich. 364 — Amph. 743: *Egone abs te abii hinc hodie cum diluculo?* — Terent. Ad. 841: *Cum primo luci ibo hinc* — Atta 8: *Cum primo luci hodie ut exornata sit.*

De

Haec grammatici latini de praepositione *de*[2]) docent:

Charisius (GLK I 234, 22 sq.): *Quidam ex referunt ad locum, unde eximus, quasi 'ex fundo venio', 'ex agro venio', at vero de ad id quod Graeci* περὶ *dicunt.*

Priscianus (III 48, 28 sqq.): *De non solum* τὸ ἀπὸ *significat, sed etiam* τὸ περὶ *memorativum, ut de partibus orationis* — III 84, 6 sqq.: *Si enim dicam 'de partibus rationis', aliam habet significationem, et si dicam 'de loco in locum', aliam. in superiore enim* τὸ περὶ, *in sequenti* τὸ ἀπὸ *significat.*

Terent. Scaurus (VII 31, 1 sqq.): *De quoque non numquam perperam ponitur pro ex, ut cum 'de provincia venire' quis dicit: nam perperam est. imus enim in provinciam, ut in navem, in circum, eximus ut e nave, e circo, sic e provincia, de provincia existimamus, cum de ea bene aut male praedicamus: de nave dicimus, cum longa an oneraria sit rogamus, de circo, cum Flaminius an maximus . . . et 'de senatus sententia' vitiose: nam debent dicere ut 'ex mea sententia', 'ex tua sententia', sic 'ex senatus sententia'. item errant, qui dicunt 'de*

1) cf. pag. 518 adn. 3.
2) De etymologia huius vocis cf. Stolz, Histor. Gram. der latein. Sprache I p. 344 — cf. praeterea: Kampmann, De *de* et *ex* praepositionum usu Plautino, Bresl. 1850.

senatu redii' potius quam 'e senatu', quod eo cum imus, dicimus in, inde cum redimus, dicimus ex. 'ex senatu eiectus' potius quam 'de senatu'. male imperant qui dicunt de tabulis quid dicere. de tabulis enim is dicit, qui eas laudat aut culpat: e tabulis is dicit, qui quod est in his scriptum recitat . . . 'a capite dempta' qui vocant, male appellant, quod sunt de capite dempta, non a capite . . . de scena loquitur qui de ea, bene an male ornata sit, loquitur . . . de rostris dicit qui ea cuius modi sint dicit.

De praepositio primum significat aliquam personam vel rem a loco superiore moveri, separari, tum de omni loco et re dicitur, unde aliquid secedit, removetur.

I. De proprio usu.

A. *De* praepositionem praecipue verba cum ipsa praepositione composita secum habent.

1. cum personis: Plaut. Ba. 383: *De me hanc culpam demolibor.*

2. cum rebus.

a) cum concretis.

α) de = von — herab: Liv. Andr. Od. 21: *Dacrimas de ore... detersit* —— Plaut. Cas. 931: *Decido de lecto praecipes.* Pers. 258 Amph. 984: *De via decedite* — Cur. 361: *Deduco pedes de lecto* —— Terent. Phor. 707: *Decidit de tegulis.*

β) de = von — weg: Plaut. Amph. 215: *De suis finibus exercitus deducerent* — As. 706: *Demam hercle iam de hordeo.* Trin. 349 — Truc. 561 sq.: *Nam iam de hoc obsonio † de mina una deminui modo: Quinque nummos mihi detraxi, partem Herculaneam* —— Cato d. a. 112, 3: *Tum acina de uvis miscellis decarpito de scopione* — 26: *De faece demere vinum* —— Sis. 97: *Praesidia de locis deducere.*

b) cum abstractis: Cato 20, 12: *Karthaginiensis sextum de foedere decessere* —— Terent. Haut. 250: *Quanta de spe decidi.*

B. cum ceteris verbis compositis.

1. cum verbis cum praepositionibus compositis, in quibus ut in *de* praepositione removendi vis inest.

a) cum personis: Plaut. Ps. 1225: *De improbis viris auferri praemium et praedam decet.*

b) cum rebus.

α) cum concretis.

αα) de = von — herab: Plaut. Amph. 1001: *De supero* (sc. *aspellam*) — Rud. 723: *Ancillas Veneris de ara abducere* — Trin. 940: *Amnis, qui de caelo exoritur* — Cur. 281: *De via secedite*[1])

1) Vis motus etiam cognoscitur in Cur. v. 287: *Quin capite sistat in via de semita* i. e. postquam deiectus est de semita.

— Trin. 84: *Iovi coronam de capite* (sc. *surrupuisse*) — Cato 85, 13 (J.): *De via abiret.*

ββ) de = von — weg: Plaut. Men. 599: *Properavi abire de foro* — Aul. 301: *De suo tigillo fumus siqua exit foras* — Cato d. a. 66, 2: *De iis labris fraces amurcamque semper subtrahito* — Lucil. 551: *Solus ille vim* ⟨*de*⟩ *classe prohibuit Volcaniam*[1] Lic. Crassus (M. 310): *Modo enim existi de balineis.*[2])

β) cum abstractis: Plaut. Most. 879 sq.: *Quaeso hercle abstine Iam sermonem de istis rebus.*

2. Cum verbis cum praepositionibus compositis, in quibus vis *de* praepositioni contraria inest.

a) cum personis: —

b) cum rebus.

α) cum concretis.

αα) de = von — herab: Plaut. Rud. prol. 8: *Et alia signa de caelo ad terram accidunt* — Rud. 366: ⟨*De*⟩ *navi timidae ambae in scapham insiluimus.*

ββ) de = von — weg: Plaut. Trin. 815: *Ego sycophantam iam conduco de foro* — Cato d. a. 113, 1: *De lacu ... vinum in dolia indito* — Sis. 51: *Castra de planitie convertit.*

β) cum abstractis: Terent. Ad. 217: *Si nunc de tuo iure concessisses.*

C. cum verbis simplicibus.

1. cum personis: —

2. cum rebus.

a) cum concretis.

α) de = von — herab: Plaut. Mil. 721: *Cecidissetve ebrius aut de equo uspiam.*

β) de = von — weg: Plaut. Capt. 475: *Ipsi de foro ... eunt* — Cato d. a. 112, 1: *Ubi hauseris de mari.*

D. Huc ea verba addenda sunt, quorum vis ad vim verborum *amovendi, segregandi* prope accedit.

Plaut. Men. 209: *Aliquid scitamentorum de foro obsonarier* — Mil. 173 sq.: *De tegulis Modo nescioquis inspectavit* — Enn. tr. 367: *Quasi lumen de suo lumine accendat* — Cato d. a. 151, 3: *Qua herbas de areis purgare possis* — Laber. 49 sq.: *De integro patrimonio Meo memordi nummum centum milia* — CIL I 1254: *Urna aenea* (inscr. *urnannia*) *pereit de taberna.*

1) *Ille*, sic scribendum erit, cod. *iam*. *de* addidit Aldus, cf. Non. p. 528: *De pro ab.* Ad verba *vim Volcaniam* confer Plauti Men. 330: *Volcani violentiam.*

2) Hoc loco *de* praepositio significat hominem e possessione sua abire; res se aliter haberet, si Crassus dixisset: *existi ex balineis.* Vides igitur, quam argute Plautus in v. 301 Aul. dicat: *De suo tigillo fumus siqua exit foras*; poterat etiam dicere: *e suo tigillo*, sed notare volt senem avarum tristem esse, quod fumum retinere non posset.

E. Porro *de* praepositio cum verbis coniungitur, in quibus motus cuiusdam vim inesse intellegimus.

1. Cum verbis capiendi, pariendi, rogandi, sumendi, similibus.

a) cum personis: Plaut. Truc. 110: *De praedonibus praedam capere* — Ps. 705ª sq.: *Laetitias de tribus Fraude partas* — Cato 37, 10: *Quod de hostibus captum esset* — Terent. Andr. 651: *De te si exemplum capit* — 623: *Ut de te sumam supplicium.*

b) cum rebus: Plaut. Men. 103: *Siquid de summo petas* — Rud. 404: *Aquam hinc de proxumo rogabo*[1]) — Enn. sat. 39: *Istic est de sole sumptus* — Terent. Phor. 43 sq.: *Quod ille unciatim vix de demenso suo . . . compersit miser.*

2. Item verba emendi, mercandi *de* secum habent.

Plaut. Ep. 495: *Mercatus te hodiest de lenone* — Trin. 856: *Eo . . . melius de me nugas conciliaverit* — Cato d. a. 1, 4: *De domino bono . . . melius emetur.*

3. Cum verbis discendi, noscendi, sciendi *de* praepositio coniungitur, ut origo significetur, unde scientia pervenit, sive de persona sive de re agitur.

a) cum personis: Plaut. Poen. 280: *De te quidem haec didici omnia* — Truc. 454: *De me domo docta dico* — Pers. 540 sq.: *Sed te de aliis quam de te alios suaviust Fieri doctos* — Amph. 637: *Ipsa de me scio*[2]) — Cas. 224: *Hanc ego de me coniecturam domi facio.* Cist. 204 — Caec. 145: *De me discet* — Terent. Eun. 262: *Ut sibi liceret discere id de me* — Haut. 574: *De me facio coniecturam.*

His locis *de me* paulatim vim: ohne das Zuthun anderer, von selbst, aus eigenem Antriebe accipit, cuius vis primum apertum exemplum habes in Terent. Phor. prol. 23: *Peccandi quom ipse de se finem non facit*, simile exemplum Ad. prol. 4: *Indicio de se ipse erit.* Vox *ipse* his locis additur, ut haec nova vis corroboretur.

b) cum rebus: Plaut. Cur. 232: *De forma novi, de colore non queo.* Stich. 3 — Ep. 597: *Quibus de signis agnoscebas?* — Merc. 903: *Vidisti an de audito nuntias?* — Cur. 81: *De odore adesse me scit.* Rud. 293. Truc. 507 — Men. 163 sq.: *Ecquid tu de odore possis . . . Facere coiecturam.*[3])

4. Similiter verba largiendi, dandi *de* praepositionem secum habent, ut indicetur, unde donum obveniat.

a) Terent. Ad. 940: *De te largitor.*

Secundum hunc usum etiam *habere* cum praepositione *de* coniungitur: Ter. Phor. 364 sq.: *Ibi agrum de nostro patre . . . habebat.*

1) *Ex proxumo* scribendum esse puto; cf. pag. 580 adn. 4.
2) Hoc uno loco *scire de* ad personam refertur.
3) Fortasse post haec verba supplendum est: *cum animo.*

b) Plaut. As. 482: *Tibi quidem supplicium . . . de nobis detur?* Mil. 502. 511.

As. 276: *Etiam de tergo ducentas plagas praegnatis dabo.* 481.[1])

II. Cum dicitur Plaut. Cur. 123: *De paulo paululum hic tibi dabo,* Trin. 786: *Tu de thensauro sumes,* Truc. 245: *Qui de thensauris integris demus danunt,* Truc. 567: *De praeda praedam capio,* non minus de tota re cogitatur, cuius pars sumitur, datur, quam de loco, unde sumitur. Quam prope hae duae significationes inter se accedant, optime cognosces ex Plaut. Rud. 1077: *Neque partem posco mihi istinc de istoc vidulo,* ubi *istinc* ad locum, *pars* ad totam rem spectat, de qua pars demitur. Item res se habet in Plaut. Ps. v. 1164: *Memento ergo dimidium istinc mihi de praeda dare.*[2]) Hinc igitur fit, ut *de* praepositione copia vel multitudo significetur, cuius partes vel pars sumitur.

---

1) Handius de hoc loco falso iudicat II 196: 'Regionem haec praepositio potest denotare, ubi ea alicunde ad aliquem locum vergit. Sic dicitur *de tergo*, quod est von hinten.' Neque melius Klotzius in lexico sub voce *de*: de . . . 'von der Seite, woher etwas geschieht, besonders von oben nach unten, von — her, herab, *de tergo ducentas plagas dabo.*'

Illud *de tergo* quomodo explicandum sit, versus 277 docet: *Largitur peculium, omnem in tergo thensaurum gerit.* Dat igitur servus de thensauro suo i. e. de tergo, ubi innumerabiles nummi sunt i. e. plagae, quas nondum ero solvit, ducentos nummos i. e. plagas. Iam intelleges etiam As. 482, Mil. 502, 511, ubi supplicium pro nummis est, quos homo de se i. e. de thensauro suo dat. Atque vix me contineo, quin coniciam Terentium hanc Plautinam formulam recepisse ignarum rectae sententiae. Dicit enim in Haut. v. 138 senex, non servus, quem solum hoc dicere decet:

Interea usque illi de me supplicium dabo
Laborans, parcens, quaerens, illi serviens.

Sed liceat mihi ad Plauti Asinariam redire. Poeta fingit, ut vidimus, servum magnum thensaurum habere, unde nummos det. Hinc versum 311 recte intellegemus: *Omnes de nobis carnuficum concelebrabuntur dies.* Poeta eadem imagine utitur: servus de se, de suo thensauro dat. *Diem celebrare* hoc est die festo frequenter ad templum dei vel domum hominis venire. cf. Plaut. Ps. 165. 168. Accius ann. (FPR p. 267). Verto igitur: alle Geschäftstage der Profosse sollen durch Zahlungen aus unserer Kasse belebt gemacht werden.

Non iam cum George in lexico sub voce *familiaris* illud *familiarem tergum* in versu 319 interpretaberis: zu den Sklaven, zum Gesinde gehörig. Immo hic quoque imago a re argentaria sumpta retinetur atque *tergum familiaris* iocose dicitur pro *re familiari.* Servus igitur dicit: Si omnes coniurati cruciamenta, plagas i. e. pecunias conferunt, ego lubenter cum iis faciam; nam habeo rem familiarem i. e. thensaurum in tergo, ubi cruciamenta et plagae sita sunt, ut non necesse sit me talis symbolas foris quaerere. cf. Ba. 648: *Ut domo sumeret neu foris quaereret.*

2) Wölfflin AflL VII 477: 'Die Umschreibung des Genetivs vermittelst der Präposition de hat schon im Altlatein ihren Anfang genommen bei dem Gen. partitivus, *dimidium de praeda, partem de moenibus*, Plautus.'

A. De rebus.

1. Pars substantivo definitur.

Cato d. a. 1, 7: *De omnibus agris optimoque loco iugera agri centum*[1]) — 158: *Addito de perna frustum.*[1])

Genetivus additur:

Cato d. a. 108, 1: *Vini sextarium de eo vino . . . infundito* — CIL I 200 LXV: *Tantundem modum agrei locei de eo agro loco.*

2. Pars adiectivo vel pronomine definitur:

Cato d. a. 157, 2: *De omnibus brassicis nulla est illius modi medicamento.*[1])

3. Vocabulo quod partem indicat omisso cum verbo *dandi*.

Plaut. As. 610: *De mea ad tuam addam* (sc. *vita*) — Cato d. a. 70, 2: *De ea potione uni cuique bovi dato.*

4. *De* praepositio neque e substantivo neque e verbo pendens idem fere significat quod articulus partitivus, quem vocant Francogalli.

Plaut. Stich. 400: *Ibo intro ad libros et discam de dictis melioribus* — Ter. Ad. 817: *Id de lucro putato esse omne.*[2])

B. Item *de* praepositio de multitudine, ex qua homo eximitur, dicitur, sive ea verbo collectivo sive numero plurali significatur.

1. cum collectivis: Plaut. Capt. 111: *Quos emi de praeda a quaestoribus* — Cato 9, 1: *Nam de omni Tusculana civitate soli Lucii Mamilii beneficium gratum fuit* — Terent. Ad. 362: *Hic de grege illost.*

2. cum numero plurali: Plaut. Ps. 415 sq.: *Si de damnoseis aut si de amatoribus Dictator fiat nunc Athenis Atticis* — Lucil. 385: *Unu' modo de multis qui ingenio sit* — Lic. Crassus (M. 316): *Cur de perfugis nostris copias comparat* — Sis. 83: *De quibus partim . . . partim* — CIL I 202[I] 7: *De eis . . . viatorem unum legunto* 13 — 202[II] 18: *De eis quattuor viatoribus . . . viatores sumito habeto* 21. 22 sq.

III. In versibus Plauti Aul. 294 sq.: *Hic non poterat de suo Senex obsonari filiai nuptiis?* cum rationem particularem agnoscimus — intellegimus enim eo, quod de suo sumpsit — tum subsidium, instrumentum, quo senex in nuptiis parandis utitur. Haec *de* praepositionis vis praecipue in

---

1) Schoendoerffer: De genuina Catonis de agricultura libri forma, Regimonti 1885 p. 27: 'Ante omnia in usu praepositionis *de* commemorandum est eam saepius apud Catonem pro genetivo aut adiectivo positam esse.'

2) Spengel ad h. l.: 'de lucro = lucrum, geschenkt, eigentlich ein Teil des Gewinnes (wie in der deutschen Wendung: es ist vom Bösen).'

eis formulis invenitur, quae de impensis cuiusvis generis, praesertim de pecunia adhibentur. Ceterum hunc quoque usum e loci notione prodisse docet Enn. ann. v. 503 (V.): *Equus qui de praesepibus fartus.*[1]) Est igitur pecunia, de qua quis vivit, pro loco, unde cibum capit.

Naev. com. 7: *De meo equos sinam esse*[2]) —— Plaut. Mil. 995: *Qui de vesperi vivat suo.*[3]) Rud. 181[4]) — Stich. 496: *Cras de reliquiis nos volo* (sc. *cenare*) — Ba. 512 sq.: *Umquam de mea pecunia Ramenta fiat plumea propensior* — Truc. 741: *De eo nunc bene sunt tua virtute* —— Ter. Eun. 540: *Ut de symbolis essemus* —— CIL I 1044: *De suo fac. coer.* — 63: *De praidad ... dedet.* 64 — 1105: *De stipe.* 569 — 542: *De decuma ... donum ... hoc dare.*

IV. Paulatim non iam de pecunia, cuius parte aliquid comparatur, sed de tota summa cogitatur, quae impenditur. Hinc *de* praepositionis vis facile ad materiam notandam transit hic quoque sententia motus retenta, nam *oleum, quod de matura olea fit* (Cato d. a. 65, 2), de hac materia prodire videtur. Ceterum Catonis de agricultura libro excepto huius usus exempla raro inveniuntur.

Cato d. a. 18, 7: *De glarea et calce harenato primum corium facito* — 23, 2: *Mustum de musto lixivo coctum* — 60, 10 (J.): *Si posset auctio fieri de artibus*[5]) *tuis* —— Titin. 135 sq.: *Toto fit in foco De lignis mi dapalis cena.*

V. Cum *de* praepositio de rebus dicitur, quae mutantur, hic quoque motus vis facile cognoscitur. Relinquunt enim res quodammodo statum priorem, de statu priore in alterum transeunt. Sed huius usus exempla apud priscos scriptores nulla inveniuntur. Nam Buechelerum suo iure inscriptiones sortium CIL

---

1) *de praesepibus* ad vocem *fartus*, non ad *abrupit* trahendum esse monet Iliadis Z 506: ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ. Aliter Vergilius in Aen. XI 492: *Qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis.*

2) Charisii codex Neapol., qui solus valet, praebet: *demeo sequor*; codex Bondami: *equos*, fortasse recte, cf. Plin. n. h. 21, 3, 7: *Ad certamen in circum per ludos et ipsi descendebant et servos suos equosque mittebant.* Si *equos* recte se habet, cum Ribbeckio *esse* = *edere* interpretor, cf. Plaut. Pers. 122. Poen. 534. 535. Truc. 107. 953. Terent. Eun. 540. Sed cum Ribbeckio hiatus ante *equos* per *meod* tollendus non est. — Fortasse huc pertinet Plaut. Stich. 563: *Indipisci de cibo.*

3) Contra Ovidius in met. I 144: *Vivitur ex rapto,* metri causa!

4) Skutsch, Fleckeis. suppl. XXVII p. 95: 'Nie hat man gezweifelt, dafs der Lokativ *vesperi* bei Plautus bedeutet 'das was am Abend gegessen wird', 'das Vesperbrot' und dafs wir also in einer Verbindung wie *si tu de illarum cenaturus vesperi's* (Rud. 181) bei ihm den Lokativ von der Präposition de abhängig sehen.'

5) *Artes* interpretor *mores* cf. Cato 45, 6 (J.). Plaut. Trin. 72*. Terent. Ad. 259.

I 1440, 1441 ad Sullae aetatem referre (antholog. p. 160) ipso praepositionis usu demonstratur. Habes enim illic:

CIL I 1440: *De incerto certa ne fiant, si sapis caveas* 1441, et ibidem de homine:

CIL I 1446: *Hostis incertus de certo* (sc. *fit*), *nisi caveas.*

VI. Cum dicimus *de aliquo agere, loqui, cogitare,* hic quoque usus e prima *de* praepositionis significatione prodiit; nam de illo, de quo agimus, dicimus, quodammodo materiam orationis, actionis sumimus.

A. Coniungitur igitur *de* praepositio cum verbis cernendi, dicendi, agendi, similibus.

1. cum verbis ipsis.

a) de personis: Plaut. Merc. 642: *Numquid est quod dicas aliud de illo?* —— Cato 77, 1: *Dicam de istis Graecis* —— Terent. Andr. 252: *Nam quid ego dicam de patre?* — Eun. 194: *De me cogites* — Ad. 451: *De psaltria hac audivit.*

Verbum dicendi omittitur:

Plaut. Poen. 666: *Nimis lepide de latrone* —— Terent. Phor. 355: *Ipsum esse opinor, de quo agebam.*[1]) Hic *agere de* vertimus per verhandeln über, sed in *actumst de me* (Plaut. Ps. 85. 1221) per: es ist um mich geschehen, quod sic explicandum esse arbitror: *actumst de me* i. e. es ist über mich — als Angeklagten — zu Ende verhandelt, ich bin verurteilt, nun ist es um mich geschehen, ita ut posteriore aetate *actum est* de morte hominis dicatur: es ist aus. Similiter explicandum esse puto illud *de me quidquid est* (Plaut. Mil. 585); exortum est ex: quidquid de me egerunt, quidquid de me actum est, was man auch über mich beschlossen haben mag, was auch jetzt über mich feststeht. Most. 569: *Quid de argentost?*

b) de rebus: Plaut. Trin. 479: *Nam ibi de divinis atque humanis cernitur* — Truc. 486: *Qui et convicti et condemnati falsis de pugnis sient* —— CIL I 206, 111 —— Most. 260: *Lepide dictum de atramento* — As. 744: *De argento si mater tua sciat* — Aul. 770: *De alia re rescivisse*[2]) —— Enn. ann. 497: *Olli cernebant magnis de*

1) cf. Hec. 455. Ad. 78.

2) Hic mihi liceat de Plaut. Men. v. 616 agere. Codices praebent: *Credit iam tibi de istis,* quae verba cum et a metro et a sententia aliena sint, Bothius scripsit: *de isto*, quod Leo in textum recepit. Ego hanc coniecturam non probo; nam ut de eo taceam, quod mihi nimis longe a codicum lectione distare videtur, nescio, quomodo illud *de isto* explicari possit, cum neque ablativus masculini generis admittatur, — nam de quo homine agitur? — neque neutri generis ablativus, — nusquam enim inveni *credere de aliqua re.* Atque eo magis *credere istud* expectamus, quod vel verba intransitiva, ut *oblivisci, recordari,* accusativum neutri generis pronominis secum habent. Ego scribendum esse puto: *de isti,* quod sic explico: Menaechmus, qui re vera parasito nutavit, statim pro suis moribus per deos negare paratus est. Sed timore permotus, ne deorum iram falso iure iurando in se contrahat, voce ambigua utitur

rebus agentes — tr. 145: *Ferro cernunt de victoria* — Terent. Eun. 298: *De amore loquitur.*

Hinc fit, ut libri vel capitis titulus praepositione *de* notetur.

Cato d. a. 152: *De scopis virgeis.* 156, 1. 157, 1 — CIL I 198 XI: *De patrono repudiando.*

2. cum substantivis: Plaut. Men. 812: *Qua de re aut quoius rei rerum omnium* (sc. *testis dat*)? — Ter. Andr. 207: *Quantum intellexi modo senis sententiam de nuptiis.*

3. Cum formulis, quae idem fere valent atque agere, dicere.

a) de personis: Plaut. Aul. 204: *Ubi mentionem ego fecero de filia.* Mil. 993.

b) de rebus: Plaut. Aul. 700: *De capite meo sunt comitia* — Pers. 109: *Qua de re . . . mentionem feceram* — Cato d. a. 14, 3: *De ea re verba uti fiant* — Terent. Eun. 88: *De exclusione verbum nullum?* — Lucil. 3: *Consilium summis hominum de rebus habebant.*

B. Ex his exemplis vis *de* praepositionis = 'quod attinet', 'betreffs' prodit.

1. cum verbis.

a) de personis: Terent. Hec. 701: *De matre videro* — Ad. 437: *De istoc ipse viderit.*

b) de rebus: Plaut. Merc. 520: *De lanificio neminem metuo* — Ba. 523: *De auro quod eum ludificatus est* — Ps. 123: *De istac re in oculum utrumvis conquiescito* — Trin. prol. 16: *Sed de argumento ne exspectetis fabulae* — Caec. 161: *Nil peccat de savio.*

2. cum substantivis.

a) de personis: Terent. Haut. 424: *De filio aegritudo* (sc. *augescit*).

b) de rebus: Plaut. Amph. 801: *Iam illuc non placet principium de osculo.* Stich. 358 — Terent. Hec. 625: *Etsi tibi causast de hac re.*

3. cum adiectivis.

a) de personis: Plaut. Amph. 828: *Nam quom de illo subditivo Sosia mirumst nimis* — Terent. Hec. 614: *Quia de uxore incertus sum.*

---

sperans se hoc modo deorum poenam effugere posse. Atque haec vox est *isti*. Valere enim potest et jenem, ihm — nequaquam enim *iste* ubique de altera persona dicitur — et dort. Putat Menaechmus inimicos suos de *isti* i. e. de dativo pronominis, deos de *isti* i. e. de adverbio, de Eroti meretricis aedibus, quae prope Menaechmi aedes sunt, cogitaturos esse, ubi amatori neque nutando neque nictando opus erat. Sed callidissimus ille parasitus Menaechmi dolo cognito dicit: '*Credit iam tibi de isti*, i. e. de aedibus Eroti. Praeterea fortasse Eroti aedibus digito monstratis in phrygionis regionem versus dicit: *illuc redi.*

b) de rebus: Plaut. Merc. 629: *De istac re argutus es* — Cur. 492: *De istoc quietus esto* —— Terent. Andr. 227: *Ne de hac re pater inprudentem opprimat.*

4. cum tota enuntiatione.

a) de personis: Plaut. Ba. 223: *Qui de amittenda Bacchide aurum hic exigit* — Rud. 1211: *Eloquere, ut haec res optigit de filia* —— Terent. Haut. 955: *Omnem de me eiecerit animum patris.*

b) de rebus: Plaut. Ba. 709: *De ducentis nummis primum intendam ballistam in senem* —— Terent. Haut. 230: *Si mihi secundae res de amore meo essent.*

5. Cum verbo faciendi.

a) de personis: Plaut. Mil. 1094 sq.: *Quid ... faciam ... De concubina* —— Terent. Hec. 391: *De redducenda id facias.* Ad. 996 — Andr. 949: *De uxore ... nil mutat?*

b) de rebus: Plaut. Cas. 394: *Ne a me memores malitiose de hac re factum.* Trin. 584 —— Lucil. 435.

C. Huc mihi pertinere videntur verba *merendi; mereri* enim est occasionem, materiam meriti de aliquo sumere.

Plaut. Amph. prol. 39 sq.: *Meruimus Et ego et pater de vobis et re publica* — Trin. 339: *De mendico male meretur* —— Terent. Hec. 760: *Nam meritus de me est* —— Afran. 388: *Male merentur de nobis eri*[1]) —— Plaut. Capt. 933: *Proinde ut tu promeritu's de me et filio.* Men. 1067 —— Afran. 357: *Qui de te et de illa pessime ... promerere.*

VII. Hinc *de* praepositio ad causam significandam pervenit. Cum enim dicitur: *Quod de mea re huc veni* (Plaut. Poen. 951), illud *de* et 'betreffs' et 'wegen' interpretari possumus. Item res se habet in Catonis 44, 2 sq. (J.): *De ea re oratores Romam profectos.*

A. De persona, quae causa alicuius rei est, *de* praepositio a nullo priscae latinitatis scriptore nisi a Terentio dicitur.

Eun. 456 sq.: *Ecquid nos amas De fidicina istac?* — Hec. 251: *Adii te heri de filia* — Ad. 252 sq.: *Laetus est De amica.* Ad. 405.

B. de rebus.

Naev. com. 50: ⟨*Venibam*⟩ *quom de opsonio* —— Plaut. Cas. 415: *De labore pectus tundit* — Ps. 661: *Nam ut lassus veni de via* — Truc. 632: *Mihi de vento misere condoluit caput* — Mil. 1411: *Iura te non nociturum esse homini de hac re nemini.* Poen. 317. 733.

Cur. 478: *De nilo audacter dicunt contumeliam.* Truc. 769.

Terent. Hec. 741: *Est magnam ecastor gratiam de istac re quod tibi habeam.* Andr. 184.

1) Uno loco (Acc. praet. 16) mereri cum *a* coniungitur: *Optume essis meritus a nobis,* ubi Vossius fortasse recte scripsit: *de nobis.*

Phor. 901: *De eadem hac fortasse causa.* Hec. 309. 757 [1]) — CIL I 206, 61: *certeis de causeis.*

Hec. 727: *Non hoc de nihilost.*

VIII. Quoniam id, quod de aliqua re sumitur, deducitur, eiusdem generis atque illa res est, cum ea congruit, *de* praepositio vim gemäfs, nach accipit. Quomodo haec vis orta sit, optime explicatur versu 11 Terent. Ad.: *Verbum de verbo expressum extulit* i. e. Wort vom Worte hergeholt, von dem einen Worte das andere genommen. Eandem vim habes praeter formulas, quas iam proferam, in Plauti Ep. v. 446 sq.: *Nam strenuiori deterior si praedicat Suas pugnas, de illius illae fiunt sordidae* i. e. von den Kämpfen jenes aus betrachtet, gemessen an.

Plaut. Ba. 1038: *Fecisse dicas de mea sententia.* Capt. prol. 48 — Men. 266: *Iam aps te metuo de verbis tuis* — Trin. 426: *Quas de ratione dehibuisti* — Enn. tr. 292: *Deumque de consilio hoc itiner credo conatum modo* — Terent. Phor. 481: *De eius consilio sese velle facere* — 36 sq.: *Erat ei de ratiuncula Iam pridem apud me relicuom pauxillulum* — Cn. Gellius 15: *Quod de tui coniugis consilio contigit* — Cl. Quadr. 12: *Instruebanturque acies a consulibus de vi ac multitudine hostium satis agentibus* — Afran. 190 sq.: *Is cum filio Coiecerat nescioquid de ratiuncula* — Aurel. Cotta (M. 342): *De tua sponte* — CIL I 199, 31: *De maiore parte Langensium Veituriorum sententia.* [2]) 196, 21. 801, 4 — 1166: *De senatu sententia.* [3])

Huc pertinet etiam formula *de industria:*

Plaut. As. 212 sq.: *De industria Fugiebatis.* Aul. 420. Cas. 278 — Terent. Andr. 794 sq.: *Paulum interesse censes, ex animo omnia, Ut fert natura, facias an de industria?*

IX. Locus significatur, unde actio exit, ita quidem, ut is, qui agit, eo loco maneat.

A. de = von — herab.

Plaut. Most. 1104: *Tum consilia firmiora sunt de divinis locis* — Enn. ann. 46: *Ut me de caelo visas* — 327: *De muris rem gerit Opscus* — Cato d. a. 14, 3: *Si de caelo villa tacta siet* — Lucil. 429: *Trulleus . . . ingens de naribus pendet.*

B. de = von — aus.

Cato d. a. 19, 2: *De medio prelo conlibrato.* 76, 4 — Ter.

---

1) Illud *de causa* apud Plautum non inveni.

2) Is, qui hanc inscriptionem insculpsit, 'notas M. P. inscite solvit *de* praepositione in errorem inductus' (Seidel, observat. epigr. capita duo Vratislaviae 1880 p. 25). Nam sine dubio sculptori scribendum erat: *de maioris partis L. V. sententia.*

3) cf. Seidel l. l. p. 28, qui hic quoque mendum sculptoris statuit.

Andr. 491: *Clamat de via* — Hec. 41: *Pugnant de loco*[1]) —— Coel. Antip. 30: *Imperator conclamat de medio* —— CIL I 198 LXVI: *Ubei de plano recte legei possitur.*[2])

C. Cum dicitur aliquid *de inproviso, de integro, de repente, denuo* (= *de novo*), *desubito,* fieri, actio quodammodo de tali statu prodire videtur.

Plaut. Merc. 921: *Chlamydem sumam denuo* — Men. 874: *Ei derepente tantus morbus incidit* — Most. 411: *Quamvis desubito facilest facere nequiter* —— Enn. com. 3: *Cum desubito me orat mulier* — tr. 147: *Derepente contulit sese in pedes* —— Terent. Andr. 360: *De inproviso nuptiae* — Andr. prol. 26: *Quas faciet de integro comoedias*[3]) — Eun. 691 sq.: *Iube mi denuo Respondeat* — Hec. 554: *Ab ea sese derepente avellere* — Haut. 673: *Ereptum tam desubito e faucibus* —— Lucil. 337: *Quam vis desubito trinis deducere scalis* —— Afran. 199: *Ubi derepente cum velis facias lutum* — 101: *Quae iurgio terrent viros desubito et benivolentia.*

X. Ut actionis sic personae et rei origo *de* praepositione notatur.

A. De loco, unde aliqua persona vel res est.

1. de personis: Plaut. Aul. prol. 31: *Hic senex de proxumo*[4]) —— CIL I 804: *Magistri de duobus pagis et vicei Sulpicei*[5]) — 1011: *Aurelius LL Hermia lanius de colle Viminale* — 1027, 4: *C. Ateilius . . . margaritarius de sacra via.*

2. de rebus: Plaut. Mil. 1017: *At non multae de digito donum mittunt* —— Cato d. a. 5, 8: *Sicilimenta de prato* — 96: *Faecem de vino bono* — 158, 1: *Addito ungulam de perna.*[6])

B. de genere hominis.

Plaut. Aul. prol. 28: *Eam compressit de summo adulescens loco.* Capt. prol. 30. Poen. 516 — Capt. 277: *Quo de genere natust illic*

---

1) Haud scio, an etiam interpretari possis: um den Platz.

2) CIL I 206, 16: *u. d(e) p(lano) r(ecte) l(egi) p(ossit).* Compendium *u.* solvunt *unde,* malim *ubei.*

3) *De integro* e sermone iudiciario sumptum esse apparet. cf. CIL I 203, 5: ⟨*ea* (sc. *iudicia*) *utei in integrum restitu*⟩*antur et de integro iudicium ex s(enatus) c(onsulto) fiat.*

4) Praeter Rud. v. 404, quem locum pag. 522 adn. 1 corrigere conatus sum, hoc uno loco *de proxumo,* omnibus ceteris, qui permulti sunt, *ex proxumo* invenitur. Puto hoc loco euphoniae causa *de proxumo* dici; neque enim *senex ex proxumo* bene sonat.

5) Mommsen ad hanc inscriptionem (CIL I p. 206): 'Magister de pago pro magistro pagi incommodum est, ferendum tamen, nam magister cum sacerdos tantummodo sit, non magistratus pagusque ad collegii sacri formam prope accedat, fieri potuit, ut magis cogitaretur de lectione magistri ex paganorum numero quam de pagi administratione ei commissa.'

6) His locis *de* idem valere quod genetivum facile intellegitur, cf. Schoendoerffer l. l. p. 27.

Philocrates?[1]) — Rud. 1197: *Eam de genere summo adulescenti dabo.* Capt. prol. 31. — Cur. 393: *De Coculitum prosapia te esse arbitror* — Acc. tr. 341: *Non tenui de loco* — CIL I 1065: *Ego sum L. Lutatius de familia reg. Mitredatis.*

XI. Denique *de* praepositio de tempore dicitur, praecipue in formulis *de die, de nocte* = bei Tage, bei Nacht, cuius significationis origo difficilis intellectu esse mihi videtur. Nam quod Handius[2]) dicit: 'indicat tractum temporis, quem quasi sequimur, atque formulae: de die, de nocte significant vom Tage her, procedente die, p. nocte: im Laufe des Tages, quod fere idem est quod die, nocte: am Tage, in der Nacht' mihi non placet. Ego puto *de* hic partis significationem quandam habere.

Plauti As. 516: *Ecqua pars orationis de die dabitur mihi.* 825 — Rud. 898: *De nocte qui abiit piscatum ad mare* — 915: *Nam ut de nocte multa . . . exurrexi*[3]) — Caec. 1: *De nocte ad portum sum provectus* — Terent. Ad. 965: *Adparare de die convivium* — Ad. 841: *De nocte*[4]) — Titin. 100: *Noctem facere possit de die*[5]) — Cl. Quadr. 45: *Senatus autem de nocte convenire.* 46 — Pomp. Bon. 13: *Exilui de nocte ad molam fullonis.*

Apud Plautum *de* praepositio etiam cum substantivis, quae non tempus ipsum significant, coniungitur, ut temporis momentum notetur, id quod nos vertimus sogleich nach; hic motus vis, quae in praepositione *de* inest, clare perspicitur:

Most. 697: *Non bonust somnus de prandio;* intellegimus enim somnum eorum qui de prandio decedunt — Trin. 215 sq.: *Ego de eorum verbis famigeratorum insciens Prosilui.*

Erga

Erga praepositionis, quae ex praepositione *e* et substantivo **roga* (cf. *toga*) constare videtur, primam formam *e roga* fuisse verisimile est; accentu, qui in prima syllaba erat (*éroga*) efficiente *erga* factum est, quod ex analogia formarum *extra, infra, intra,* aliarum

1) Brix-Niemeyer ad h. v.: 'De bei natus ungewöhnlich.' Semper enim praeter hunc locum ablativus ponitur. Aul. 778: *Genere quo . . . natus.* Aul. 212. Capt. 170. 295. 319. Cist. 25. Ep. 107. 169 etc. Cl. Quadr. 15.

2) Tursell. II 204.

3) Fortasse in Plauti Cist. v. 159 scribendum est: ⟨*vi*⟩ — addidit Pareus — *vinolentus, multa* ⟨*de*⟩ *nocte in via* vel ⟨*de*⟩ *multa nocte.*

4) Spengel ad v. 841 Adelph.: 'Die Wendung wird aber nur gebraucht, wo die Wahl der Zeit als ungewöhnlich früh, darum meist für die Handlung unpassend bezeichnet werden soll, heifst also immer: schon (noch) bei Nacht, bei Tage.' Ego puto hanc vim ab initio in his formulis non inesse, sed e contextu prodire.

5) Ne intellexeris: Er könnte aus dem Tage Nacht machen. cf. pag. 525 V.

cum accusativo, non cum genetivo coniungitur. *Erga*, quamquam hoc modo ad locum spectare videtur, tamen in prisca latinitate nusquam de regione dicitur, quod non miraberis, cum intellexeris, quam raro praepositiones *praeter* et *pro*, quae multo frequentiores sunt, in prisca latinitate de loco ponantur. Utique igitur ei improbandi sunt, qui Plauti Truc. v. 406: *quaen erga aedem sese habet*, scribi volunt. Immo aliter scribendum est, velut ita ut C. F. W. Mueller iubet[1]): *quae me caram ita ut sese habet.*

Grammatici latini de hac praepositione ita iudicant:

Charisius (GLK I 234, 11 sq.): *Item in et erga hoc differunt: fere enim erga ad adfectum refertur, quasi erga illum sum benignus, in ad simultatem, quasi in illum sum saevus.*

Priscianus (GLK III 41, 24): *Erga etiam* περὶ *Graecam significat, sed quando affectum demonstrat, ut 'bonus est erga propinquos'; quae separata invenitur solum.*

Asper (An. Helv. ed. Hagen 58, 12): *Erga propinquum et erga propinquos vado.*

Verg. Gram. (anecd. Helv. 201, 13 sqq.): *Circa et erga duae praepositiones sunt casus accusativi, sed hanc diversitatem habent, quod circa ad visibilem materiam vel locum pertinet, erga autem ad animum spectat, maxime cum aliquem propensiorem affectum gerat proximorum.*

Beda (VII 269, 9 sq.): *Erga autem ad animum spectat, maxime cum aliquem propensiorem affectum gerat proximorum.* — Idem Albinus (VII 299, 10 sq.).

Com. Einsidl. (Anecd. Helv. 214, 26): *Circum et circa et erga idem sunt* — ib. v. 31: *Erga propinquos benivolus est iste.*

Erga praepositio significat, quo animo, qua voluntate aliquis se in alterum praestet.

I. De benevolo animo dicitur.

A. cum verbis: Plaut. Capt. 416: *Quae me erga multa fecisti bene.*

B. cum substantivis: Plaut. Capt. 245: *Per mei te erga bonitatem patris* —— Terent. Andr. 820: *Spectata erga te amicitiast.*

C. cum adiectivis: Plaut. Capt. 407: *Ut fueris animatus erga suom gnatum atque se.*

II. *Erga* etiam de rebus adversis et animo inimico et malevolo dicitur, praesertim a Plauto, quippe qui *contra* nusquam nisi tribus locis ibique proprie ponat (cf. *contra* II A 1).

A. cum verbis: Plaut. As. 20: *Siquid med erga hodie falsum dixeris* — Rud. 191: *Si ⟨ego⟩ erga parentem aut deos me*

1) Hermes XXXIV, 327.

impiavi[1]) — Terent. Hec. 486: *Quae numquam quicquam erga me commeritast.*

B. cum adiectivis: Plaut. Trin. 1171: *Ne te leviorem erga me putes.*

Ex

De praepositione *ex*[2]) antiqui grammatici haec docent:

Charisius (GLK I 234, 22 sqq.): *Quidam ex referunt ad locum, unde eximus, quasi 'ex fundo venio', 'ex agro venio' ... e praepositio non tantum ex loco significat, quasi 'e caelo', sed et pro eo quod est pro accipitur, cum dicimus 'e re publica est', id est pro re publica; item e re est.*

Diomedes (GLK I 415, 3 sqq.): *Hae praeterea praepositiones, ut quibusdam videtur, non idem unumque significant. nec enim unum est a theatro venire et ex theatro. nam qui dicit a theatro, non ex ipso theatro, sed e loco, qui est proximus theatro, qui ex theatro se venire dicit, ex ipso venit theatro.* Idem docent Beda (VII 263, 5 sqq.), Dositheus (VII 417, 13 sqq.).

Priscianus (III 35, 25 sq.): *Ex vero et pro causali coniunctione potest accipi, ut 'ex insidiis illius hoc patior', id est insidiarum illius causa.*

Probus (IV 149, 35 sqq.): *Ex et a praepositiones hanc aliqui volunt habere discretionem, ut puta qui dixerit 'ex foro venio' ex ipso foro venire intellegatur; at vero qui dixerit 'a foro venio' ex loco, qui prope forum est, venire reperiatur. Sed hoc monemus, quod haec discretio supervacua esse inveniatur, siquidem et auctores isdem praepositionibus sine discretione uti reperiantur.*

De ratione scribendi Diomedes (GLK I 414, 31 sqq.) haec docet: *Ex et ab praepositiones, si sequens verbum a vocali incipiat, integre efferuntur, ut ex oppido ... si consonantes sequantur, extremam litteram perdunt, ut e foro ... similiter si vocalis sequatur consonantis loco posita, ut ... e virtute ...* — Idem fere sentiunt: Priscianus (III 47, 11 sqq.), Probus (IV 150, 14 sqq.), Serv. com. in Donatum (IV 419, 21 sq. 442, 25 sq.), Cledonius (V 77, 9 sq.), Terentius Scaurus (VII 29, 13 sq.), fragm. Parisin. (VII 34, 5 sqq.), Beda (VII 263, 3), Audax (VII 355, 3 sq.), Dositheus (VII 417, 10 sqq.).

Ex praepositio significat personam vel rem, quae in media vel intima re erat, extra hanc progredi.

---

1) Ignarus coniecturae, quam C. F. W. Mueller in M. Rh. LIV 533 proposuit, ego eodem modo hiatum sublaturus eram, cf. Aul. 792. Cas. 618.

2) de etymologia huius vocis vide Lindsay-Nohl p. 671.

I. De proprio usu.

A. Coniungitur *ex* praepositio cum verbis cum ipsa praepositione compositis.

1. cum personis: Plaut. Capt. 810: *Ex ipsis dominis ... exculcabo furfures* — Ter. Eun. 712 sq.: *Ex te exculpere Verum* — Lucil. 57 sq.: *Nunc nomen vitamque ex testibus ipse rogando Exculpo.*

Per translationem dicitur:

Plaut. Merc. 61: *Ex ephebis postquam excesserit* — Ter. Andr. 51: *Postquam excessit ex ephebis* — Lab. 110: *E Lare egressus meo.*

2. cum rebus.

a) cum concretis: Plaut. Trin. 1127: *Nam exaedificavisset me ex his aedibus* — Capt. 841: *Ex corpore exigam omnis maculas* — 766: *Exauspicavi ex vinclis* — Cur. 295: *Ex unoquoque eorum †exciam crepitum polentarium* — Truc. 511: *Quid illi ex utero exitiost?* — Trin. 597: *Effugiet ex urbe*[1]) — Cas. prol. 23: *Eicite ex animo curam*[2]) — Cato 45, 10: *Navitas ex navibus eduxi* — Terent. Hec. 347: *Cura ex corde excessit* — Eun. 406: *Quasi ubi illam exspueret miseriam ex animo* — Lucil. 629: *Qui inscriptum e portu exportant clanculum.*[3])

Unus locus mihi dignus videtur, qui separatim afferatur:

Cato d. a. 49, 2: *Ex radicibus bene exfodito* (sc. *vineam*) Radices hic quasi pro loco sunt, ubi vinea est.[4])

b) cum abstractis: Plaut. Ba. 148: *Iam excessit mi aetas ex magisterio tuo* — Ep. 611: *Ex cruciatu poterunt eximere* — Capt. 504: *Vix ex gratulando miser iam eminebam* — Poen. 500: *Omnis extollo ex hoc die in alium diem* — Lucil. 703: *Ex hac aerumna* ⟨*is*⟩ *exeat*[5]) — Acc. tr. 61: *Excitasti ex luctu* — CIL I 200 XVIII: *Ex possesione vi eiectus est.*[6])

---

1) contra CIL I 195, 4: *Castreis exfociont.*

2) Ut metrum integrum fiat, suppleo *cito,* quod saepissime in fine versus invenitur, ex. gr. Capt. 861. Cur. 311. Ep. 142. 513. Mil. 732. 1186. Stich. 391. Ter. Andr. 382. Haut. 995. cum imperativo: Ba. 748. Cas. 295. Mil. 522. Ps. 389. — Cum igitur *cito* saepissime in clausula sit, versus 132 sq. Dec. Laberi cum Buechelero sic disponendos esse puto: *Tuus amor tam cito Crescit quam porrus, tam quam palma firmiter. Tam* vel *quam cito* in clausula: Naev. com. 42. Plaut. Vid. 75. Ter. Eun. 178. Afran 59.

3) Verisimile est hic scribendum esse *ex portu exportant*, ita ut poeta ludat in verbis *ex portu* et *exportare,* ut Plautus ludit in *a portu* et *apportare.* cf. Merc. 161. Stich. 295. 338. Licetne arbitrari Plautum et Lucilium secundum consuetudinem poetarum illius aetatis hoc modo τὸ ἔτυμον vocis portus significare voluisse? Portus, quia permultae res inde portantur.

4) Hinc iam intelleges illud *exradicare* in Plauti Ep. 434 etc. et *exradicitus* in Plauti Most. 1112.

5) Fortasse melius suppletur *ut.*

6) Ibidem: *quei eum ea possesione vi eiecerit.*

B. cum ceteris verbis compositis.

1. cum verbis cum praepositionibus compositis, in quibus ut in *ex* praepositione vis exeundi, semovendi inest.

a) cum personis: Plaut. Amph. 684: *Recipias te domum huc ex hostibus* — Capt. 685 sq.: *Ex servitute atque hostibus Reducem fecisse.*

b) cum rebus.

α) cum concretis: Plaut. Merc. 799: *Nisi hinc abducit ... ex hisce aedibus* — Ba. 574: *Avexit ex Samo* — As. 632: *Ex aedibus delegit* — Rud. 173: *Desiluit ... e scapha* — 295: *Ex urbe ... prodimus* — Truc. 603: *Meamque iram ex pectore iam promam* — Poen. 821: *E fano recipere ... se* — Capt. 1005: *Ex Alide* (sc. *rediit*) — Merc. 947: *Iam redi⟨i ex⟩ exilio*[1]) — Most. 1050: *Illi me ex senatu segregant* — Cist. 124: *Puellam proiectam ex angiportu sustuli* — Cato 64, 7: *In cubiculum subreptitavit e convivio* — Terent. Phor. 1019: *E medio abiit* — 689: *E tranquillo auferat* — Nov. 40[1]: *Tristimoniam Ex animo deturbavit* — CIL I 206, 155: *Exque ieis libreis ... referunda curato.*

β) cum abstractis: Plaut. Capt. 434: *Quom extemplo meo e conspectu abscesseris.* Pers. 467. 727[2]) — Ps. 1106: *Ex conspectu ... se abdiderunt* — Rud. 348 sqq.: *Ex malis multis metuque summo Capitalique ex periculo orbas auxilique opumque huc Recepit ... me et Palaestram* — CIL I 198, 9: *(e)x eo mag(istratu) inperiove abierit.*

2. cum verbis cum praepositionibus compositis, in quibus vis *ex* praepositioni contraria inest, ita ut et exitus et finis actionis significetur.

a) cum personis, —

b) cum rebus.

α) cum concretis: Plaut. Truc. 530: *Adduxi ... ex Suria* — Pers. 541 sq.: *Nequis vero ex Arabia penitissuma Persequatur* — Cato 8, 5: *Ex agro accessitavere* — Terent. Andr. 70: *Ex Andro commigravit* — 359: *Ex ipsa re mi incidit suspicio.* Haut. 442 (bis) — Andr. prol. 13 sq.: *Ex Perinthia ... transtulisse.* Eun. prol. 33. Huc pertinet Ter. Haut. prol. 4 sq.: *Ex integra Graeca integram comoediam Hodie sum acturus,* intellegitur enim translatam — Sempr. As. 2: *Quis triumphans introierit ex eo bello* — Sis. 85: *Ex summo se permitterent* — Fr. tr. ex inc. fab. 239: *Transeunt ad pedes ex equis.*

β) cum abstractis: Plaut. Amph. 550: *Et dies e nocte accedat*[3]) — Lucil. 610: *Quodque te in tranquillum ex saevis trans-*

---

1) Goetz et Schoell hanc Kampmanni coniecturam in textum recipere debebant, non *redi⟨i de⟩ exilio;* nam verisimilius est ante vocem *exilio ex* excidisse quam *de.*

2) V. 467 sq. et v. 727 sq. Persae plane secum congruunt.

3) Nox quasi mater est, ex qua dies nascitur cf. Aeschyl. Ag. 276 sq.:

fert tempestatibus — Acc. tr. 160 sq.: ***Cur vetera tam ex alto adpetissis discidia*** — CIL I 206, 137: ***Ex quo honore in eum ordinem perveniat.***

C. Cum verbis simplicibus.

1. cum personis: Lucil. 832: ***Cupiditas ex homine cupido,*** *ex stulto numquam tollitur* (sc. *stultitia*).

2. cum rebus.

a) cum concretis: Liv. Andr. Od. 3: ***Quid verbi ex tuo*** *ore supera Fugit* — Plaut. Ps. 33: *Tu istinc ex cera cita* — Trin. 276: *Foras se penetravit ex aedibus* — Stich. 365: *Sese sol superabat ex mari* — Amph. 256: *Ex urbe ... veniunt.* Stich. 152 — Rud. 211 sq.: *Qui mihi ex his locis Aut viam aut semitam monstret* — Enn. tr. 74: *Rapit ex alto navis* — ann. 88: *Ex alto* (sc. *volavit avis*) — Terent. Eun. 233: *Ex hac re venit in mentem mihi* — Lucil. 898: *Pudor e pectore cessit* — Acc. tr. 392: *Ex alto* (sc. *labitur*) — Cass. Hem. 36: *Ex Tiberi lacte haurire* — Afran. 187: *Aquam ex caeno haurire.*[1])

b) cum abstractis: Plaut. Rud. 1051: *Ite ... ex praesidio praesides* — Terent. Hec. 182: *Fugere e conspectu* — Lucil. 1040: *Tantis e tenebris montes se in aethera tollent.*

D. Itaque *ex* praepositio cum verbis coniungitur, in quibus vis *abeundi, amovendi* inesse apparet.

Plaut. Poen. 1189 sq.: *Quasque ⟨e⟩ patria Perdidi* — Ba. 954: *Signum ex arce si periisset* — Capt. 537: *Periisti e patria tua*[2]) — Rud. 927: *Ut liberet ex poplo praetor te*[3]) — Stich. 421 sq.: *Nunc hunc diem unum ex illis multis miseriis Volo me eleutheria capere* i. e. liberari — Amph. 412: *Nam noctu hac solutast navis nostra e portu* (= abiit, profecta est) Ba. 288 — Pers. 90 sq.: *Lautum credo e balineis Iam hic adfuturum* i. e. reversum e balineis adfuturum esse — Merc. 139: *Resinam ex melle Aegyptiam vorato* — Ter. Eun. 939: *Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent* — Cato d. a. 156, 1: *Quantum voles ex aceto* (sc. *brassicam esto*). 157, 7 —

Εὐάγγελος μέν ... ἕως γένοιτο μητρὸς εὐφρόνης πάρα; ibid. 291; Sophocl. Trach. 94 sqq.: Ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα τίκτει κατευνάζει τε, φλογιζόμενον Ἅλιον, Ἅλιον αἰτῶ.

1) Lucil. 531: *Quandoquidem res periit magnis conbibonum ex copiis* codices: *repperi,* quod si recte mutatum est in *res periit,* versum sic fere interpretandum esse puto: *Quandoquidem res periit, magnis conbibonum ex copiis,* iam supplendum esse puto: hauriam vel sumam vel tale quid. Loquitur igitur aliquis, qui re familiari amissa sodalium copiis usurus est.

2) His locis *eundi* vis in verbo *pereundi* etiam viva est. Fortasse ex analogia passivi verbum activum *perdere e* praepositionem — quam in Poen. v. 1189 recte suppletam esse nemo negabit — secum habet. cf. Plaut. Rud. 1111: *Athenis periit.* Poen. prol. 86: *Periere a Magaribus* CIL I 1254.

3) Sic cum nescio quo scribi volo. codd.: *praeter.* Iam Kampmann hanc coniecturam novit l. l. p. 13. Versus est dimeter anapaesticus: -- - ⏑⏑ – ⏑⏑ – – –.

Lucil. 106: *E somno pueros ... clamas* — Acc. tr. 464 sq.: *Quid si ex Graecia Omni illius par nemo reperiri potest?*[1]) — Afran. 398 sq.: *Periit opera ni mirum meae Ex animo fidelitatis*[2]) — Postum. Albin. fr. 2: *Grossulos ex melle edebat* — CIL I 198 LIV: *Ex qua sorti pronontiarit.*

Sic tropice dicitur:

Plaut. Mil. 641: *Nequedum exarui ex amoenis rebus* — Cato d. a. 157, 8: *Sanus fiet ex eo morbo.*

II. *Ex* praepositio cum verbis coniungitur, quae significant aliquid ex possessione alterius exire.

A. cum verbis accipiendi, capiendi, emendi, petendi, sumendi.

1. cum personis: Plaut. Mil. 719: *Satis cepissem miseriarum e liberis* — Pers. 652: *Divitias tu ex istac facies* — Ter. Andr. 719 sq.: *Verum ex eo nunc misera quem capit Laborem* — Hec. 579: *Obtingant ex te quae exopto mihi* — Ad. 416: *Ex aliis sumere exemplum sibi.* Huc etiam hi loci pertinent, in quibus omnibus vis *sumendi* intellegi potest: Haut. 210: *Periclum ex aliis facere.* 221 — Eun. 263 sq.: *Tamquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis Vocabula* — Acc. tr. 681: *Multa inventa expertaque ex hoc sunt bona* — Sext. Turp. 86: *Satis fructi cepero ex te.*

2. cum rebus.

a) cum concretis: Naev. tr. 42: *Aquam ... sumere ex fonte* — Plaut. Poen. prol. 2: *Inde mihi principium capiam ex ea tragoedia*[3]) — Amph. 764: *Ex tua accepi manu* — As. 200: *Vinum ex oenopolio* (sc. *petimus*) — Terent. Eun. 573: *Quid ex ea re tandem ut caperes commodi.* 971 — Phor. 789 sq.: *Ex eis praediis talenta argenti bina Statim capiebat* — Andr. 726: *Ex ara hinc sume verbenas* — Lucil. 564: *Mordicus petere aurum e flamma expediat, e caeno cibum.*

b) cum abstractis: Plaut. Amph. 641: *Plus aegri ex abitu viri quam ex adventu voluptatis cepi* — Terent. Phor. 543: *Ex nuptiis tuis si nil nanciscor mali.*

B. Ut verba capiendi, petendi *ex* secum habent, ita etiam verba percontandi, quaerendi, rogandi, in quibus similis vis inest.

---

1) Cist. 135: *Puerum aut puellam alicunde ut reperirem sibi.* Rud. 687: *Unde animus mihi invenitur?* Ba. 546: *Ex ingenio malo malum inveniunt suo.*

2) cf. p. 536 adn. 2. — Possis etiam explicare: *fidelitatis ex animo* i. e. fid., quae ex intimo corde prodit cf. pag. 544 C.

3) Poeta initium prologi re vera ex tragoedia sumit. Res aliter se haberet, si dixisset: principium capiam ab ea tragoedia.

Plaut. Amph. 710: *Ex me ... percontarier* — Mil. 1072: *Exorare ex te* — Amph. 816: *Ex me quaeris* — 1015: *Ex uxore hanc rem pergam exquirere.* Pers. 487[1]) — Capt. 951 sq.: *Ex hac statua verberea volo Erogitare* — 263: *Ex te solo scitari volo* — Terent. Haut. 658: *Nisi ex ipsa quaeras.*

C. Eadem ratione verba audiendi, noscendi, comperiendi, sciendi cum praepositione *ex* coniunguntur. Nam quae ex aliquo audio, ex eo, ex ore eius accipio, quasi ex eo haurio.

1. cum personis: Plaut. Amph. 745: *Ex te audivi.*[2]) 812[3]) — 860: *Iam ex Naucrate cognato id cognoscam meo* — Ba. 566: *Rem repperi omnem ex tuo magistro* — Vis audiendi etiam in his exemplis cognoscitur: Ba. 841: *Ex me quidem hodie numquam fies certior.* Poen. 887. Ps. 3 — Amph. 524: *Ex me primo ⟨ut⟩ prima scires.* Capt. 297.[4]) Men. 558 — Ba. 782: *Rescivi scelera ex Mnesilocho* — Cato 85, 1: *Ut ex his, qui intravere, cognoscere potui* — Terent. Andr. 302: *E Davo audivi* — Ad. 862: *Id esse verum ex me atque ex fratre quoivis facilest noscere* — Haut. 121: *Comperi ex eis* — 411: *Primum e me ut sciat* — Hec. 473: *Ni te ex ipsa haec magis velim resciscere* — Andr. ex. sup. 18: *Facere coniecturam ex me licet* — Pomp. Bon. 102: *Volo scire ex te.*

2. cum rebus: Plaut. Ep. 254: *Haec sic aiebat audivisse ex eapse atque epistula*[5]) — As. 263: *Ex augurio auspicioque intellego* — Most. 199: *Ex factis nosce rem.* Pers. 518 — Ps. 49: *Ex tabellis iam faxo scies* — Aul. 717: *E voltu cognosco* — Terent. Haut. 266: *Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus.* Ad. 822.

D. Cum verbis dandi, largiendi.

1. cum personis: Plaut. Mil. 651: *Plus dabo quam praedicabo ex me venustatis tibi.*

2. cum rebus: Plaut. Pers. 265: *Mea ex crumina largiar* — Enn. tr. 265: *Quam tibi ex ore orationem ... dedit* — Cato d. a. 90: *Ex aqua dato* — Lucil. 885: *Mansum ex ore daturum* — 370: *E fisco praebeat aurum.*

III. Cum dicimus aliquem legere ex compluribus — CIL I 198 XXI: *C viros ex eis ... legat* —, aliquem emere ex praeda, aquam sumere ex fonte, non minus de tota re cogitatur, cuius aliqua pars sumitur, quam de loco, unde persona vel res petitur. Ita fit,

1) A: *i ad forum, e praetore exq.* P: *i ad forum ad. p., exq.*

2) Cum nunquam in prisca latinitate *audire* cum *a* coniungatur — primum haec coniunctio apud Varronem invenitur r. r. I 1, 11: *Quae a peritis audio* — in Trin. v. 538 illud *a* falso traditur. Fortasse scribendum est: *Si omnia ex me audiveris.*

3) Camerarius scribi vult *ex te⟨d⟩*, possis etiam: *ex te ⟨ego⟩ audio* cf. Aul. 796.

4) *Quae tamen scito scire me ex hoc.* De coniunctione illa *scire ... scire* cf. Lindsay ad hunc locum, Jahn ad Persii I v. 27.

5) Figuram illam habes, quae zeugma vocatur.

ut *ex* praepositio cum nominibus coniungatur, quorum de parte agitur.

A. cum personis.

1. cum numero plurali: Plaut. Ps. 392: *Ex multis exquire illis unum* — CIL I 206, 10: *Sei ex consulibus et praetoribus ... nemo eorum Romae erit*[1]) — ib. 97: *Quei eorum ex eis ... adversus ea fecerit.*[1])

2. cum nomine collectivo: Plaut. Aul. 206: *Neque illo quisquamst alter hodie ex paupertate parcior* (paupertas = pauperes) — Terent. Hec. 756: *Si esset alia ex hoc quaestu* (hic quaestus, dies Gewerbe = dieser Stand) — Fab. Pictor 6: *Tum primum ex plebe alter consul factus est* (= sumptus est).

B. cum rebus.

Plaut. Stich. 120: *Ex malis multis malum quod minimumst* — Cato d. a. 158, 2: *Ex iis tot rebus, quod scriptum est unum quod eorum vis* — Laber. 36: *Ut aliquid gustes ex Cynica haeresi.*

Pronomine non addito:

Plaut. Trin. 742: *Ex ea largiri te* (sc. *ex dote*) — Cato d. a. 33, 5: *Ex eo in aquam coicito* (sc. *ex libro*).

IV. Origo alicuius rei vel personae *ex* praepositione sive proprie sive metaphorice significatur.

A. Cum verbis oriundi coniunctum *ex* primum quidem locum indicat, unde aliquid exit.

Plaut. Aul. 403: *Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proxumo?* — Men. 828 sq.: *Ut viridis exoritur colos Ex temporibus atque fronte* — Trin. 941: *E caelo (exoritur)? Atque ⟨e⟩ medio quidem* — Cato 28, 4: *Is* (sc. *fluvius*) *oritur ex Cantabris* (i. e. e finibus C.).

B. Propria *ex* praepositionis vis, quae ad locum spectat, unde aliquid exit, etiam perspicua est in formula *nasci ex matre*. Qui enim nascitur, re vera ex matre prodit.

1. Plaut. Cist. 604: *Non ex uxore natam* — Ep. 170^b sq.: *Eam qua ex tibi commemores hanc ... filiam prognatam* — Rud. 1284: *Nam lenones ex Gaudio credo esse procreatos* — Fr. tr. inc. fab. 5: *Parere ⟨ex⟩ se ardentem facem.*

Verbum *nascendi* supplendum est hoc loco: Plaut. Truc. 865: *Filium ex sponsa* (sc. *tibi esse scio*).

Hinc iam claret Terent. Haut. v. 1035 sq.: *Si ex capite sis meo Natus item ut aiunt Minervam esse ex Iove*; nam caput hoc loco quasi natura muliebris est, ex qua partus prodit.

2. Pater, cum *ex se generare, gignere* dicitur, quodammodo pro stirpe est, ex qua germina prodeunt.

Enn. ann. 17 sq.: *Assaraco natus Capys optimus isque pium ex se Anchisen generat* — Cato d. a. proem. 4: *At ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur.*

---

1) Animadverte pleonasmum, cf. Cato d. a. 108, 1. CIL I 200 LXV.

Ex horum verborum anologia *nasci*, *oriri ex patre* dicitur.

Et propriam et translatam vim verbi *nascendi* invenis in Terent. Haut. 1030: *Ex me atque ex hoc natus es*, quae verba mulier loquitur.

Plaut. Amph. prol. 98: *Natus Argis ex Argo patre* —— Ter. Ad. 657 sq.: *Esse ex alio viro Nescio quo puerum natum* —— Fr. tr. ex inc. fab. 102 sq.: *Ex Tantalo ortus Pelops, ex Pelope autem satus Atreus.*

Verbo *nascendi* omisso

Plaut. Aul. prol. 21: *Is ex se hunc reliquit.* Aul. 781. Cist. 40. Ep. 561[1]) —— Enn. tr. 363: *Neque tuom umquam in gremium extollas liberorum ex te genus* —— Terent. Hec. 652: *Quom ex te esset aliquis.* 655 —— Acc. tr. 653[1]: *Capis ex Assaraco.*

His exemplis, in quibus *ex* paulatim ad auctoris significationem procedit, ad illam dictionem traducimur, qua mulier *gravida ex viro* dicitur; nam vir est auctor graviditatis.

Plaut. Amph. prol. 111: *Utrimquest gravida et ex viro et ex summo Iove* —— Terent. Andr. 216: *Gravida e Pamphilost.* 512. Hec. 392.

Hinc fit, ut dici possit *parere ex aliquo*, quod apud nullum scriptorem illius aetatis nisi Terentium invenitur.

Andr. 497: *Peperisse hanc e Pamphilo.* Hec. 527. 528.

C. Haec verba non modo de loco dicuntur, unde aliquid re vera exit, sed omnino de ea re, unde aliqua persona vel res originem habet.

1. cum rebus: Terent. Ad. 297: *Natum ex tanta familia* — Eun. 241: *Viden me ex eodem ortum loco* — Ad. 448 sq.: *Ex illan familia Tam inliberale facinus esse ortum* —— P. Scipio Afric. (M. 193): *Ex innocentia nascitur dignitas, ex dignitate honor, ex honore imperium, ex imperio libertas* —— Acc. tr. 463: *Ex taurigeno semine ortam fuisse an humano feram?* —— Fr. tr. ex inc. fab. 211: *Tantum gaudium oboriri ex tumultu maximo.*

Huc pertinet *fieri ex*, cum idem valet atque *oriri ex:*

Enn. sat. 43: *Atque ex imbre frigus, ventus post fit* —— Cato d. a. 5, 7: *Id ex fame ... fieri solet* —— Terent. Andr. 385: *Ex ea re quid fiat, vide* — Haut. 109: *Nulla adeo ex re istuc fit nisi ex nimio otio.*

Animadvertendum est e talibus locis et vim praepositionis *ex* '*post*' et '*pro = anstatt*' prodire potuisse. Huius significationis unum exemplum me legere memini.

Plaut. Stich. 138: *Quin vos capitis condicionem ex pessuma primariam.*

2. cum personis: Plaut. Ps. 492: *Quia nolebam ex me*

---

1) Fortasse in versu antecedenti scribendum est: *Quid est quod voltus se turbat tuos?* (codices: *te*).

morem progigni malum — Poen. 889: *Id esse facinus ex te⟨d⟩ ortum* — Mil 654: *Neque . . . umquam ex me exoritur discidium* — Most. 418: *Nobis pariant ex se incommodi* —— Terent. Eun. 966: *Quidquid factumst, ex te esse ortum.* Ad. 443. 797.

D. Tum *ex* praepositione significatur, unde aliqua persona vel res sit, unde aliquis aliquid habeat, sive verba *esse, habere* ponuntur, sive omittuntur.

1. Proprie.

a) de personis.

α) Plaut. Aul. prol. 2: *Ego Lar sum familiaris ex hac familia* — Ba. 472: *Ex Samo* (sc. *est*) — Poen. 175: *Se peregrinum esse ex alio oppido* —— Terent. Haut. 96: *Est e Corintho hic advena.*

Verbo omisso:

Plaut. As. 53: *Meretricem e proxumo* (sc. *amat*).[1] Aul. 290.[2] Mil. 969 — Ps. 737: *Iste servos ex Carysto* —— Terent. Eun. 165 sq.: *Cupere te ex Aethiopia Ancillulam* —— CIL I 636: *Negotiatores ex Area Saturni.*

β) condicio hominis hoc modo indicatur: Acc. tr. 501: *Horrida honestitudo Europae principum primo ex loco*[3]) —— C. Sempr. Gracchus (M. 242): *Qui autem ex eodem loco atque ordine tacent* —— Titin. 108: *Qui ex tanta factione atque opibus puellam sum ausus adgredi.*

b) de rebus: Plaut. Cur. 55: *Qui e nuce nuculeum ⟨se⟩ esse volt*[4]) — Merc. 257: *Navis ex Rhodo*[5]) — 591: *Ex oculis lacrumae* — Ps. 56: *Expressam in cera ex anulo suam imaginem* i. e. imago, quae ex anulo orta est, prodiit — Ps. 1064: *Signum ex arce Ballionia* —— Cato d. a. 135: *Ex Venafro tegulae* —— Caec. 106: *Ex aure eius stalagmium* —— Lucil. 452: *Ex nimbo austellos nec nosse nec esse putare.*[6])

2. Tropice.

a) cum personis: Plaut. Ba. 1114: *Quid tibi ex filio nam . . . aegrest?* — Men. 677: *Ut tibi ex me sit volup* — Poen. 239: *Nimia omnia nimium exhibent negoti hominibus ex se* —— Terent. Hec. 840: *Multa ex quo fuerint commoda* —— Cl. Quadr. 8: *Magnum viaticum ex se . . . ad rem publicam evertendam habere.*

b) cum rebus: Plaut. Truc. 346: *Dulce atque amarum quid sit ex pecunia* —— Cato d. a. 3, 3: *Damni nihil erit ex tempestate.*

---

1) *ex proxumo* his locis apud Plautum invenitur As. 53. Aul. 171, 290. 400. 403. Cas. 687. 1013. Men. 790. Mil. 472. 1136. Stich. 431, cf. pag. 522 adn. 1 et 530 adn. 4.

2) Pro voce *senis*, quam coniecerunt, possis etiam inserere *hinc*, de quo iam Kampmann cogitavit l. l. 12 ad. 5.

3) Codices: *principium*, Vossius *principum* coniecit, quod in textum recipere Ribbeck dubitare non debebat.

4) cf. C. F. W. Mueller mus. Rhen. LIV p. 387.

5) Fortasse scribendum est: *N. e. Rh. quasi ⟨huc⟩ heri advectus filius.*

6) cf. Marx, Studia Luciliana p. 21 sqq.

78, 6 (J) (sexies) —— M. Cato M. f. M. n. (M. 223): *Ex aere alieno ... saepissimam discordiam fuisse* —— Pac. tr. 178: *Quantamque ex discorditate cladem inportem familiae* —— Terent. Andr. 547: *Sed si ex ea re plus malist quam commodi.*

E. Facillime hinc vis *ex* praepositionis transit ad auctorem notandum, cum de hominibus, ad causam significandam, cum de rebus agitur.

1. cum personis. Hic in memoriam revocandum est Terentianum illud *gravida ex, parere ex*. Praeterea unus locus, ubi ex auctorem significat, invenitur atque is apud Terentium.

Hec. 533: *Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires* (sc. *ex puero*).

2. cum rebus.

a) cum concretis: Nonnullis locis etiam intellegimus, quomodo haec significatio ex locali significatione prodierit. Plaut. Amph. 329: *Lassus sum hercle e navi* i. e. quia post longum iter e navi abii, ut navi vectus sum —— Cato 39, 10: *Ex fenore discordia excrescebat* —— Pac. tr. 84: *Plusque ex alieno iecore sapiunt quam ex suo.*

Hinc fit, ut *ex* valere possit: *infolge von.*

Cato d. a. 157, 7: *Ubi ex multo cibo alvus non it* — ib.: *Nam venae omnes ubi sufflatae sunt ex cibo* —— Lucil. 718: *Verum tristis contorto ex Pacuviano exordio.*[1])

b) cum abstractis.

α) cum substantivis, quae animi motus significant:

Plaut. Poen. prol. 69: *Conicitur ipse in morbum ex aegritudine* — 1200: *Hinc sentit, quicquid sapit, ex meo amore* —— Terent. Phor. 750: *Matrem ipsam ex aegritudine hac miseram mors consecutast* —— Afran. 352: *Ex desiderio magis magisque maceror.*[2])

β) cum aliis substantivis: Plaut. Amph. 529: *Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem* —— Terent. Eun. 873: *Saepe ex huius modi re quapiam ... Magna familiaritas conflatast.*

V. A. Plaut. Cur. 10 sq.: *Egon apicularum opera congestum non feram Ex dulci oriundum melculo dulci meo?*

Intellegimus ex hoc loco, quam facile praepositio *ex*, quae hic etiam rem vel locum significat, unde aliquid oritur, vim materiae indicandae accipiat, ex qua res quasi prodit. Item in Lucilii v. 134 sq. res se habet: *Tisifone tibin e pulmonibus atque adipe unguen Excoctum attulit.*

Naev. P. B. 11: *Pulchraque ... ex auro vestemque citrosam* —— Plaut. Ba. 640: *Huic decet statuam statui ex auro* — Rud. 1300:

1) Sed fortasse melius explicatur: tristes personas ex Pacuviano exordio, ut Skutsch me docuit.

2) ⟨*Prae deside*⟩*rio gnatae fletus in dies Edunt* CIL I 1008 v. 10 = Buecheler anth. 59, possis etiam supplere: *ex desiderio.*

E robigine, non est e ferro factum — Cato d. a. 3, 4: *Ex quavis olea oleum bonum fieri potest* — 14, 4: *Parietes ex latere* — Laber. 67 sq.: *Nihilne referat mollem e lanitia Attica An pecore ex hirto ⟨durum⟩ vestitum geras?* — CIL I 1307, 5: *Crepido ex lapide.*

CIL I 1250, 4 sq.: *Ex peq. publ. fac. curar.* CIL I 1251, 4 sq. Has duas inscriptiones posterioris aetatis esse praeter alias causas, quarum una est forma *curare*, illud *ex pecunia* mihi demonstrare videtur; in prisca enim latinitate semper *de pecunia facere* dicitur, quoniam de subsidio, non de materia agitur; neque enim intellegendum esse puto *ex peq. publica* = mit Geld aus der öffentlichen Kasse, cf. 1488: *De pecunia publica.*

Simili modo *ex de* praepositionis locum obtinuit in L. Calp. Pisonis frg. 21: *Hanc coronam ex praeda dedit,* ubi *ex praeda* interpretandum est: *de pecunia,* quae pro praeda data est cf. CIL I 63 et 64: *De praedad Maurte* (64: *Fortune*) *dedet,* quae inscriptiones in columnis incisae sunt.

B. Similiter dicitur constare ex aliqua re. Plaut. Amph. 233 sq.: *Ex spiritu atque anhelitu Nebula constat* — Lucil. 579: *Constare hominem ex anima et corpore.*

VI. *Ex* praepositio porro permutationem notat hic quoque motus vi retenta. Nam id, quod transmutatur, quasi e priore condicione in novam condicionem transit cf. Acc. tr. 411: *Prima ex immani victum ad mansuetum applicans.*

A. De personis: Plaut. Amph. 704: *Ex insana insaniorem facies* — As. 145: *Reddam ego te ex fera fame mansuetem* — Ep. 644: *Di me ex perdita servatam cupiunt* — Most. 84: *Corruptum ex adulescente optumo*[1]) — Enn. tr. 351 sq.: *Quos ego ope mea ex Incertis certos compotesque consili Dimitto* — ann. 336 sq.: *Mortalem summum fortuna repente Reddidit, e summo regno ut famul infimus esset*[2]) — Terent. Andr. 37: *Feci ex servo ut esses libertus mihi.*

B. De rebus: Plaut. Amph. prol. 54 sq.: *Faciam ex tragoedia Comoedia ut sit* — Capt. 959: *Si eris verax, tua ex re facies ex mala meliusculam*[3]) — Mil. 1018: *Fecisti modo mihi ex proclivo*

---

1) Fortasse post vocem *corruptum* inserendum est *tam*, cf. Ba. 420.

2) *e summo* Gifanius, *summo* codd., *infimus* Lipsius, *optimus* codd. Ego scribendum esse puto: *e summo rege ut famul infimus* — Skutsch cogitat de *oltimus* — *esset* cf. Plaut. Capt. 305: *Me qui liber fueram servom fecit, e summo infumum*, Pac. tr. 375: *Velut Orestes modo fuit rex, factust mendicus modo*, Pomp. Sec. praet. rel.: *Ex humile regem.*

3) Vahlen (Herm. 17, 602, relat. acad. Berol. 1888, 11) scribi vult: *Si eris verax, tua ex re, facies ex mala meliusculam,* et explicat: 's. e. v., tua ex re sc. facies i. e. in tuam rem facies'. Ego Vahleno non assentior; nego enim facile suppleri posse ad *tua ex re:* facies, ad *facies ex mala meliusculam:* tuam rem, sed scribi volo: *s. e. v., tuam rem facies e. m. m.*, quod iam ante Kampmannum (l. l. p. 18) viri docti coniecerunt. cf. Cas. 828. 1006. Rud. 1132.

planum — Poen. 1163: *Restitue certas mihi ex incertis nunc opes* — Ter. Andr. 674: *Ex unis geminas mihi conficies nuptias* — CIL I 200 XXVII: *Quem agrum locum populos ex publico in privatum commutavit.*[1])

VII. *Ex* praepositio non modo significat, unde persona vel res exeat, proficiscatur, sed etiam locum, unde actio exit vel initium capit.

A.

1. persona, quae agit, ipso loco manet.

Plaut. Men. 227: *Quando ex alto procul Terram conspiciunt* — 841: *Ecce. Apollo mihi ex oraclo imperat* — Vid. 118: *Hinc ex occulto sermonem eius sublegam*[2]) — Enn. tr. 268: *Ex alto ... despexit* — Pac. tr. 96: *E summisque in omnis partes prospectum aucupo* — Fr. tr. ex inc. fab. 13: *Ibi ex oraclo voce divina edidit.*

2. Actio ex eo loco, unde exit, continuatur.

Plaut. Stich. 761: *Ubi perpruriscamus usque ex unguiculis* — Men. 168: *Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore inlucido* — P. Pomp. Sec. tr. 8: *Pendeat ex umeris dulcis chelys.*

B. Cum dicitur aliquid ex aliqua re pendere, vertimus non: von etwas herabhängen, sed an etwas hängen. Similiter saepe locus, ubi aliquis est vel aliquid fit, *ex* praepositione notatur; intellegitur enim res vel rei imago ex illa parte prodire.

Plaut. Merc. 878 sq.: *Nonne ex advorso vides Nubis atra imberque ut instat?*[3]) — 880: *Caelum ut est splendore plenum ex advorso vides* — Cato d. a. 41, 3: *Artitoque ... alterum ex altera parte* — 52, 2: *Qualum incidito ex ima parte perpetuum* — 141, 1: *Quota ex parte sive circumagi ⟨iubes⟩ sire circumferendo censeas* — Lucil. 796: *Primum ex adverso siquod est cenaculum.*[4])

C. Locum, unde aliquid prodit, etiam intellegimus, cum dicitur dolere ex animo, simul autem magnitudo doloris, quippe qui ex intimo corde proveniat, notatur. 'Ex animo et opponitur simulationi et significat studii et voluntatis vim et sinceritatem.'[5])

Plaut. Capt. 928: *Satis iam dolui ex animo et cura*[6]) — Stich.

1) Handio, qui dicit (II p. 643): 'plurima exempla huius usus ... ad homines pertinent, pauca ad res mutatas' de ultimis quattuor verbis non assentior; nam vide, quot locos sub VI B attulerim.

2) cf. Pac. tr. 185: *Sermonem hic nostrum ex occulto clepsit.*

3) cf. Friderici Leonis editionem.

4) Contra forma *exadvorsum* constat ex praepositione *ex* et adverbio *advorsum*. cf. Plaut. Ba. 835. Cato d. a. 18, 3. Terent. Phor. 88. 97. Ad. 584.

5) Handii Tursell. II 628.

6) Mira quaedam coniunctio: *ex animo* notat locum, unde dolor exit, *ex cura* causam doloris, quare Lindsay sine dubio recte post vocem

1 sq.: *Credo ego miseram fuisse Penelopam, Soror, suo ex animo* — Terent. Haut. 959: *Tibi bene ex animo volo* — Eun. 175: *Utinam istuc verbum ex animo ac vere diceres*[1]) — Andr. 794 sq.: *Paulum interesse censes, ex animo omnia Ut fert natura, facias an de industria?*

D. *Ex* praepositio cum substantivo coniuncta praecipue 1. ad verba agendi, arguendi, iudicandi, talia additur, ut notetur, unde actio, iudicium exeat. Nos his locis praepositionem *ex* per auf Grund von vertimus.

Plaut. Ba. 469: *Non ex audito arguo* — Ep. 625: *E tuis verbis meum futurum corium pulcrum praedicas*[2]) — Cas. 224: *Hanc ego de me coniecturam domi facio magis quam ex auditis* — Cato d. a. 89: *Ex gula consideret, quod satis sit* — 22, 4: *Ex trapeto temperato* — Terent. Haut. 880: *Nisi illos ex tuo ingenio iudicas.*[3])

2. Hic usus saepissime occurrit, cum de legibus et iudiciis agitur.

CIL I 197, 7: ⟨*Ioudex*⟩ *quei ex hace lege plebeive scito factus erit*[4]) — 200 LXXXII: *Ex lege Sempronia* — 206, 73: *Ex lege locationis* — 199, 5: *Sententiam ex senati consulto dixerunt* — 200 XXIX: *Exve foedere licuit* — 205^{I} 10: *Ex formula repromittere.* 203, 8 — 205^{II} 13: *Ex iudicieis dateis* — 206, 116: *Ex edicto* 205^{I} 36: *Ex ea stipulatione* — 1027, 6: *Ex testamento.* 1199 — 1109: *Iovi optumo maximo ex viso aram aedificavit* — 1192: *ex sen. sen.*[5]) —

---

animo comma ponit; *Satis iam dolui ex animo, et cura satis me et lacrumis maceravi.*

1) Vide, quam prope hic *ex animo* ad vim adverbii accedat.

2) Habes contaminationem, quae orta est ex: ex tuis verbis meum futurumst corium pulcrum, et: Meum futurum esse corium pulcrum praedicas.

3) Vide, quam Ter. Haut. 880. Eun. 198. Sext. Turp. 19 praesertim hi duo loci, quorum alter alterum aperte imitatur, inter se congruant.

4) Keller Gram. Aufs. 333: 'Der Ablativ bezeichnet logisch den Grund, aus welchem etwas hervorgeht, bei etwas eventuell Hervorgehendem also die hypothetische Grundlage. Daher wechseln die Ablative *ea condicione*, *ea lege* u. dgl. mit Phrasen mit *ex* ab.'

5) Keller l. l. 45: 'Die einzelnen Patres sagen ihre Ansicht, sententiam dicunt, stimmen ab; daher ex sen. sen. = ex senati sententia, eine inschriftlich und handschriftlich erhaltene stehende Formel = nach dem durch das sententiam dicere der Einzelnen ermittelten Willen des Senats. Somit ist ex senati sententia faktisch soviel als ex senati voluntate; daraus entwickelt sich der übrigens nicht häufige Gebrauch von ex sententia = nach Wunsch (Cic.). Für gewöhnlich heifst ex sententia vielmehr nach der Meinung, ex animi sententia (stereotyp) nach bestem Gewissen, wie man es wirklich innerlich denkt und meint. Die Phrase 'nach der Meinung des Senats' statt 'nach dem Willen des Senats' ist sicherlich unter Einwirkung der Allitterationsliebhaberei entstanden.' Vir doctus de aetate formulae *ex senati sententia* errat. Nusquam enim in CIL I memini me illud *ex senati sententia* invenire uno loco excepto: 1192, quae inscriptio sine dubio posterioris aetatis est. Semper in prisca

806, 5: *Ex d. d. fac. coeravere.* 1248 —— Sis. 17: *Ex senati consulto.*

3. Cum is, cuius actiones quodammodo ex lege prodeunt, secundum legem agat, cum lege congruat, *ex* praepositio vim *secundum* = gemäſs, entsprechend accipit. Hanc quoque significationem e vi prodeundi, oriendi fluxisse docet Terent. Ad. 987 sq.: *Id non fieri ex vera vita neque adeo ex aequo et bono, Sed ex adsentando, indulgendo et largiendo.*

a) Plaut. Capt. 997: *Ornatus haud ex suis virtutibus* — Rud. 1155: *Responde ex ordine*[1]) — Stich. 271: *Satin ut facete atque ex pictura astitit*[2]) — Trin. 707: *Hic agit magis ex argumento* —— Cato d. a. 14, 5: *Ex signo manipretium erit* — 136: *Qua ex parte politori pars est* — 19, 8 (J.): *Di immortales tribuno militum fortunam ex virtute eius dedere* —— Terent. Ad. 176: *Ornatus esses ex tuis virtutibus*[3]) — 295: *E re nata melius fieri haud potuit quam factumst*[4]) —— Lucil. 1157: *Hic e re nata Seius dedit haud male sex*[4]) — 792: *Adde alios omnes meo periclo ex ordine.* 1001.

b) Saepissime occurrit formula *ex sententia,* quae valet nach Wunsch, quem ad modum ipsi sentimus vel alter quidam.

Plaut. Aul. 589: *Qui ero ex sententia servire servos postulat* — Men. 1151: *Quoniam haec evenere, frater, nostra ex sententia*[5]) — Terent. Ad. 420 sq.: *Piscis ex sententia Nactus sum.*

Similiter dicitur:

Enn. tr. 402: ⟨*E*⟩ *spe quidem id successit tibi* —— P. Scipio Afr. min. (M. 193): *Ex voluntate* —— Sis. 49: *Ex voluntate sua.*[6])

---

latinitate *de sen. sen.* dicitur. Item Keller falso de formula *ex sententia* iudicat: 'der übrigens nicht häufige Gebrauch von ex sententia — nach Wunsch (Cic.).' Nam apud Plautum sedecies, apud Terentium sexies, praeterea bis invenitur. Itaque *de senati sententia* ex analogia formulae *ex sententia* in *ex sen. sententia* commutatum est, non *ex sententia* e formula *ex senati sententia* prodiit — Ceterum non rectius Kellero Ter. Scaurus iudicat, cf. GL VII 31, 1 sqq. K.

1) cf. Becker, qui in studiis in priscos script. lat. I 1 p. 299 sq. de formulis *ex ordine, in ordine, ordine* agit.

2) Fortasse vocula *hic* addenda est, ut hiatus tollatur cf. v. 310.

3) Apparet Terentium Plauti Capt. v. 997 imitari.

4) Donatus ad Ad. III 1, 8: *Uti negotium natum erat.* cf. Plaut. Ba. 218. Cas. 343. Truc. 962. P. Scipio Afr. min. (M. 178).

5) Hic hiatus tribus modis tolli potest 1) cum scribimus: *éx nŏstrí sententia;* sed quoniam omnibus ceteris locis *éx mĕá* s. invenitur, haec via vix ingredienda erit; 2) ⟨*satis*⟩ *n. e. s.* cf. Merc. 370. Pers. 10. 18. Phor. 256; 3) *nobis ex sententia* cf. Terent. Hec. 872: *Speroque hanc rem esse eventuram nobis ex sententia* — Sext. Turp. 137: *Processe nobis ex sententia.* Rud. 1365. Haut. 683.

6) Huc mihi pertinere videtur CIL I 1169: *Ex suo ingenio epointe.* Potestne in hac voce latere ἐποιοῦντο?

c) Eandem vim *ex* praepositio in formulis *ex re, ex usu* habet, quae significant aliquid secundum rem vel usum esse = im Interesse.

Plaut. As. 539: *Siquidem ex re consultas tua.*[1]) Capt. 296. Men. 661. Ps. 336. 338 — Merc. 394: *Verum non ex usu nostrost.* Pers. 563 —— Cato 70, 4: *Esse e re publica credimus*[2]) —— Ter. Phor. 969: *Non hercle ex re istius me instigasti* — Eun. 1077 sq.: *Magis opportunus nec magis ex usu tuo Nemost.* Haut. 210. 221. Hec. 548. 616 —— C. Sempr. Gracchus (M. 231): *Quomodo ex usu vestro existimabam esse* —— CIL I 200 XXXV: *Utei eis e re publica fideve sua* ⟨*videbitur esse*⟩. 203, 11.

Uno loco *ex* praepositio cum personae significatione coniuncta valet: auf ihn bezüglich, ihn angehend.

Terent Andr. 954: *Quia habet aliud magis ex sese et maius* (sc. *negotium*).[3])

E. Denique ita modus actionis notatur. Quod enim e lege fit, non modo secundum legem, sed etiam legitime fit.

Plaut. Merc. 111: *Ex summis opibus viribusque usque experire, nitere.* Mil. 620 — Poen. 219 sq.: *Ex industria ambae numquam concessamus Lavari* — Ps. 1274: *Ex disciplina* — Rud. 1192: *Ex inproviso* — Ps. 1190: *Ex antiquo*[4]) — Cist. 562: *Ex Tusco modo.* Mil. 791 —— Enn. ann. 280: *Ex iure* — tr. 89: *Ex opibus summis opis egens, Hector, tuae*[5]) —— Afran. 111: *Ex officio datur mihi custodiendus*[6]) — 290: *Qui ex aequo venio* —— CIL I 205^{I} 26 sq.: *Ex fide bona* (sc. *dare, facere*) ib. 36, 37 — 1011, 10: *Ree fuit ee vero plus superaque parens.*[7])

VIII. *Ex* praepositio cum notionibus temporis coniungitur, ut momentum significetur, unde aliquid esse incipit.

A. cum propriis temporis notionibus: Plaut. Pers. 479: *Bonus volo iam ex hoc die esse* — Merc. 1024: *Ex hac*

---

1) Plaut. Amph. 570: *Quid mali sum, ere, tua ex re promeritus?* Puto hoc loco *ex* pro *de* esse; nam *tua de re* hic ad metrum non quadrat.

2) Codices: *esse rem publicam,* quod Keilium recte mutasse docent CIL I 200 XXXV. 203, 11.

3) Sine dubio hic locus sic interpretandus est: *negotium* i. e. catenae, quae ex eo pendent.

4) Kampmann l. l. 20 explicat: 'nach einem alten Sprichwort'. Ego puto ex antiquo more intellegendum esse, cf. Most. 789: *antiquom optines hoc tuom.*

5) Handius (II 626) explicat: 'praesentibus opibus summis', quod ego non probo. Idem esse puto atque summopere cf. Plaut. Merc. 111. Mil. 620 — Vide Wölfflin AflL VI, 5.

6) Errat Handius Tursell. II 652 cum dicit: '*Ex officio* formula est recentior. vid. Digest. 49, 14, 45, 8.'

7) Huc pertinere mihi videtur Plauti Stich. 242: *Nomine e vero vocor* = mit meinem wahren Namen, quod Kiessling loco quodam editionis Horat. falso explicat per: anstatt des wahren Namens.

nocte primum lex teneat senes[1]) — Cato d. a. 44: *Ex eo die dies XLV recte putabis* — 149, 1: *Pabulum frui occipito ex Kal. Sept.* 146, 2 — 63, 4 (J.): *Venefici postridie iussisti adesse in diem ex die* — Terent. Andr. 268: *Ex hoc misera sollicitast die* — CIL I 198 XXI: *Facito utei is die vicensumo ex eo die* ... LXVI — 200 LXX: *ex eid. Mart.* 202^I 10. 14. 19. 22. 26. 30.

B. Cum nonnullis loci significationibus coniuncta *ex* praepositio indicat aliquid, ubi primum ex ipso loco fit, statim fieri; nos dicimus: auf der Stelle.[2])

Plaut. As. 130 sq.: *Nam iam ex hoc loco Ibo ego ad tresviros* — Truc. 443 sq.: *Iam modo ex hoc loco Iubebo ... perferri.*

Huc pertinet etiam illud *extemplo* = sogleich, quod Mommsen (Staatsrecht 1² 574)[3]) sic explicat: '*Extemplo* hat sich erhalten durch die jedem Römer geläufige Wendung *ex templo* (d. h. unmittelbar nach dem Wahlakt im templum) magistratum occipere.' Aliter scriptores antiqui explicant. Serv. ad Verg. Aen. I 92: *Extemplo, ilico, statim. Et est augurum sermo. Templum enim dicitur locus manu auguris designatus in aëre, post quem factum ilico captantur auguria.* Et ad II 699: *Verbum augurum, qui visis auspiciis surgebant ex templo, unde est extemplo adverbium.*

Naev. com. 98: *Extemplo illo te ducam* — Plaut. Capt. 122: *Erit extemplo mihi quod dem tibi* — Terent. Andr. 518: *Quor non dixti extemplo Pamphilo?* — Acc. tr. 385: *Signa extemplo canere.*

C. Vides igitur, quam raro *ex* in prisca latinitate de tempore dicatur. Sed sunt complures loci, unde perspici possit, qua ratione factum sit, ut praepositio *ex* postea vim 'nach' acciperet.

Primus est apud Plautum in Poen. v. 360: *Bene promittis multa ex multis,* quod bene explicatur v. 598 Terent. Haut.: *Verum ut aliud ex alio incidit,* ubi motus vis clare perspicitur. Eun. 631: *Aliam rem ex alia cogitare* — 987: *Aliud ex alio malum* — Enn. sat. 43: *Atque ex imbre frigus, ventus post fit* — Lucil. 610: *Quodque te in tranquillum ex saevis transfert tempestatibus.*

Primus locus, ubi *ex* idem significat atque post, videtur esse Turpil. 159: *Tamen oculi ex longa intercapedine adpetunt cupide intui.*[4])

Extra

Extra ablativus feminini singularis est nominis, cuius posterior pars comparativi suffixum est. CIL I 196, 16, 29 forma *exstrad* invenitur, cf. osc. *ehtrad.* Semper cum accu-

1) Vide, quomodo Plautus per iocum sermonem legum imitetur, quae imperare solent, ut hoc vel illud ex hoc die fiat.

2) cf. *ilico* = *insloco* = auf der Stelle.

3) In tertia editione haec explicatio omissa est.

4) Codices praebent *oculis,* quod Ribbeckium recte in *oculi ex*

sativo coniungitur; nam cum CIL I 200 L invenitur: *extra terra Italia est,* et 577, 17: *extra pariete,* haec quadratarii menda esse apertum est.[1])

Priscianus de praepositione *extra* sic iudicat: GLK III 30, 1 sq.: *Quaedam etiam syncopam passa sunt, ut ... extra pro extera* — ib. 42, 7 sqq.: *Extra quoque, quod significat* τὸ ἐκτὸς *apud Graecos, adverbium est derivatum a praepositione ex tam apud illos quam apud nos.*

I. *Extra* praepositio de loco dicitur.

A. Locum significat, a quo aliqua persona vel res vel actio exclusa est.

Plaut. Men. 182: *Extra numerum es mihi* — Amph. 224: *Extra turbam ordinum collocuntur simul* —— Enn. ann. 422: *Aut intra muros aut extra* (sc. *occumbunt*) —— CIL I 198 LXIX: *Extra ordinem dato* — 200 IV: *Quei ager publicus populi Romanei in terra Italia P. Muucio L. Calpurnio cos. fuit, extra eum agrum,* XI, XIII (bis), XXIV, XXXII, XLIV, LXXIX, LXXX, LXXXI, XCVII.

B. *Extra* praepositio cum verbis coniungitur, quae motum significant, ut notetur aliquid ex aliqua re prodire, ita ut eam relinquat. *Extra* igitur his locis validiorem vim quam *ex* praepositio habet.

Plaut. Aul. 710 sq.: *Ille me non videt, Nam ego declinavi paululum me extra viam* —— Enn. tr. 215: *Quid sic te extra aedis exanimata eliminas* —— Cato 17, 6: *Si quis extra ordinem depugnatum ivit* —— Lucil. 364: *Extra castra ut stercu' foras eiecit.*[2])

II. Metaphorice haec praepositio **A.** cum personae significatione de eo dicitur, qui non idem facit vel patitur quod ceteri.

Plaut. Amph. 833 sq.: *Mi extra unum te mortalis nemo corpus corpore Contigit*[3]) —— Enn. tr. 46: *Optumam progeniem Priamo peperisti extra me.*

B. Similiter de re dicitur, quae ab aliqua actione segregatur.

Cato d. a. 18, 8: *Canalis extra columnam expolito.*

C. Denique *extra* praepositio de actione dicitur, quae aliquem modum transgreditur, ita ut *extra* eandem fere sententiam habeat atque *contra* posterioris aetatis.

---

correxisse pro inopia exemplorum huius usus praepositionis *ex* ego quidem nego.

1) Aliter iudicat Diehl, de m finali epigraphica Jahrb. Suppl. 25, 67.

2) Poeta metro integro dicere poterat: *ex castris,* sed *extra castra* valet: eiecit, ut foris maneret.

3) Praeter hunc locum vox *unus* additur: Plaut. Mil. 161. 1232. Terent. Phor. 98.

Plaut. Cas. 966: *Nunc ego tecum aequom arbitrum extra considium captavero*[1]) — Titin. 46: *Ne quod ad cenam iret extra consilium meum.*

Fini

Fini[2]) ablativus substantivi *finis* est.

Pro praepositione his locis invenitur Cato d. a. 28, 2: *Postea operito terra radicibus fini* — Plaut. Men. 859: *Osse fini dedolabo assulatim viscera.*

'Ablativum esse *fini* ex locutione *qua fini*, quae vel apud iure consultos secundi saeculi post Chr. n. frequenter offenditur, apparet, quoniam *finis* feminini generis fuisse apud priscos scriptores constat. *Qua fini* apud Catonem extat 34, 1. 93, 21. 96, 14.'[3])

1) Sed confiteor me hunc locum non satis intellegere.

2) Keller l. l. 339 — AflL I 424. 580.

3) Schoendoerffer l. l. p. 30. — Non intellego, quomodo Schoendoerffer ibidem dicere possit: 'post *fini* plane praepositionis munere fungebatur et genetivum sibi adscivit ut 75, 3: *ansarum infimarum fini*'. Nam cum genetivum secum habet, substantivum, non praepositio est.

Appendix I.

A praepositionem cum Lommatzsch in thesauro linguae latinae tractaverit, supervacaneum esse ratus denuo de hoc verbo agere ea tantum afferam, de quibus a doctissimo illo viro dissentio vel quae eum effugisse mihi videntur.

Primum puto ea verba, in quibus propria motus vis non inest, a verbis, quae motum ipsum significant, separanda atque inter se artius coniungenda esse, exempli causa: Cic. Rab. perd. 11: *Expiandum forum ab illis vestigiis* (6, 58) — Bell. Alex. 27, 7: *Ab illo timore se recrearunt* (7, 12) — Aug. civ. 19, 18 p. 394 D: *Homines a contaminatione mundentur* (8, 68) — Mon. Anc. 5, 1: *Mare pacavi a praedonibus* (8, 72) — Vell. 2, 92, 2: *Adquiescendi a continuatione laborum* (9, 45) — Liv. 3, 53, 8: *Nunquam civitas nostra quiescet a suppliciis* (11, 6) etc.

Pag. 32, 63: Cic. Quinct. 79: *Abs te et a vobis quaeso.* Memoria dignum esse arbitror apud Plautum *quaesere* semper accusativum secum habere, cf. Amph 933. Aul. 611. Cas. 389. 396; ergo Vidul. 39 *abs te* cum *quaeso* coniungendum non est.

Ad pag. 32, 73 commemorandum est apud Terentium quoque inveniri: *discere a.* cf. Hec. prol. 18: *Ut ab eodem alias discerem.* Ad. 125.

Ad pag. 33, 35: 'de causa sic ut ad totum pertineat enuntiatum i. q. propter, quod' adde duos locos Lucilianos, v. 537: *Ab eo risum magnum agit,* et v. 971 sq.: *Quae non spectandi studio, sed ab ominis taetri Impulsu ingressus.*

Ad pag. 34, 59: 'ponitur *ab* pro ablativo instrumenti' adde Favonii locum (M. 209): *Ut a cluniculis, inferiore parte, saturi fiant* (i. e. saturentur).

Pag. 35, 7 affertur Plauti Ep. v. 129: *A morbo valui, ab animo aeger fui.* Sed animadvertendum est hic duas praepositionis *a* significationes inter se coniunctas esse: a morbo valui, quod intellego: a morbo vacuus fui, ergo valui, et: ab animo aegritudo prodiit. Possis etiam a morbo valui interpretari per: a morbo aeger non fui.

In pagina 35 nonnulla exempla sub III 1 b. c afferuntur, quae rectius alio loco poni potuisse puto. Lommatzsch dicit: 'verbi, adiectivi etc. potestatem accuratius definit i. q. attinet, si spectas' et affert inter

alios locos hos: Plaut. Cur. 51: *Tam a me pudica est quasi soror mea sit* — Aul. 221: *Ut inopem atque innoxium abs te atque abs tuis me inrideas* — Truc. 241: *Quando sterilis est amator ab datis* — C. Gracch. (M. 232): *Cum a servis eorum tam caste me habuerim* — Plaut. Rud. 632: *Ab lippitudine usque siccitas ut sit tibi* — Terent. Haut. 75: *Tantumne ab re tuast oti tibi?* Ego non video, cur Lommatzsch haec exempla non cum eis exemplis coniunxerit, quae sub I D 3 affert; nam sine dubio hic quoque de vacatione quadam agitur.

In pagina 37, 71 Lommatzsch dicit: *a* 'i. q. post; saepius i. q. statim post'. Inter exempla huius usus hos locos affert: Plaut. Poen. 618: *Mulieres ab re divina apparebunt domi.* Most. 485: *Rediit a cena domum.* Poen. 405: *Quom ab re divina rediero.* Sed ego puto his tribus locis *a* praepositionem vertendam esse: von — her, sie werden vom Gottesdienst erscheinen, er kam vom Essen heim, wenn ich vom G. zurückkommen werde. Errant ii, qui intellegunt: post rem divinam vel re divina facta. Quamquam talibus structuris factum est, ut apud posteriores scriptores *a* saepenumero idem fere valeat atque post; sed in prisca latinitate huius praepositionis *a* usus exemplum non inveni. Unum exemplum temporalis significationis *a* praepositionis in fragmentis com. Rom. (p. 332 Ribbeck) legitur: *Nostri maiores velut Bene multa instituere, optime hoc: a frigore Fecere summo septem Saturnalia.* Qui versus sunt Mummii poetae, de quo Macrobius sat. I 10, 3 dicit: *post Novium et Pomponium diu iacentem artem Atellaniam suscitavit.* — Ne illud quidem *ab urbe condita* vel similis formula in prisca latinitate invenitur, unde apparet si minus totam legem parieti faciundo[1]) (CIL I 577, X p. 218), at tamen illa verba *ab colonia deducta* et quae sequuntur posterioris aetatis esse. Ipsum titulum ad priscam aetatem pertinere, sed incisum esse aetate demum imperatoria Mommsen docuit.[2])

Denique hi duo loci memoria valde digni Lommatzschium effugisse videntur:

Ter. Andr. 156: *Ea primum ab illo animum advortenda iniuriast.*[3])

Lucil. 214: *Tres a Deucalione grabati restibu' tenti.*[4])

Praeterea has coniecturas proferre mihi liceat:

Plaut. Ba. 304: *Quo extemplo a portu ⟨ab⟩ire nos cum auro vident.*[5])

---

1) De hac lege agit Th. Wiegand in Jahrb. Suppl. XX 659 sqq.

2) Archaeolog. Zeitung 1846 p. 247. CIL X p 218.

3) Ruhnken ad Ter. Andr. 129: 'Iniuria ab illo est iniuria illius... nam praepositio *ab* saepe inservit genitivo circumscribendo.' Sequuntur exempla.

4) C. Lucilii saturarum reliquiae em. L. Mueller, p. 214: Qui Deucalionis aetatem aequant.

5) Sic coniicio, cf. Merc. 223. Contra C. F. W. Mueller supplet: *illi*, Mus. Rhen. LIV p. 384.

Ba. 315: *Sed nilne ⟨mi⟩ attulistis inde auri domum?* Sic scribo collatis Cist. 552. Pers. 461. 498. Trin. 785.

Men. 1115: *Quot eras annos gnatus, quom te pater ⟨secum⟩ a patria avehit?* Sic suppleo collato v. 27 prologi: *Tarentum avexit secum ad mercatum simul.*

Cato d. a. 133 scribi volo: *⟨Ab⟩ arboribus abs terra pulli qui nati erunt.* cf. cap. 51: *Ab arbore abs terra pulli qui nascentur.*

Appendix II.

Cum *a, de, ex* praepositiones vi haud longe a se distent, saepe eadem verba et formulae modo cum hac, modo cum illa praepositione coniuncta et apud scriptores et apud poetas inveniuntur; qua praepositionum propinquitate poetas usos metri causa et hanc vel illam praepositionem adhibuisse et novas quasdam coniunctiones, quarum exempla apud alios scriptores non inveniuntur, formavisse me demonstrare posse spero.

I.

A. Et *a* et *de* praepositiones in his coniunctionibus inveniuntur. Poeta *de* praepositione utitur,

1. ut elisio fieri possit:

Plaut. Aul. 614: *Ut aulam abs te auferam.* 695. Ba. 740. Cur. 428. 569. 619. 704. Ep. 193. Men. 133. 200. Mil. 982. Pers. 326. Ps. 486 (bis). 504. 1224. 1321. Rud. 1383.	Plaut. Ps. 1225: *De improbis viris auferri.*
Plauti Capt. 111: *Quos emi ... a quaestoribus.* 453. Ep. 47. Rud. prol. 59. CIL I 200 XVII.	Plaut. Trin. 124: *Emistine de adulescente?*

2. ut hiatus evitetur:

Plaut. Trin. 885: *Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine.*	Plaut. Capt. 475: *Ipsi de foro ... eunt.*
Plaut. Pers. 442 sq.: *A foro ... abeunt.* Amph. 523. Aul. 459. Cas. 302. Men. 327. 553. Merc. 223. Trin. 983. 989. Truc. 477.	Plaut. Men. 599: *Abire de foro.*

Plaut. Cist. 549 sq.: *Ab hippodromo . . . sustollere.*

Plaut. Men. 491: *Ut surrupuisti te mihi dudum de foro.*

Plaut. Men. 158: *Concede huc a foribus.* Trin. 1019. Terent. Phor. 741. Haut. 572.

Plaut. Trin. 815: *Conduco de foro.*

Plaut. Capt. 111: *Quos emi . . . a quaestoribus.* 453. Ep. 47. Rud. prol. 59. CIL I 200 XVII.

Plaut. Ep. 301: *Emet illam de te.*

Plaut. Ps. 617: *A nobis est mercatus.* CIL I 200 LXXI.

Plaut. Rud. prol. 40: *Eam de praedone vir mercatur.*

3. ut positio fiat:

Plaut. Men. 833: *Ut illos a me apsterream.*

Plaut. Truc. 253: *Item ut de frumento anseres clamore absterret.*

Terent. Hec. prol. 18: *Ut ab eodem alias discerem.* Ad. 125.

Terent. Eun. 262: *Discere id de me.*

B. Et *ex* et *de* praepositiones in his coniunctionibus inveniuntur.

1. Poeta *de* praepositione utitur,

a) ut elisio fieri possit:

Plaut. Poen. 219: *Ex industria.*

Plaut. Rud. 1192: *Ex inproviso.*

Terent. Andr. 795: *De industria.*

ib. 360: *De inproviso.* 417. Haut. 281. Phor. 884. Ad. 407. 610b. Trab. com. 3.

b) ut hiatus evitetur:

Plaut. Capt. prol. 34: *Emit hosce e praeda.*

Plaut. Capt. 111: *Emi de praeda.* 453. Ep. 621.

Plaut. As. 208: *Unum ex omnibus.* Men. 370. Truc. 187. frg. fab. cert. 89. Ter. Hec. 570.

Plaut. Capt. 482: *Unum ridiculum dictum de dictis melioribus.*

Plaut. Most. 199: *Ex factis nosce rem.* Aul. 717: *E voltu cognosco.*

Plaut. Cur. 232: *De forma novi, de colore non queo.*

CIL I 206, 10: *Si ex consulibus et praetoribus . . . nemo eorum Romae erit.* ib. 97.

Plaut. Ps. 415 sq.: *Si de damnosis aut si de amatoribus Dictator fiat.*

Plaut. Amph. 329: *Lassus sum hercle e navi.*

Plaut. Ps. 661: *Lassus veni de via.*

Plaut. Men. 273: *Ex mea sententia.* Truc. 964.

Plaut. Capt. prol. 48: *Commenti de sua sententia.*

Cato d. a. 157, 7: *Ubi ex multo cibo alvus non it.*

Plaut. Truc. 632: *Nam mihi de vento . . . condoluit caput.*

Plaut. Trin. 941: *E caelo?* (*exoritur*). *Atque e medio quidem.*	Plaut. Trin. 940: *Qui de caelo exoritur.*
Plaut. Poen. 202: *Mittam e ballistario.* Ba. 389. 561.	Enn. ann. 212: *Animam de corpore mitto.*

c) ut positio fiat:

Plaut. Trin. 597: *Effugiet ex urbe.*	Pomp. Bon. 70: *Erepsti primiter de pannibus.*

2. Poeta *ex* praepositione utitur,

a) ut elisio fiat:

Plaut. Capt. 482: *Unum ridiculum dictum de dictis melioribus.*	Plaut. As. 208: *Unum ex omnibus.* Men. 370. Truc. 187. frg. fab. cert. 89. — Ter. Hec. 570.
Plaut. Capt. 111: *Emi de praeda.* 453. Ep. 621.	Plaut. Capt. prol. 34: *Emit hosce e praeda.*
Plaut. Ps. 661: *Lassus veni de via.*	Plaut. Amph. 329: *Lassus sum hercle e navi.*
Terent. Ad. 362: *Hic de grege illost.*	Plaut. Aul. 206: *Neque illo quisquamst alter hodie ex paupertate parcior.*
Plaut. Ep. 597: *Quibus de signis agnoscebas.*	Plaut. Aul. 717: *Nam esse bonum e voltu cognosco.*
Plaut. Men. 163 sq.: *Ecquid tu de odore possis . . . Facere coiecturam.*	Plaut. Cas. 224: *Hanc . . . coniecturam facio magis quam ex auditis.*
Plaut. Cur. 232: *De forma novi, de colore non queo.*	Plaut. Most. 199: *Mea dicta, ex factis nosce rem.*
Plaut. Rud. prol. 75: *De navi timidae desuluerunt.*	Plaut. Rud. 173: *Desiluit . . . in terram e scapha.*
Plaut. frg. inc. 61: *Qui talis est de gnatabus suis.*	Plaut. Stich. 343: *Verum ex multis nequiorem nullum.*
Plaut. Trin. 940: *Qui de caelo exoritur.*	Plaut. Trin. 941: *Ita dico. E caelo? Atque e medio quidem* (sc. *exoritur*).
Enn. ann. 46: *Ut me de caelo visas.*	Pac. tr. 96: *Verticem, e summisque . . . prospectum aucupo* — Acc. tr. 407: *Alte ex tuto prospectum aucupo.*
vide exempla, quae sub praep. *de* X^B attuli.	Acc. tr. 501: *Principum primo ex loco.*

b) ut hiatus evitetur:

Plaut. As. 212: *de industria.* Aul. 420. Cas. 278. Ter. Andr. 795.	Plaut. Poen. 219: *Ex industria.*

C. Et *a* et *ex* praepositiones in hac coniunctione inveniuntur; poeta *ex* praepositione utitur, ut positio fiat.

Naev. com. 92: *Abeatis ab ignavia.* Plaut. Mil. 1164 sq.: *Ex hoc matrimonio Abierim.*

D. Item res se habet in praepositionibus *extra* et *praeter*; poeta *extra* praepositionem adhibet, ut elisio fieri possit.

Plaut. Mil. 1370: *Servorum praeter me ... neminem.* Plaut. Amph. 833: *Mi extra unum* — Enn. tr. 46: *Peperisti extra me.*

II.

Nonnullis locis poeta novam quandam coniunctionem, quae nusquam alibi invenitur, metri causa finxisse mihi videtur.

A. *de* pro praepositione *a* ponitur, ut hiatus evitetur:

Plaut. Ps. 1163: *Haben argentum ab homine?* Truc. 160 (bis). 419 — Ter. Haut. 835.
Plaut. Capt. 804: *Prohibete a vobis vim meam.* Ep. 289.

Terent. Phor. 364 sq.: *Agrum de nostro patre ... habebat.*

Lucil. 551: *Vim de classe prohibuit.*[1])

B. *de* pro praepositione *ex* ponitur, ut hiatus evitetur:

Plaut. Amph. 524: *Ex me primo ⟨ut⟩ prima scires.* Aul. 563. Capt. 295. 297. Cas. 643. 654. Cist. 363. 651. Cur. 257. Men. 558. 808. Most. 745 Pers. 218 (bis). Rud. 1023. 1312. Stich. 324. Trin. 518 — Terent. Haut. 411. Eun. 726. Phor. 765. Hec. 473. 873 — Pomp. Bon. 102.

Plaut. Amph. 637: *Ipsa de me scio.*

C. *ex* pro praepositione *a* ponitur, ut positio fiat.

Plaut. Pers. 39: *Rogare tu a med argentum tantum audes.* Trin. 758 — Sempr. As. 11.

Plaut. Capt. 951 sq.: *Ego ex hac statua verberea volo Erogitare.*[2])

1) De constructione verbi prohibendi cf. Abraham, **Studia Plautina** 202 sq.

2) Sine dubio etiam *ex* praepositio, quae in composito *erogitare* est, efficit, ut dicatur *erogitare ex*.

Plaut. Ba. 595: *Haud longest os ab infortunio.* Capt. 271. Cur. 117. Men. prol. 64. Merc. 894. Pers. 151. Truc. 657 — Enn. tr. 63 — Cato d. a. 105, 1 — Terent. Eun. 519 — Pomp. Bon. 45.

Plaut. Rud. 266: *Longule ex hoc loco.*

D. *ex* pro praepositione *de* ponitur, ut elisio fiat.

vide exempla, quae sub praepos. *de* VI[C] attuli.

Plaut. Amph. 570: *Quid ... tua ex re promeritus.*

E. Mihi non dubium est, quin etiam in Plauti Capt. v. 277: *Quo de genere natust illic Philocrates?* illud *de* metri causa positum sit, — semper enim dicitur: *quo, eo genere natus* — ita ut contaminata sint verba: quo de genere est et: quo genere natus est.

Index ceterorum locorum.

Ad

I.

A. 1. Plaut Ep. 248. Men. 857. Mil. 494. **1270. Pers. 605.** 764. Ps. 312. Rud. 242. 787 — **Cas. 532. Cist. 82. 105.** Men. 770. Mil. 70. Stich. 266. 267 — **Most. 1144. Rud. 410** — Ba. 527. Ep. 294. Merc. 562. 904. Pers. 576. **Poen. 646. 658.** Ps. 698. 757 (bis). 867. Rud. 1210. Truc. 114 — **Aul. 746. Ba. 773.** Cas. prol. 41. 663. Cur. 262. Men. 486. **Poen. 652. 982. Ps. 966.** Rud. 831. Stich. 293. Trin. 386. Truc. 502. 891 — **Aul. 258. 498.** Ba. 802. Capt. 855. Cur. 550. Ep. 251. 639. **Ps. 650. 1091. 1209.** Rud. 1244. Truc. 97. Vid. 85. — Truc. 112 — **Cist. 648** — **As. 680.** Merc. 248. Poen. 1223. Rud. 601 — Aul. 236 — **Rud 1043.** — Ba. 229. 1110. Cas. 672. Cist. 701. Curc. 631. Ep. 75. 130. **Men. 145.** Most. 940. 941. Pers. 235. 284. 497. 700. Poen. prol. **36. 637. 1181.** 1307. Rud. 962. Stich. 667. Trin. 613. 978. 1065 — **Amph. 759.** Cur. 144. Ep. 365. 456. Merc. 100. 667. Poen. **924. Trin. 97. Truc.** 100 —— Cato 24, 4, 6. 49, 9 —— Pac. tr. 34 —— Terent. **Haut** 583. 809. Phor. 864. Hec. 181. Ad. 970 — **Andr. 515. Hec. 184.** 466 — Phor. 862 — Eun. 755. Hec. 689 — **Andr. 639. Eun. 578.** Phor. 140 — Eun. 123 — Hec. 238 — Andr. 90. **187. Haut. 76.** Eun. 744. 745. Ad. 186. 296. 436 —— Acc. tr. 77 —— **Titin. 106** —— Pomp. Bon. 170 —— CIL I 200 XVII —— **Verbum attinendi** omittitur: Plaut. Pers. 497 —— Ter. Andr. 683 —— **Lucil. 330[a].**
2. a: Plaut. Ba. 768 — Rud. prol. 8 — **As. 799. Aul. 442. Rud.** 480. 1202. Truc. 289 — Trin. 719 — As. 304. Poen. 676 — **Ba. 578.** Cur. 145. Merc. 132 — Rud. 1010 — Poen. 479. **Stich. 236** — Ps. 1259 — As. 303 — Rud. 598 — Ba. 823 — **As. prol. 8. Most.** 160. 161. — Capt. 786. Men. 287. Truc. 648 — **Mil. 39** —— **Enn.** tr. 206 —— Cato d. a. 38, 4—7, 3. 36. 93—160 (bis) — **157, 15** —— Terent. Eun. 85. Hec. 315. Ad. 632 — **Hec. 184** — **Eun. 424** ——

Lucil. 250—917 —— Acc. tr. 33—602 —— Sext. Turp. 98 —— Afr. 170 —— Laber. 119 —— Fr. tr. ex inc. fab. 238 —— CIL I 206, 162. **b**: Plaut. Aul. 383 — Ba. 424 — As. 610. Trin. 385 — Mil. 905 — Ps. 14 —— Caec. 125 —— Terent. Haut. 995. Hec. 836 — Andr. 193 —— Titin. 110 —— Verbum attinendi omittitur: Lucil. 375.

B. 1. a: Plaut. Most. 931 — Trin. 722 — Rud. 322 (bis) — As. 206. Aul. 737 — Stich. 591 — Truc. 944 — Cist. 566 — Truc. 444 — Trin. 155 — Capt. 488. Mil. 1267 — Truc. 810 (bis) — Cur. 608. 632. Mil. 224. Rud. 626 — Cur. 376 — Cur. 60 — Cas. 597 — Cas. 614. Ep. 657. Pers. 445. Ps. 1027. Stich. 535. 623 — Mil. 590 — Truc. 249 — Ep. 35 —— Terent. Haut. 474 — Hec. 822. — Eun. 310 — Haut. 444 — Hec. 518 — Andr. 355 — Ad. 283 — Phor. 112. Ad. 586 — Ad. 910 — Haut. 739 —— Sext. Turp. 77—186 —— Metell. Num. (M. 274) —— Sis. 117 —— CIL I 205[II] 20. d. i. e. s. (Schneider) p. 80, 3. **b**) α: Naev. com. 107 — BP 23 —— Plaut. Capt. 906 — Cist. 657 — Cist. 91 — Men. prol. 30 — Rud. 372 — Amph. 1111. As. 245 — Merc. 252 — Merc. 609. Trin. 886. 947 — Ba. 723 — Aul. 235 —— Cato d. a. 93 — 157, 3 — 157, 14 —— Caec. 185 —— Terent. Eun. 742 — Ad. 715 (bis) — Phor. 921. Hec. 273 —— Sext. Turp. 174 —— Sempr. Gr. (M. 248) —— Aem. Scaur. (M. 260) —— Nov. 7 —— Sis. 65 — 55 — 59 —— Fr. tr. ex inc. fab. 140.
2. a: Plaut. Capt. 733. Poen. 1282 — Amph. 1045. As. 367. Ba. 714. Capt. 505. 574. Cist. 192. Ep. 379. Men. 450. Merc. 43. Mil. 535. Poen. 1148. Rud. 880. Stich. 533. Trin. 577 (bis) — Capt. 735. Mil. 790 — As. 852. 885. Aul. 416. Ba. 960. 1075. Cist. 635. Men. 173. 426. 561. 689. 807. 948. 952. Mil. 131. 912. 960. Poen. 174. 346. 559. 738. 781. Rud. 482. Trin. 955. 956. Truc. 408. 662. 799. 956 — As. 524 — Aul. 335 — Ba. 318. Cist. 301. Ep. 364. Mil. 96. 404. Ps. 287. Rud. prol. 44. 957 — Truc. 782 — Ba. 1052. Cist. 782. Cur. 22. Mil. 537. 1069 — Truc. 311 — Most. 675 — Pers. 72 — Amph. prol. 118 — Amph. 734. Truc. 860 — Amph. 892. Cist. 640. Mil. 229. 231. Pers. 46. 678. Ps. 795. Rud. 350. Trin. 1008. 1027 — Cist. 594 — Capt. prol. 43. Cist. 630 — Capt. 411. 496. Cas. 336. Cist. 102. 529. 722. Men. prol. 38. 617. Merc. 496. Mil. 1020. 1025. Most. 741. Pers. 659. Poen. 1061. 1276. Ps. 1157. Rud. 1018. Trin. 562 — Cur. 254. Ep. 439. Men. 907. Poen. 1417. Rud. prol. 15 — Capt. 375. Cas. 437. Cist. 527. Truc. 397 — Cas. prol. 79. Ep. 424. Ps. 1159 —— Cato d. a. 143 —— Terent. Eun. 576. Ad. 628 — Haut. 966 — Eun. 266. 538. 570. 677. 680. 686. 991 — Haut. prol. 45. 799. Phor. 150 — Haut. 657 — Phor. 572 — Hec. 743 — Eun. 663. Phor. 917. Hec. 265. 588. Ad. 236 — Hec. prol. 29 — Haut. 678 —— Lucil. 665 — 1092 —— Acc. tr. 119 —— Val. Ant. 21 —— Lut. Cat. epigr. 1 (FPR p. 275) —— Fr. com. ex inc. fab.

34—51 —— CIL I 198 XXIX, XXX. 1409II 3. **b)** α: Plaut. Mil. 712. Poen. 1282 — Amph. 691. 737. As. 251. Ba. 902. Cur. 336. Ep. 46. Men. 684. 879. Merc. 255. Mil. 89. Most. 707. 1045. Pers. 444. Poen. prol. 71. Rud. 855. 898. Trin. 798 — Men. 555 — Amph. 156 — Poen. 1153 (ter) — Most. 968. Poen. 627 — Poen. 650 — Men. 213. Rud. 295 — Capt. 831. Cur. 228. Merc. 878. Mil. 304 — Capt. 496 —— Caec. 195—257—1 —— Terent. Phor. 689 — Haut. 278 —— Lucil. 85 —— Acc. tr. 695—406 —— C. Sempr. Gr. (M. 242) —— Cael. Ant. 49 —— Pomp. Bon. 81 —— Fr. tr. ex inc. fab. 93.

Et ex hac clausularum copia et ex illa collocatione verborum, de qua antea dixi, satis clarum atque manifestum fit, Ciceronem hanc clausulam non solum forte admisisse sed consulto quaesivisse. Quid quod interdum eam ipsi clausulae A sive B praetulit. Ut exemplum afferam, Cicero in Bruto 320 *abundantia voluĭt bĕātĭŭs* aptissime potuit dicere: *bĕātĭŭs vŏlŭīt*, qua verborum duorum ultimorum traiectione clausulam B habuisset.

Denique, ut supra demonstravimus Ciceroni creticum sive molossum clausulae A praemissum in deliciis esse, ita ante clausulam D quoque si fieri potest creticum ponit. Hanc autem consecutionem syllabarum – ⏑̄ – | – ⏑ – ⏑ – casui tribui non posse sponte puto concedes.

I. Creticus invenitur ante claus. D:

Brut 11	*adferēmŭs ūllā mŏlēstĭā*	Brut 29	*intēllĕgī māxŭmē pŏtēst*
13	*līttĕraē dēlēctāvĕrīnt*	54	*contionibŭs sŭīs mītĭgāvĕrīt*
25	*ōmnĭŭm dīffĭcīllŭmām*	57	*sentēntĭā Quīntŭs Ēnnĭŭs*

Praeterea talia exempla habes his locis in Bruto: 86, 90, 96, 103, 111, 143, 147, 153 (bis), 178, 179, 207, 211, 222 (bis), 251, 253, 255 (bis), 257, 275, 280, 282, 283, 293, 296, 320, 329.

---

1) Alia exempla eiusdem generis sunt velut haec:

Brut 58 *eloquēntĭaē cērtē māxŭmā* — 60 *Nāevī prōdūcīt lōngĭŭs* 101 *dicēndī dūrĭŏr.*

Praeterea invenis in Bruto: §§ 144, 150, 164, 188, 222, 230, 241, 242, 247, 250, 251, 254, 255, 286, 290, 294, 301, 305.

II. Molossus statuendus est ante clausulam D his locis:

Brut 25 *rēbūs cōnstārĕ dīcĭtŭr* — 26 *dicēndī vīs ātquĕ cōpĭă* — 31 *exstitērūnt dōctīssĭmī vĭrī.*

Praeterea: 59, 85, 143, 144, 145, 152, 164, 277, 295.

Ex eo quod cretici 34, molossi 12 exempla enotavi, satis perspicuum fit, quanto crebrius ille usurpetur ante clausulam D quam hic.

§ 3. De choriambo disputatur.

De choriambo Cicero ipse nihil dicit, nihilominus hoc quoque numero saepius usus est, etiamsi non tam frequenter quam Demosthenes. In clausulis enim ABC interdum pro cretico choriambum posuit, ut tres novae formae oriantur.

Prima est ea, in qua choriambus ditrochaeo vel dispondeo antecedit (‒ ◡ ◡ ‒ | ‒ ◡̄ ‒ ∾), altera constat ex choriambo et trochaeo (‒ ◡ ◡ ‒ | ‒ ∾), tertia continet choriambum et creticum (‒ ◡ ◡ ‒ | ‒ ◡ ∾). Quis non primo aspectu intellegit, has clausulas e clausulis A (cretico aucta), B, C ita esse exortas, ut cretici illius, a quo incipiunt, thesis (quam interdum longam esse antea demonstravimus) soluta sit?

De hac autem re ut ne minime quidem dubitari possit, quam maximam clausularum multitudinem exscripsi.

I. Choriambus ante clausulam A [‒ ◡ ◡ ‒ | ‒ ◡̄ ‒ ∾].

Tusc I	Tusc I
2 *plūs ĕtĭām dīscĭplīnā*[1])	94 *bēstĭŏlās quāsdām nāsci* — *bēstĭŏlae rĕpĕrĭēmūr*
16 *ēssĕ mălūm cōnfĭtēmŭr*	96 *ūt sĭtĭēns ōbdūxīssĕt*
31 *animorūm tăcĭtām iūdĭcārē*	98 *sī fĭĕrī pōssĕt vĕllēm*
41 *sānguĭnĕ dēmērsă iăcĕăt*	106 *sīnt mĭsĕrōs iūdĭcārē*
55 *nōn ălĭēnā mŏvērī*	107 *naūfrăgĭō pĕrĕăt Ātrēus*
56 *ūt pĕr ĕūm vīvĕrēmŭs*	108 *hīstŏrĭā cūrĭōsŭs*
62 *dīssĭpātōs hŏmĭnēs cōngrĕgāvĭt* — *īnstĭtĭōnēs nŏtāvĭt*	

Praeterea invenis exempla in: pro lege Man: 11, 17, 27 (bis), 40, 41, 43, 46, 59, 61, 69; pro Rosc Am. 20, 22, 26, 28, 30, 32, 47, 50 (bis), 65, 72, 84, 90, 99, 100 (bis), 111, 139, 142.

---

1) Ne quid in dubitationem vocari possit, omnia ea exempla omisi, in quibus sive synaloepha sive elisio statuenda est.



II. Choriambus cum trochaeo coniungitur (– ∪ ∪ – | – ∼).

De nat. deor I

26 *īntĕrĭūs mēntē*
29 *eiūs rĕlĭquām făcĭăt*
40 *ōffĭcĭōrūm sĭt*
67 *īnnŭmĕrābĭlĭbŭs*
73 *nōn nĕgĕt āudītūm*
74 *nōn fătĕōr sōlūm*
82 *nobīs Căpĭtōlīnī*
83 *ēssĕ dĕōs făcĭmŭs*
85 *negārĕ dĕōs ēssē*
94 *nūllă sĭt ōmnīnō*

De nat. deor I

107 *ōbĭcĭtūr quaēdām*
118 *prodessēnt hŏmĭnūm vītae*
121 *carērĕ dĕūm vōltĭs*

Cat I

6 *āmplĭūs ēxspēctēs*
18 *flāgĭtĭūm sĭnĕ tē*
22 *īnvĭdĭae nōbīs*
23 *eiēctŭs ăd ălĭēnōs*
25 *nōn mŏdŏ fōrtūnā*
29 *fortitūdĭnĭs īnvĭdĭā*

Praeterea his locis:

Cat II 17, 19, 28 (bis); III 5, 10; IV 4, 19; pro P. Quinct 4, 10, 22, 27, 32, 33, 40, 43, 44, 46, 50, 51, 52, 55, 70 (ter), 80, 92 (bis), 94, 95, 98.

III. Choriambus cum cretico coniunctus est.

(– ∪∪ – | – ∪ ∼).

Brut 66 *āltĭūs ōrātĭō*
73 *aequalĭs fŭĕrĭt Līvĭūs*
94 *sēd tămĕn āstrīctĭōr*
113 *prōptĕrĕā grātĭōr*
119 *nōn ădhĭbētūr gĕnŭs*
122 *nōbĭlĭs ōrātĭō*
125 *Brūtĕ lĕgās cēnsĕō*

Brut 135 *oratiōnĭbŭs ēiūs pŏtēst*
137 *plūrĭbŭs īntēllĕgō*
150 *Sūlpĭcĭō cōgĭtāns*
155 *Serviūs săpĭēntĭssŭmē*
167 *parūm trăgĭcē trānstŭlĭt*
168 *Grātĭdĭānī pătĕr*
183 *iūdĭcĭō cōngrŭĭt*
190 *fuīssĕ prŏbātĭssĭmōs.*

Praeterea: Brut 197, 213, 291, 302, 326; Tusc II: 11, 14, 41, 46, 49; pro lege Man. 5, 6, 8, 12, 13, 22, 40, 61, 62, 65, 70; pro Rosc Am: 3, 5, 6, 9, 10, 15, 20, 23, 27, 31, 36, 55, 60, 62, 73, 76, 79, 86, 88 (bis), 90, 94 (bis), 105, 120, 122, 128, 135, 136, 148, 149, 150 (bis), 151.

Propter omnia haec exempla multaque alia, quae propter spatii brevitatem hic adnotare non poteram, stat mihi certa sententia, Ciceronem consulto interdum choriambum pro cretico admisisse. Accedit quod, nisi hoc concedimus, interdum nullam omnino clausulam statuere possumus. Velut in his exemplis

N D I 83 *ēssĕ dĕōs făcĭmŭs*

Q 22 *cognōscĕrĕ pōssĭtĭs* — 70 *inīquĭŭs Ālfēnŭs*

si clausulae formam – ⏑⏑ – ⏓ ~ non admittimus, quae alia inesse possit non video. Nam ⏑⏑ – ⏑⏑ ~ [*es*]*se deos facimus* si quis clausulam ditrochaicam esse putat, is et accentu violato refellitur et eo quod nusquam praeterea talis solutio invenitur.

§ 4. De clausulis quibusdam aliis.

Postquam igitur demonstravimus in his formis – ⏑ – | – ⏒ – ~ A, – ⏑ – – ~ B, – ⏑ – – ⏑ ~ C pro cretico priore poni posse choriambum, quaeritur, idemne valeat de clausula – ⏒ – ⏑ ~ D. Atque recte ita statui hi loci exemplo sunto.

Tusc I 88 *carērĕ quĭd ĕst mălūm* — 61 *etiām tŏlĕrābĭlēs.*

De nat. deor I 70 *falsa ōmnĭă dīcĕrĕt* — 72 *olet ĕx Ăcădēmĭă* — 76 *pulchērrĭmă dēbĕăt* — 93 *turpissimē mălĕ dīcĕrĕt* — 97 *diūtĭūs ūrgĕām.*

Off I 153 *fugiendarūmquĕ scĭēntĭă.*

Cat II 19 *in sangŭĭnĕ cīvĭūm* — IV 8 *eorum vīncŭlă rūpĕrĭt.*

pro lege Man. 10: *licēt tăcĭtē rŏgānt* — 39 *excēllĕrĕ cētĕrĭs.*

Orat 117 *disputationibūs fĭĕrī sŏlēt* — 209 *quam diū rĕtĭnēndă sĭt.*

Alia eiusmodi exempla exstant his locis: Brut 126, 158, 196, 249; pro Rosc Am. 16, 24, 29, 116, 118 (bis), 128, 153; pro P. Quinct. 19, 31, 67, 89; de invent. I 5, 9, 22, 29, 45, 49, 70, 79, 83, 84.

Longe ab his exemplis genus quoddam primo obtutu simile secernendum est quod ex forma C (– ⏑ – – ⏑ ~) potius prodiit. Fac enim in hac prioris cretici thesim impuram (longam) esse, arsim alteram solvi, iam habes hanc formam: ⏗ – ⏑⏑ ⏑ ⏗ ⏑ ~. Quae quam prope accedat ad formam illam quam modo ex D derivavimus – ⏑ ⏑ – ⏑ ~ apparet; eaedem enim sunt ultimae syllabae sex. Tamen confundi haudquaquam possunt; differunt enim accentu. Nam ut in nullo eorum quae modo attuli (velut Tusc II 16 *tot saecula permanet*) septimam quoque a fine syllabam clausulae adhibere potes accentus ratione habita (prorsus enim contra linguae Latinae ingenium pugnat hic accentus: '*tót saecúla pérmanét*') ita e contrario in nullo eorum quae iam adferam septimam excludere potes, quia exclusa ea non minus accentus Latini migrarentur. Habes igitur Rosc Am. 30:

condicionem misero ferunt;

iam in his si clausulam a sexta demum ante ultimam inceperis:

nem misero ferunt,

quantitatis quidem ita ratio habita erit, ut clausulam D videre tibi videaris, verum vis fit accentui. Quis enim homo Romanus umquam tales accentus posuit: *condicionĕm mĭsĕrĕ fĕrūnt?* At optime omnia fluunt, si inde ab *onem* incipis:

ŏnēm mĭsĕrĕ fĕrŭnt.

Atque vere nos ita rem instituisse inde quoque sequitur, quod non ita raro ionicus quoque a minori ante creticum ponitur. Velut

Off I 71 *vĭtĭō dāndūm pŭtō.*

Hic exitus nullam explicationem admittit nisi exortum eum esse statuimus ex C ⏖ ⏑ _ _ ⏑ ~.

En conspectus exemplorum. Atque primum enumerentur ea exempla, in quibus in cretici locum ionicus a maiori est substitutus.

Tusc I

1 *sempĕr iūdĭcĭūm fŭĭt*
41 *cōndĭscĭpŭlō sŭō*
42 *consērvānt hăbĭtūm sŭūm*
106 *ĕt flēbĭlĭbūs mŏdĭs*
115 *huius modī vērsĭcŭlōs dătōs*

Tusc II

33 *dīcō pătĭēntĭaē*
48 *dīcō vĕhĕmēntĭŭs*

Tusc II

62 *nostrīs āmbĭtĭōnĭbŭs*
66 *appellārī plăcĕāt mălŭm*

De nat. deor I

14 *quaestĭōnēm rĕfĕrēndă sūnt*
24 *pārs ēst ĕtĭām dĕī*
29 *deōrūm nŭmĕrō rĕfĕrt*
46 *pārtīm rătĭō dŏcĕt*
70 *cōntrā dĭălēctĭcōs*
77 *quōdām săpĭēntĭūm*

Praeterea: 84, 94; Off I 15, 23, 29, 62, 64, 76, 141, 144; Cat I 29; II 10, 23, 25; III 13; IV 2; pro Rosc Am. 11, 13, 30, 50, 70, 97, 111, 113, 126, 147, 153; pro P. Quinct. 2, 10, 23, 68; de invent I 6, 109.

Deinceps sequantur ea exempla, in quibus pro priore cretico ionicum a minori statuimus.

Off I

21 *fŭĕrānt cōmmūnĭă*
38 *ălĭtĕr cōntēndĭmŭs*
71 *vĭtĭō dāndūm pŭtō*
132 *ĕtĭām cōnvīvĭă*
159 *commŏdĭŭs sī rēs hăbĕt*

Brut

24 *stătŭām cōnsēdĭmŭs*

Brut

35 *ălĭquīd līmātĭŭs*
45 *prŏpĕ pērfēctūm tŭlĭt*
69 *ălĭquīd pērfēctĭŭs*
79 *Fĭgŭlō cōnsŭl fŭĭt*
103 *bĕnĕ dīcēndūm fŭĭt*
122 *ĕtĭām rēspōndĕām*
162 *brĕvĭs ŭt laūdātĭō*

Praeterea: 196, 197, 232 (bis), 243, 257, 273, 285, 287, 306, 310, 314, 320; pro Rosc. Am. 10, 17, 64, 76, 80, 91, 100, 113, 137, 152; pro P. Quinct. 27, 45, 50, 54, 62, 63, 86, 87; de invent I 4 (ter), 20, 26, 28, 42, 55, 57.

Restare videtur, ut has quoque clausulas, de quibus modo exposuimus, suis quamque litteris signemus. Apponemus igitur principalibus illis A B C D numerum 1 parvulum discernemusque eas

De inventione I	Pro Roscio Amerino II	Orator (cap 1—51) III
	3) clausula B_2:	
– ⏖ – – ~ = 12	– ⏖ – – ~ = 11	– ⏖ – – ~ = 9
– ⏖ ⏖ – ~ = 5	– ⏖ – ⏖ ~ = 5	– ⏖ – ⏖ ~ = 3
– ⏖ – ⏖ ~ = 5	– ⏖ ⏖ – ~ = 4	– ⏖ ⏖ – ~ = 1
	⏖ ⏖ – – ~ = 2	⏖ ⏖ – – ~ = 1
	– ⏖ ⏖ ⏖ ~ = 2	
	⏖ ⏖ ⏖ – ~ = 1	
Summa: 22	Summa: 25	Summa: 14
	4) clausula C_1:	
– ⏑ – – ⏑ ~ = 83 = 50 %	– ⏑ – – ⏑ ~ = 158 = 42,6 %	– ⏑ – – ⏑ ~ = 301 = 64,4 %
– ⏑ ⏖ – ⏑ ~ = 4	– ⏑ ⏖ – ⏑ ~ = 5	– ⏑ ⏖ – ⏑ ~ = 10
⏖ ⏑ – – ⏑ ~ = 9	⏖ ⏑ – – ⏑ ~ = 13	⏖ ⏑ – – ⏑ ~ = 29
– – – – ⏑ ~ = 58 = 33 %	– – – – ⏑ ~ = 66 = 17,8 %	– – – – ⏑ ~ = 78 = 17,7 %
⏖ – – – ⏑ ~ = 11	⏖ – – – ⏑ ~ = 12	⏖ – – – ⏑ ~ = 14
– – ⏖ – ⏑ ~ = 3	– – ⏖ – ⏑ ~ = 16	– – ⏖ – ⏑ ~ = 8
	⏖ ⏑ ⏖ – ⏑ ~ = 1	
Summa: 168	Summa: 271	Summa: 440
	5) clausula C_2:	
– ⏖ – – ⏑ ~ = 15	– ⏖ – – ⏑ ~ = 24	– ⏖ – – ⏑ ~ = 21
Summa: 15	Summa: 24	Summa: 21
	6) clausula D_1:	
– ⏑ – ⏑ ~ = 78 = 47 %	– ⏑ – ⏑ ~ = 79 = 32,5 %	– ⏑ – ⏑ ~ = 109 = 64,9 %
– – – ⏑ ~ = 76 = 46 %	– – – ⏑ ~ = 129 = 53,1 %	– – – ⏑ ~ = 43 = 25,6 %
⏖ ⏑ – ⏑ ~ = 8	⏖ – – ⏑ ~ = 30	⏖ – – ⏑ ~ = 5
⏖ – – ⏑ ~ = 2	⏖ ⏑ – ⏑ ~ = 5	⏖ ⏑ – ⏑ ~ = 11
Summa: 164	Summa: 243	Summa: 168
	7) clausula D_2:	
– ⏖ – ⏑ ~ = 12	– ⏖ – ⏑ ~ = 9	– ⏖ – ⏑ ~ = 2
Summa: 12	Summa: 9	Summa: 2

B. De pedibus clausulis A et D praemissis.

8) creticus ante clausulas A_1 A_2:

I	II	III
– ∪ – = 129 = 52,2 %	– ∪ – = 126 = 66,3 %	– ∪ – = 123 = 74 %
– – – = 104 = 42,1 %	– – – = 53 = 27,9 %	– – – = 34 = 20,5 %
– ∪ ω = 7	– ∪ ω = 6	– ∪ ω = 2
ω ∪ – = 7	ω ∪ – = 5	ω ∪ – = 7
Summa: 247 (inter 774)	Summa: 190 (inter 675)	Summa: 166 (inter 411)

9) choriambus ante claus. A_1 A_2:

I	II	III
– ω – = 26	– ω – = 20	– ω – = 14
– ω ω = 1		
Summa: 27 (inter 774)	Summa: 20 (inter 675)	Summa: 14 (inter 411)

10) creticus ante clausulam D_1:

I	II	III
– ∪ – = 25	– ∪ – = 30	– ∪ – = 28
– – – = 5	– – – = 14	– – – = 14
ω ∪ – = 2		
Summa: 32 (inter 164)	Summa: 44 (inter 243)	Summa: 42 (inter 168)

11) dactylus ante clausulas A_1 A_2

I	II	III
– ∪ ∪ = 25	– ∪ ∪ = 43	– ∪ ∪ = 14
Summa: 25 (inter 774)	Summa: 43 (inter 675)	Summa: 14 (inter 411)

tēntĭā cōmmŏrētŭr]. Alios locos eiusdem generis invenis: 140, 142, 155, 183, 191, 195, 213, 229; Off I 128, 142.

Quibus locis ex omnibus Ciceronis operibus, quot quidem perlegi, collectis duo videntur obstare, qui sunt: de invent I 83 *maximē pŏtēst īnfīrmārī* [non dixit: *maxime īnfīrmārī pŏtēst*], Off I 156: *causam ēlŏquī cōpĭōsē* [n. d: *causam cōpĭōse ēlŏquī*]. Sed utrique loco excusatio parata est. Noluit sine dubio Cicero longam vocalem aut elidere aut in hiatu ponere. Ceterum sive hanc excusationem probabis sive non probabis, lex tot exemplis confirmata duobus infringi nequit.

7) Clausulam D autem minimi fecit Cicero vel clausulae A sine cretico praemisso posthabens, id quod hoc loco videtur demonstrari:

Brut 96: *commendatione maiorum ēst ădēptŭs* [non dixit, quamquam etiam creticus antecederet: *commendatiōnĕ māiōrum ădēptŭs ēst*].

8) Clausulam B_2 non crebro opera atque studio adhibitam esse ac tum cum A_1 A_2 B_1 C_1 non minus facile poterant formari semper esse postpositam ut per se probabile est ita argumentis potest confirmari. Ut exempla afferam, iis locis qui secuntur intelleges, Ciceronem facile clausulam B_2 usurpare potuisse, dummodo voluisset. Dixit enim:

Orat 41: *debērĕ cōntēmnĕrĕ,* Cat I 1: *iactābĭt aūdācĭă,* non: *contēmnĕrĕ dēbērĕ*, neque: *audācĭă iāctābĭt.* — Idem de clausula C_2 dici poterit. Nam singulare est exemplum quale est:

Orat 135: *aut ab eodem verbo dūcĭtŭr saēpĭŭs ōrātĭō,* ubi Cicero non minus bene dicere potuit: *saēpĭŭs ōrātĭō dūcĭtŭr.*

B. De copia clausularum singularum.

Postquam igitur intelleximus, quid pretii Cicero singulis clausulis tribuerit, cum optio dabatur inter plures clausulas, nunc optimum esse mihi visum est, clausularum genera perscrutari, ut enucleetur, cum quanta sit singularum copia atque numerus tum utrum inter hos numeros eadem omni tempore intercedat ratio necne. Nam etsi Nordenus in universum demonstravit, clausulas a Cicerone iam in iuvenilibus scriptis esse adhibitas (p. 931 et 934), tamen videbatur restare quaestio, num in singulis clausularum formis adhibendis tempore progrediente variaverit. Accuratius igitur inter se comparavi usum qui est in primo de inventione rhetorica libro, in oratione pro Roscio Amerino habita, in oratoris capitibus 1—51, quae quidem scripta paginarum numero paene sibi pares sunt, quoniam 56, 49, 48 paginis Teubnerianis continentur. Cognovi Ciceronem, cum esset adulescens, nondum fuisse exercitatissimum in clausulis adhibendis, dicreticumque quin etiam creticum multo rarius in prioribus quam in posterioribus libris inveniri. Quod quidem valet maxime de illis libris, quos Cicero scripsit de inventione rhetorica. In orationibus

vero et pro P. Quinctio et pro R. Amerino habitis creticus solus cum trochaeo sequenti ac dicreticus iam multo frequentiores sunt.

Ut autem plane cognoscas, quantopere Cicero profecerit in clausulis variandis creticoque usurpando, ea quae e tribus illis scriptis collegi tabulis comprehendi, quas iam tibi propono propositasque explanaturus sum.

I

1) claus.	$A_1 A_2$		774	= 53 %
2) „	B_1	304	326	= 22,4 %
3) „	B_2	22		
4) „	C_1	168	183	= 12,5 %
5) „	C_2	15		
6) „	D_1	164	176	= 12,1 %
7) „	D_2	12		
	Summa:		1459	= 100 %

II

1) claus.	$A_1 A_2$		675	= 43,1 %
2) „	B_1	317	342	= 22 %
3) „	B_2	25		
4) „	C_1	271	295	= 18,8 %
5) „	C_2	24		
6) „	D_1	243	252	= 16,1 %
7) „	D_2	9		
	Summa:		1564	= 100 %

III

1) claus.	$A_1 A_2$		411	= 28,9 %
2) „	B_1	364	378	= 26,7 %
3) „	B_2	14		
4) „	C_1	440	461	= 32,4 %
5) „	C_2	21		
6) „	D_1	168	170	= 12 %
7) „	D_2	2		
	Summa:		1420	= 100 %

A. De singulis singularum clausularum formis.

1) clausulae A_1 A_2:

I			II			III		
– ⏑ – ~	457	= 54 %	– ⏑ – ~	361	= 53,4 %	– ⏑ – ~	285	= 69,3 %
– – – ~	208	= 26 %	– – – ~	171	= 25,3 %	– – – ~	78	= 19 %
⏑⏑ ⏑ – ~	13		⏑⏑ ⏑ – ~	26		⏑⏑ ⏑ – ~	14	
– ⏑ ⏑⏑ ~	38		– ⏑ ⏑⏑ ~	30		– ⏑ ⏑⏑ ~	17	
– – ⏑⏑ ~	50		– – ⏑⏑ ~	48		– – ⏑⏑ ~	16	
⏑⏑ – ⏑⏑ ~	7		⏑⏑ – – ~	24		⏑⏑ – – ~	1	
⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ~	1		⏑⏑ – ⏑⏑ ~	13				
			⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ~	2				
Summa:	774		Summa:	675		Summa:	411	

2) clausula B_1:

I			II			III		
– ⏑ – – ~	206	= 67 %	– ⏑ – – ~	195	= 61,5 %	– ⏑ – – ~	211	= 58 %
⏑⏑ ⏑ – – ~	24		⏑⏑ ⏑ – – ~	18		⏑⏑ ⏑ – – ~	51	
– ⏑ ⏑⏑ – ~	31		– ⏑ ⏑⏑ – ~	35		– ⏑ ⏑⏑ – ~	54	= 14,9 %
– ⏑ – ⏑⏑ ~	32		– ⏑ – ⏑⏑ ~	59	= 18,6 %	– ⏑ – ⏑⏑ ~	40	
⏑⏑ ⏑ – ⏑⏑ ~	9		⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ – ~	5		⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ – ~	7	
⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ – ~	2		⏑⏑ ⏑ – ⏑⏑ ~	3		⏑⏑ ⏑ – ⏑⏑ ~	1	
			– ⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ~	2				
Summa:	304		Summa:	317		Summa:	364	

De inventione I	Pro Roscio Amerino II	Orator (cap 1—51) III
	3) clausula B_2:	
– ω – – ∼ = 12	– ω – – ∼ = 11	– ω – – ∼ = 9
– ω ω – ∼ = 5	– ω – ω ∼ = 5	– ω – ω ∼ = 3
– ω – ω ∼ = 5	– ω ω – ∼ = 4	– ω ω – ∼ = 1
	ω ω – – ∼ = 2	ω ω – – ∼ = 1
	– ω ω ω ∼ = 2	
	ω ω ω – ∼ = 1	
Summa: 22	Summa: 25	Summa: 14
	4) clausula C_1:	
– ∪ – – ∪ ∼ = 83 = 50 %	– ∪ – – ∪ ∼ = 158 = 42,6 %	– ∪ – – ∪ ∼ = 301 = 64,4 %
– ∪ ω – ∪ ∼ = 4	– ∪ ω – ∪ ∼ = 5	– ∪ ω – ∪ ∼ = 10
ω ∪ – – ∪ ∼ = 9	ω ∪ – – ∪ ∼ = 13	ω ∪ – – ∪ ∼ = 29
– – – – ∪ ∼ = 58 = 33 %	– – – – ∪ ∼ = 66 = 17,8 %	– – – – ∪ ∼ = 78 = 17,7 %
ω – – – ∪ ∼ = 11	ω – – – ∪ ∼ = 12	ω – – – ∪ ∼ = 14
– – ω – ∪ ∼ = 3	– – ω – ∪ ∼ = 16	– – ω – ∪ ∼ = 8
	ω ∪ ω – ∪ ∼ = 1	
Summa: 168	Summa: 271	Summa: 440
	5) clausula C_2:	
– ω – – ∪ ∼ = 15	– ω – – ∪ ∼ = 24	– ω – – ∪ ∼ = 21
Summa: 15	Summa: 24	Summa: 21
	6) clausula D_1:	
– ∪ – ∪ ∼ = 78 = 47 %	– ∪ – ∪ ∼ = 79 = 32,5 %	– ∪ – ∪ ∼ = 109 = 64,9 %
– – – ∪ ∼ = 76 = 46 %	– – – ∪ ∼ = 129 = 53,1 %	– – – ∪ ∼ = 43 = 25,6 %
ω ∪ – ∪ ∼ = 8	ω – – ∪ ∼ = 30	ω – – ∪ ∼ = 5
ω – – ∪ ∼ = 2	ω ∪ – ∪ ∼ = 5	ω ∪ – ∪ ∼ = 11
Summa: 164	Summa: 243	Summa: 168
	7) clausula D_2:	
	[illegible] ∼ = 2	– ω – ∪ ∼ = 2

B. De pedibus clausulis A et D praemissis.

8) creticus ante clausulas A_1 A_2:

I	II	III
– ⏑ – = 129 = 52,2 %	– ⏑ – = 126 = 66,3 %	– ⏑ – = 123 = 74 %
– – – = 104 = 42,1 %	– – – = 53 = 27,9 %	– – – = 34 = 20,5 %
– ⏑ ⏑⏑ = 7	– ⏑ ⏑⏑ = 6	– ⏑ ⏑⏑ = 2
⏑⏑ ⏑ – = 7	⏑⏑ ⏑ – = 5	⏑⏑ ⏑ – = 7
Summa: 247 (inter 774)	Summa: 190 (inter 675)	Summa: 166 (inter 411)

9) choriambus ante claus. A_1 A_2:

I	II	III
– ⏑⏑ – = 26	– ⏑⏑ – = 20	– ⏑⏑ – = 14
– ⏑⏑ ⏑⏑ = 1		
Summa: 27 (inter 774)	Summa: 20 (inter 675)	Summa: 14 (inter 411)

10) creticus ante clausulam D_1:

I	II	III
– ⏑ – = 25	– ⏑ – = 30	– ⏑ – = 28
– – – = 5	– – – = 14	– – – = 14
⏑⏑ ⏑ – = 2		
Summa: 32 (inter 164)	Summa: 44 (inter 243)	Summa: 42 (inter 168)

11) dactylus ante clausulas A_1 A_2

I	II	III
– ⏑ ⏑ = 25	– ⏑ ⏑ = 43	– ⏑ ⏑ = 14
Summa: 25 (inter 774)	Summa: 43 (inter 675)	Summa: 14 (inter 411)

Tabula universalis A:

	De invent. I	pro Rosc. Am.	Orat. (cap. 1—51)
Clausulae A_1 A_2	53 %	43,1 %	28,9 %
„ B_1 B_2	22,4 %	22 %	26,7 %
„ C_1 C_2	12,5 %	18,8 %	32,4 %
„ D_1 D_2	12,1 %	16,1 %	12 %
Summae summarum:	100 %	100 %	100 %

Tabula universalis B:

	De invent. I	pro Rosc. Am.	Orat. (cap. 1—51)
A – ᴗ – ~	54 %	53,4 %	69,8 %
– – – ~	26 %	25,3 %	19 %
B – ᴗ – – ~	67 %	61,5 %	58 %
C – ᴗ – – ᴗ ~	50 %	42,6 %	64,4 %
– – – – ᴗ ~	33 %	17,8 %	17,7 %
D – ᴗ – ᴗ ~	47 %	32,5 %	64,9 %
– – – ᴗ ~	46 %	53,1 %	25,6 %

Tabula universalis C:

1) creticus clausulis A_1 A_2 praemissus:

De invent. I		pro Rosc. Am.		Orat. (cap. 1—51)
247		190		166
41 %	+	31,5 %	+	27,5 % = 100 %

2) choriambus clausulis A_1 A_2 praemissus:

De invent. I		pro Rosc. Am.		Orat. (cap. 1—51)
27		20		14
44,3 %	+	32,8 %	+	22,9 % = 100 %

3) creticus clausulae D_1 praemissus:

De invent. I		pro Rosc. Am.		Orat. (cap. 1—51)
32		44		42
27,1 %	+	37,3 %	+	35,6 % = 100 %

4) dactylus clausulis A_1 A_2 praemissus:

De invent. I		pro Rosc. Am.		Orat. (cap. 1—51)
25		43		14
30,5 %	+	52,4 %	+	17,1 % = 100 %

Tabulas si quis attentiore oculo perlustraverit, videbit ditrochaeum ab 53 %, usque ad 43,1 % et postremum ad 28,9 % decrescere, clausulam B_1 aliquanto esse auctam, quoniam in oratore quarta pars clausularum omnium videtur esse, in primo de inventione

rhetorica libro quinta. Omnium autem clausularum maxime clausula C_1 increvit. Dicreticus enim cum in primo de inventione libro octavam partem clausularum expleret, in oratore iam ad triplicem usque numerum est adauctus. Clausulae autem B_1 B_2 et C_1 C_2 si utriusque copiam in summam redegeris, in primo de inventione rhetorica libro tertiam partem omnium clausularum explebant, in oratore autem aliquanto maior pars quam dimidia illis clausulis continetur, ut ex hac re non immerito concludendum sit, Ciceronem totius clausularum seriei creticum fecisse fundamentum, immo dicreticum. Clausula D_1 non increvit, clausulae B_2 C_2 D_2 non frequentius usurpari solent.

Sed etiam aliud quiddam ex tabulis illis discimus. Primo enim obtutu ex tabula B intellegis, Ciceronem magis magisque id egisse, ut puros trochaeos creticosque, non spondeos molossosve formaret. Habes igitur, ut exemplum afferam, in libro de inventione scripto 54% puros ditrochaeos et 50% puros dicreticos, in oratore 69,3% ditrochaeos et 64,4% dicreticos mera thesi formatos.

Dispondei vero et dipodia illa trochaica hypercatalecta, si eius prima thesis longa est, ab 26% et 46% usque 19% et 25,6% decreverunt. Iamvero creticus et molossus, qui clausulis A_1 A_2 solent anteire, cum in primo de inventione libro inveniantur creberrime, valde decrescunt, ut in oratore tertia locorum parte sunt minutae. Non aliter de choriambo ante ditrochaeum vel dispondeum res se habet. Contra creticorum vel molossorum multitudo, qui clausulae D_1 solent antecedere, non minuta sed tertia fere parte adaucta videtur esse.

Quod quidem valet de iis scriptis, de quibus supra dixi. In universum autem possum dicere, inter omnia Ciceronis scripta, si orationes pro Roscio Amerino et pro P. Quinctio habitas librosque illos de inventione scriptos atque epistulas eximas, ne minimam quidem differentiam videri exstare, neque enim hoc vel illud scriptum magis numerosum est sed omnia cadere videntur pariter iucunde atque numerose.

Caput III.

De caesuris agitur.

In quarto capite demonstrare volumus, quae verborum formae ad clausulas efficiendas maxime idoneae fuerint. Id vero ut quam optime possimus, antea ostendere debemus, quas caesuras in clausulis Cicero adhibere soleat. Capita enim pauca libri Ciceroniani cuiuslibet perlegens ubi ad clausulas animum attenderis, mox videbis, partem haud ita magnam clausularum, imprimis si clausulam A exemeris, ex uno vocabulo constare, sed plerasque ex pluribus. Qua re incisiones quaedam oriuntur in clausulis ipsis. Sed ut in versibus fit, non omnes

eiusmodi incisiones pariter adamat Cicero, sed alias spernit, alias iterum iterumque adhibet. Itaque demonstrabo et post quas syllabas omnino incisio oriri possit et quae incisiones saepius vel saepissime redeant. Profectus autem sum a Ciceronis oratore (c. 1—51). Clausulas B_2 C_2 D_1 D_2 quia minorem auctoritatem habent, omisi aliarumque eas tantum elegi, quae formatae sunt e longis syllabis non solutis quarumque theses sunt purae. Dico has formas: – ∪ – ∪, – – – –, – ∪ – – ∪, – ∪ – – ∪ –.

§ 1. De clausula A.

Duo genera huius clausulae discernamus, ditrochaeum (A_1) et dispondeum (A_2) dico. Illius generis e capitibus illis 51 enotavi 284 clausulas, huius 78. Spectemus nunc primum ditrochaeum, postea dispondeum. Habemus autem has incisiones:

A_1:		A_2:	
– ∪ – ∼	= 135es	– – – ∼	= 37es
– ¦ ∪ – ∼	= 90es	– ‖ – – ∼	= 24es
– ∪ ¦ – ∼	= 44es	– – ‖ – ∼	= 11es
– ∪ – ¦ ∼	= 11es	– ‖ – – ‖ ∼	= 5es
– ‖ ∪ – ‖ ∼	= 3es	– – – ‖ ∼	= 1es
– ‖ ∪ ¦ – ∼	= 1es		
Summa:	284	Summa:	78.

Vides igitur primum ditrochaeos meros quattuor partes clausularum A_1 A_2 explere, dispondeum quintam. Tum in numero ditrochaeorum paene dimidia pars constat ex uno vocabulo. Incisio praecipua post priorem arsin stare videtur, multo rarius post priorem thesin. Dispondeorum quoque omnium dimidia pars constat ex una voce. Hic quoque post priorem arsin saepius incisio exstat, rarius post thesin priorem.

§ 2. De clausula B_1.

In hac clausula numerus eorum verborum, quae per se ipsa clausulam explent, multo minor est quam in clausulis A_1 A_2, id quod natura clausulae ipsa fert. Quaenam sint illae formae, videbimus in paragrapho peculiari. Clausulas A_1 A_2 perraro vidimus duobus locis incidi, in hac autem, utpote quae longior sit, duae caesurae sunt multo crebriores. Unum exstat exemplum, quod etiam tres incisiones ostendat. Habemus igitur:

– ∪ – – ∼	= 11es	– ∪ – ‖ – ‖ ∼	= 2es
– ¦ ∪ – – ∼	= 25es	– ∪ ‖ – ‖ – ∼	= 21es
– ∪ ¦ – – ∼	= 108es	– ‖ ∪ – ‖ – ∼	= 9es
– ∪ – – ‖ ∼	= 4es	– ‖ ∪ ‖ – – ∼	= 8es
– ∪ – ¦ – ∼	= 21es	– ‖ ∪ – – ‖ ∼	= 4es
		– ∪ ‖ – – ‖ ∼	= 3es
Summa:	169	Summa:	47

– ¦ ∪ ¦ – – ‖ ∼ = 1.

Si omnia exempla in summam redegeris, invenies (inter omnes incisiones 217 = 100%) caesuram post

priorem trochaeum	132es	=	60,8 %
priorem creticum	23es	=	10,6 %
primam arsin	39es	=	18 %
Summa summarum	194	=	89,4 %

Intellegimus confestim, incisiones post primum trochaeum, id est post priorem thesin esse creberrimas et cum hac comparatas incisiones post primam longam syllabam et post creticum multo cedere numero. Etiam si contemplamur multitudinem eorum locorum, quibus duae incisiones existunt, videmus, alteram saepissime effici post trochaeum, post creticum alteram. Ceterae sectiones vix dignae in quas accuratius inquiratur. Nam e tribus vocabulis non raro Ciceronem hanc clausulam composuisse quivis etiam non monitus videt.

§ 3. De clausula C_1.

Nunc ad caesuras in dicretico constituendas transeamus. Omnes clausulae, quas enotavi, numero sunt 299, quarum ex quinque partibus tres fere praebent unam incisionem, aliquanto maior pars quam tertia habet duas sectiones, minima tres. Hic quoque brevi post videbis principalem esse caesuram post primum trochaeum, minus in usu esse caesuram post priorem creticum. Minimum numerum exstare earum clausularum, quae ex una voce constent, vix commemorari necesse est. Sed hoc mihi dignum videtur quod proferam. Undecim enim clausulae nisi quattuor vocabulis formari non poterant. Habemus igitur:

I		II		III	
– ◡ – – ◡ ∼ =	1es	–‖◡ –‖– ◡ ∼ =	24es	–‖◡‖– –‖◡ ∼ =	3es
–‖◡ – – ◡ ∼ =	8es	–‖◡ – – ◡‖∼ =	1es	– ◡‖–‖– ◡‖∼ =	1es
– ◡ –‖– ◡ ∼ =	50es	– ◡‖– – ◡‖∼ =	3es	–‖◡ –‖–‖◡ ∼ =	2es
– ◡‖– – ◡ ∼ =	100es	– ◡ –‖–‖◡ ∼ =	2es	–‖◡‖–‖– ◡ ∼ =	1es
– ◡ – –‖◡ ∼ =	19es	– ◡‖– –‖◡ ∼ =	11es	–‖◡ –‖– ◡‖∼ =	1es
		–‖◡‖– – ◡ ∼ =	10es	– ◡‖–‖–‖◡ ∼ =	3es
		– ◡ –‖– ◡‖∼ =	2es		
		– ◡‖–‖– ◡ ∼ =	36es		
		–‖◡ – –‖◡ ∼ =	21es		
Summa: 178		Summa 110		Summa 11	

Vides in dicretico non minus quam in clausula B_1 longe frequentissimam omnium caesurarum inveniri post priorem trochaeum, tum vero illam caesuram post creticum satis multum valere.

Si omnia in summam redegerimus, habebimus caesuram:

post priorem trochaeum	154es	= 51,5 %
post priorem creticum	54es	= 18 %

Summa summarum: 208 (inter 299 = 100 %) = 69,5 %.

Caput IV.

Quomodo Cicero clausulas formare studuerit.

Constat, id quod iam veteres[1]) non sine reprehensione animadverterunt, Ciceronem, ut ubique clausulam *ēssĕ vĭdētūr* abominabatur, ita hanc verborum coniunctionem *ēssĕ vĭdĕātūr* tantopere adamasse, ut eam sescenties in exitu sententiarum posuerit. Nempe quandoquidem ei propositum erat omnia orationis membra clausulis ardornare, aut, si ubique variare voluisset, nimium temporis novis novisque clausulis inveniendis inpendere debebat aut iterum iterumque adhibere, quae ita comparata erant, ut cuivis fere sententiae sine sensus detrimento adici possent. Quod periculum eo minus evitare poterat orator ubi ex tempore loquebatur. Ibi enim eum certas quasdam formulas, quae clausulam efficiebant, praesto habere debuisse, quas diuturno usu edidicerat, velut nostris poetis, qui ex tempore scribunt, nonnulla homoeoteleuta sponte se offerunt, apparet. Id revera ita fuisse demonstrabo, immo docebo, multa eius generis ita inveterasse, ut praeter illud *ēssĕ vĭdĕātūr* sescenta alia eius generis non minore reprehensione digna, si quidem reprehensione digna sunt, in clausulis Ciceronianis inveniamus.

Discernamus vero:

I Voces verborumque formas, quae per se ipsae clausulam explent.

II Formas, quae ad clausulas efficiendas aliis verbis adiectis indigent.

III In fine denique huius capitis seriem exemplorum congeram, ex quibus eluceat, quam saepe et quam μηχανικῶς (ut nostro potius quam graeco verbo utar) Cicero eis verborum formis, quas aptas esse cognoverat, in clausulis usus sit.

I.

§ 1. Clausulae A_1 A_2.

Priusquam incipio docere, quibus adiumentis vel instrumentis, ut clausulas formaret quam saepissime Cicero sit usus, non abs re videtur quaerere, quae voces verborumque formae ipsa linguae natura ita fuerint formatae, ut nullo alio addito vel praemisso clausulam efficerent. Cuius generis vocabula praecipue sunt haec:

I. clausula A_1.

a) Infinitivi praes. act. et pass. coniugationis I, II, IV; velut: T I 18 *pērmănērĕ*, 22 *prōvĭdērĕ*, 24 (Or 105)[2]) *pērvĕnīrĕ*, ibi-

1) Cf. Quintil. inst. orat. IX 4, 73; Tacit. dial. de orat. 23.
2) Brevitatis causa eos locos, quibus exemplum, quod affero, item invenitur, uncis includam.



dem (Or 31) *cōgĭtārĕ*, 25 (79) *īntĕrīrĕ*, 31 *iūdĭcārĕ*, *pērtĭnērĕ*, 40 *ōbtĭnērĕ*, 59 *exīstĭmārĕ*. Alios infinitivos eiusdem generis invenis: T I 74, 81, 86, 90, 98; Or 27, 63, 74, 91, 97. Huius generis infinitivos praes. pass. habes: T I 18, 48; Or 4, 10, 36; R A 47, 110, 123, 140, 145.

Quae omnia verba infinitivo praesentis adhibita clausulam nulla opera efficiunt. Sed aliae quoque formae ex his derivatae clausulam explent. Quas ut optime ante oculos ponam, paradigmata quaedam eligam, quorum omnes formas ad clausulam A_1 idoneas formabo. Quae sunt velut verborum *nominandi*, *commovendi*, *erudiendi*.

1) in activo:

Nomin-amus, atis, emus, etis, abam, abas, abat, abant, arem, ares, aret, arent, abo, abis, abit, abunt, avi, avit, ate, ato, anto.

Commov-emus, etis, ebam, ebas, ebat, ebant, erem, eres, eret, erent, ebo, ebis, ebit, ebunt, ete, eto, ento.

Erud-imus, itis, irem, ires, iret, irent, ivi, ivit, ite, ito.

2) in passivo.

Nomin-aris, atur, amur, antur, eris, etur, emur, entur, abar, arer, abor, atus, are, antor, andus, andi, ando, andum.

Commov-eris, etur, emur, entur, ebar, erer, ebor, ere, entor, endus, endi, endo.

Erud-iris, itur, imur, irer, itus, ire, itor.

Videmus igitur maxime verba coniugationis primae esse idonea ad efficiendam clausulam A_1. Sed etiam ex multis verbis aliter formatis velut *diligere consequi sentire* clausulas facillime potes formare. Habes enim:

Dilig-amus, ebam, ebas, ebat, ebant, emus, unto, untur, amur, antur, ebar.

Consequ-untur, aris, atur, amur, antur, ebar, emur, entur, untor.

Senti-amus, atis, ebam, ebas, ebat, ebant, emus, etis, amur, antur, ebar, untor, endi, endo, endum.

b) Neque non ditrochaeum efficit magnus numerus substantivorum vel in nominativo vel in casibus quibusdam obliquis adhibitorum. Cuius generis sunt veluti *fortitudo disciplin-a, ae, am, is, as.* Accedunt casus obliqui substantivorum omnium, quae ante suffixum *-tio* longam habent syllabam. Ex hoc genere sunt cum singula multa velut *quaestio histrio actio*, tum ea omnia quae a verbis coniugationis primae descendunt velut *iactatio legatio commentatio*. Denique eandem formam metricam habent casus obliqui substantivorum in *as(atis)* cadentium velut *civitas suavitas antiquitas*, multa alia.

Postquam in universum exposui, quae verborum substantivorumque formae ita sint constitutae, ut efficiant ditrochaeos, non spondeos,

quos quidem separatim paulo post tractabo, optimum esse putaverim, variarum formarum locos ex scriptis Ciceronis ipsis quibusdam proferre. Quorum enotavi hosce:

1) Indicativi praes. impf. fut I. act.

T I 7 *dīspŭtābăm*, 17 *ĕxplĭcābŏ*, 55 *ĕxplĭcābŭnt*, 75 *ădvŏcāmŭs*, 78 *prōvĭdēbŏ*, 91 *pērtĭnēbĭt*. Praeterea: T I 98, 112; Or 9, 50, 52, 60, 85, 125, 158, 161. Verborum formae tertiae coniugationis sunt: T I 42 *cōncălēscŭnt*, 106 *ĕxtĭmēscĭt*.

2) Coniunctivi praes. impf. plusqpf. act.

Or 39 *īncĭdīssĕt*, 52 *īndĭcārĕm*, 77 *ĕxĭmāmŭs*, 98 *cōgĭtārĕt*, 107 *cōnquĭēscānt*. Praeterea: Or 108, 112, 113, 148, 158, 161; T I 1, 21, 47, 56, 86, 96, 97, 98.

3) I et III pers. sing. perf. act.

Or 99 *tēmpĕrāvĭt*, 120 *cōnlĭgāvĭt*, 173 *cōllŏcāvĭt*. Praeterea: T I 7, 48, 58, 62, 63, 64, 85, 117.

4) III pers. plur. perf. act.

T I 3 (Or 40) *ĕxstĭtērŭnt*, 4 (Or 20) *flōrŭērŭnt*, 9 *ōccĭdērŭnt*, 29 *prōdĭdērŭnt*, 99 *crēdĭdērŭnt*, 116 *dēfŭērŭnt*. Praeterea: Or 39, 41, 66, 158.

5) Infinitivi perf. act.

T I 39 *āttŭlīssĕ*; Or 12 *ĕxstĭtīssĕ*, 40 *nōlŭīssĕ*. Praeterea: R A 39, 44, 74, 106.

6) Indicativi praes. impf. fut. I pass.

Or 14 *intēllĕgētŭr*, 37 *nōmĭnātŭr*, 41 *aūgŭrātŭr*, 55 *cōmmŏvēntŭr*, 92, 93 *trāfĕrŭntŭr*. Praeterea: Or 128, 130, 169; T I 4, 16, 30, 32, 95, 103, 106, 107, 113, 116.

7) Coniunctivi praes. et impf. pass.

T I 30 *ărbĭtrētŭr*, 55 *dēsĕrātŭr*, 91 *cōnsĕquātŭr*, 109 *ĕxpĕtātŭr*. Praeterea: T I 5, 8, 23, 79, 90, 118; Or 8, 10, 23, 29, 30, 38, 41, 63, 103, 132, 133, 160.

8) Participia perf. pass.

T II 10 (I 1) *lībĕrātŭs*, 51 *ābsŏlūtă*, 11 (I 118) *cōnstĭtūtŭs*. Alia exempla huius generis: T I 5, 6, 14, 45, 46, 53, 111.

9) Gerundia, gerundiva, supina.

T II 2 *līberāndŭm*, 5 *ĕxpĕtēndaĕ*, 55 *prōvĭdēndŭm*. Praeterea: T I 2, 3, 8, 38, 69.

10) Substantiva.

T II 4 (Or 4) *dīscĭplīnīs*, 7 *dīscĭplīnā*, 12 *iactātĭōnē*, 15 *antīquĭtātē*. Alia exempla: T II 41, 56, 43, 26; Or 14, 37, 54, 56, 57, 59, 68, 74, 90, 94, 95, 111, 112, 122, 134, 135, 167.

II. clausula A_2.

Usque adhuc clausularum A ditrochaeos tantum perscrutatus sum. Nunc tempus erit etiam de dispondeis nonnulla verba facere. In universum perpaucis de hac re absolvere possum sententiam. Permulta enim verba exstant, quorum infinitivus praebeat dispondeum. Cuius generis sunt velut haec: *dēmōnstrārē* J I 24, *īnfīrmārī* J 78, *ēxpēctārē* J I 102, *āppēllārē* B 18 A II 5, *cōnsērvārē* O I 82, *pērtūrbārē* A II 87, multa alia. His igitur verbis si adiunxeris eos exitus, quos supra enumeravimus (p. 603), semper fere habebis dispondeum ut haec docebunt exempla: T I 16 *intērpēllābō*, 17 *rēspōndēbīs*, 24 *ēxstīnguētūr*, *dīssōlvētūr*, 54 *nāncīscātūr*, 57 *īntrāvīssēt*, 61 *īnfūndāntūr*, 72 *sērvāvīssēnt*, 81 *dīxīssēmūs*. Noli autem oblivisci in aliis verbis, quorum stirps si praesenti tempore adhibentur, brevem vocalem continet, eam produci si perfective adhibentur, ut hinc quoque similes formae nascantur velut T I 72 *cōncēpīssēnt*. Alia exempla inveniuntur: T I 3, 7, 84, 85, 86, 89, 92, 96, 98, 102, 109, 113, 114; II 46.

§ 2. Clausula B_1.

Ad hanc quoque clausulam efficiendam nominum verborumque formae quaedam per se sufficiunt. Sumamus velut verbum iudicandi vel aliud quoddam ita formatum. Cuius possunt multae formae fingi ad clausulam B_1 efficiendam aptae. Haec fere sunt:

Iudica-bamus, *batis*, *remus*, *retis*, *verunt*, *vissem*, *visses*, *visset*, *vissent*, *baris*, *batur*, *bamur*, *bantur*, *remur*, *rentur*. Vel ut alius verbi alicuius formas exempli gratia afferamus, habe tibi has:

Asseque-baris, *batur*, *bamur*, *bantur*; *concupi-verunt*, *vissem*, *visses*, *visset*, *vissent*; *intere-merunt*, *missem*, *misses*, *misset*, *missent*, aliae.

Primo aspectu elucet his verbis tum semper effici clausulam, cum stirpem, quae in trochaeum cadit, exitus ille trochaicus cum vocali longa copulativa sequitur, vel si velut ad praepositionem *inter* verbi simplicis forma quaedam talis _ _ ◡ adiungitur. Quarum clausularum enotavi haec exempla: Or 4 *cōncŭpīvērūnt*; B 86 *nūntĭāvīssēnt*; O 70 *accōmmŏdāvērūnt*, 112: *īntĕrēmīssēnt*, *rōbŏrāvīssēt*; 148: *āssĕquēbāntūr*.

Verborum numerus, quae infinitivo nostram clausulam perficiunt, est minimus. Talia verba sunt: *elaborare*, *administrare*. Ad quarum stirpem nihil nisi exitus trochaicus addendus est et habes confestim clausulam, velut:

administra-bant J I 2, *-rent* Off I 92, *-tur* (bis) J I 59, *-ntur* J I 59 ‖ J I 7 *subministravit* ‖ *elabora-vit* Or 98, *-ret* Off I 3.

Praesertim formarum gerundivarum et nominativus et casus obliqui adhiberi possunt, id quod haec docebunt exempla:

O I 81, 159 *āntĕpōnēndă,* 109 *vĭtŭpĕrāndārŭm,* 142 *cōllŏcāndārŭm.*

Perraro inveniuntur substantivorum quorundam formae ut haec est:

O I 150 *faēnĕrātōrŭm.*

§ 3. Clausula C_1.

Iam ut ad clausulam C_1 transeamus, recordare quaeso verborum, qualia supra attulimus (p. 605/6), velut: *elaborare.* Cuius plures formas fingere potes plenum perficientes dicreticum. Habes enim in activo: *ēlăbōrā-bimus, bitis, vimus, verim, veris. verint, veram, veras. verat, verant. vero. veris. verit, verint.* In passivo habemus: *ēlăbōrāmini, beris, bitur, bimur.*

Maxime autem ea adiectiva sunt idonea ad efficiendum dicreticum, quae in nominativo praebent vel creticum vel ditrochaeum, si eorum finxeris gradum superlativum. Habes enim positivum *diligens* et superlativum *diligentissimus. usitatus* et *usitatissimus.* Ut intellegas Ciceronem non nunquam usum esse talibus formis, infra nonnullos locos exarabo.

Verba: Off I 114 *ēlăbōrābĭmŭs.*

Superlativi: B 148 *ēlĕgāntīssĭm-ŭs.* 252 *-ĕ*; 160, 186 *ēlŏquēntīssĭmŭs*; 238 *dīlĭgēntissĭmŭs*; A II 70: *impŭdīcissĭmŭs,* B 44: *rĕlĭgĭōsissĭmŭm,* C II 18 *inpŭdēntissĭmă,* Or 85 *ūsĭtātissĭmŭs,* 99 *cōpĭōsīssĭmŭs.* R A 119 *infēlīcissĭmō.*

Adiectivorum positivo gradu adhibitorum atque substantivorum non multas invenies formas. Posse tamen inveniri demonstratur his locis:

J I 54, 70, 71: *ārgŭmēntātĭō,* T II 57: *ēlāmēntābĭlĭs,* R A 55 *āccūsātōrĭbŭs.*

II.

Postquam igitur demonstravimus, quorum vocabulorum ambitus eiusmodi erat, ut iis solis iusta clausula expleatur — vidimus autem maximam partem ditrochaica esse, dicretica multo rarius inveniri —, iam, si placet, anquiramus, quae vocabula ita comparata sint, ut una syllaba vel paucis tantum praemissis opus sit ad clausulam explendam. Quam quaestionem si bene diiudicare velis, memoria teneas oportet, quae antea de clausularum caesuris diximus. Ac satis erit de iis clausulis dixisse, quae una caesura dissecantur, quoniam reliquae pauciores sunt numero, quam de quibus aut certi quicquam statui possit aut ad quas explendas Ciceronem certas quasdam ver-

borum formas iterum iterumque recurrentes elegisse et edidicisse credamus.

Iam igitur quoniam diximus, clausulam A (– ⏑̄ – ⏓) saepissime post primam syllabam incidi, sequitur ut quaeramus quibusnam formis Cicero commodissime uti potuerit, ut reliquas tres syllabas ⏓ – ⏓ expleret. Tales enim formae si ei praesto erant, iam nulla alia re praeterea opus erat nisi praemissa longa aliqua syllaba, quales semper undique suppetebant.

Alteram caesuram in clausula A frequentissimam eam esse diximus, quae inter utrumque trochaeum locum habet. Igitur oratori trochaeorum quoque copia praesto esse debebat, qua facillime aut priorem aut posteriorem pedem, prout res ferebat, expleret.

Eaedem caesurae inveniuntur in clausula B_1. Etenim hanc quoque aut post arsin primam (–|⏑ – – ⏓) aut post trochaeum primum (– ⏑|– – ⏓) incidi diximus. Illud si fit, oratori inveniendum est verbum, quod antispastum mensura exaequet; hanc caesuram si adhibet, trochaeum, de cuius inventione propter clausulam A quoque quaerendum esse vidimus, sequitur – – ⏓, id est eadem forma, quae in clausula A quoque totiens adhibenda est.

Denique clausula dicretica quadrifariam inciditur. Aut enim constat ex trochaeo et epitrito tertio (– ⏑|– – ⏑ ⏓) aut ex duobus creticis (– ⏑ –|– ⏑ ⏓) aut ex epitrito secundo et iambo (– ⏑ – –|⏑ ⏓) aut ex longa syllaba et dochmio (–|⏑ – – ⏑ ⏓). Prima forma id cum A et B commune habet, ut vocabulis trochaicis aut verborum finibus trochaicis opus sit, quae quam facillime et ubique fere adhiberi possint. Reliqui pedes quos diximus clausulae C_1 solius proprii sunt.

Huc igitur quaestio nostra redit. Orator siquidem clausulas ubique adhibere vult, diu saepe, quomodo ea fiat, quaerere opus habebit, nisi vocabulorum quorundam copiam mente tenet ita formatorum, ut cum ubique fere adhiberi possint tum facillime et quasi sponte clausulam expleant. Vidimus autem ad hanc rem maxime opus esse:

1) vocabulis amphibrachycis ⏑ – ⏑ (A),
2) palimbachiis – – ⏑ (AB),
3) antispasticis ⏑ – – ⏑ (B),
4) epitriticis – – ⏑ –, – ⏑ – – (C),
5) creticis – ⏑ – (C),
6) iambicis ⏑ – (C),
7) dochmiacis ⏑ – – ⏑ – (C),
8) vocabulis aut vocabulorum finibus trochaicis (A B C).

De quovis igitur horum generum ita disputabimus, ut primum quidem ea vocabula ante oculos ponamus, quae et illam mensuram exhibent et facillime et saepissime adhiberi poterant, deinde vero spectemus quam saepe et quam μηχανικῶς (ut nostro potius quam Graeco sermone loquar) ea usurpaverit.

l) De amphibrachy.

Amphibrachys plerumque efficitur verborum quorundam formis. Exstant enim et in activo et in passivo formae trochaice exeuntes, quibus in stirpe brevis anteit syllaba. Infinitivus quoque ipse multorum verborum praebet formam illam amphibracheam, velut:

T I 19 *principatūm tĕnērĕ*, 22 *ēt dŏcērĕ*, 23 *propositūm rĕdīrĕ*, 55 *contrā vĕnīrĕ*, 81 *caelūm mĭgrārĕ*, 86 *quām tĭmērĕ*, 87 *ullā cărērĕ*. 90 *essĕt cărērĕ*, 87 (ND I 32) *nōn hăbērĕ*, ND I 35 *aliŭd dŏlērĕ*, *ēst dŏlērĕ*. Multa alia.

Verum non infinitivus solus talium verborum clausulae aptus est, sed non paucae inde derivantur formae non minus clausulis accommodatae. Velut ex verbo *notandi* hae prodeunt formae amphibrachycae:

Not-amus, *atis*, *emus*, *etis*, *abam*, *abas*, *abat*, *abant*, *arem*, *ares*, *aret*, *arent*, *abo*, *abis*, *abunt*, *avi*, *avit*, *aris*, *atur*, *amur*, *antur*, *eris*, *etur*, *emur*, *entur*, *abar*, *arer*, *abor*, *atus*, *andus*.

Iam ut videas, quam saepe Cicero talibus formis usus sit, en profero tibi exempli gratia verbi *videndi* formas ita formatas quot in solis J I, T I, II, ND I adhibuit.

vid-emus: T II 56, ND I 22, 24, J I 8; *-etis*: ND I 44, 53; *-ebas*: ND I 98; *-etur*: T I 18, 19, 30, 37, 41, 62, 70, 105; II 8, 19, 41, 44; ND I 11, 17, 27, 64, 79, 95; J I, 1, 12, 20, 23 (bis), 25 (33), 28, 30 (56), 31, 48, 91, 92; *-entur*: T I 55, 64; J I 19; *-ere*: J I 39, 45; *-eri*: J I 60 (bis); T II 28; ND I 123.

Addo formas verbi *putandi*: *put-amus*: J I 26, 34, 77; Or 161; *-emus*: Or 74; *-avit*: J I 7.

Praeterea confer has formas: Or 133 *nōn hăbēmŭs*, 1 *quŏd rŏgārēs*, 18 *unūm rĕlīquĭt*, 38 *consectatūm fătētŭr*, 49 *sī lĭcēbĭt*, 53 *maestitiām sĕquūntŭr*, 59 *ūt sŭpērsĭt*; ND I 63 *impurūs fŭissĕt*. Vide etiam hos locos: Or 82, 85, 98, 132, 135, 147, 153, 155, 171, 173; T II 14; ND I 53; J I 70 (bis).

Denique videbis, quam avide Cicero eius modi formam clausulae aptam arripuerit, si e. gr. ad vocem *necessest* animum attenderis. Hanc enim in 4 libris non minus 14[es] in clausula posuit Cicero, cfr. Or 112, 118; Q 80, 83; J I 62, 73, 75, 84; T I 42, 53, 54, 66, 87, 119. *necesse*: Or 198; C II 20; III 9, A I 33.

Idem vero non in verbis tantum usu venit, verum etiam in substantivis neque quicquam fere est quo melius, quam molestus paene Cicero fuerit in formis quibusdam adhibendis, ut ne monotoniae quidem, quam dicant vitium, evitaret, cognoscatur, quam quod formula illa ¯*dĕōrūm* in primo de natura deorum libro solo tricies ter usu venit. Quia hoc maioris est ponderis, totos locos non solum numeris sed etiam litteris ipsis exarabo.

Habes enim: ND I 1 *dē nātūrā dĕōrūm*; 13, 32, 49, 122 *naturām dĕōrūm*; 32, 34, 36 *cōgnĭtĭōnēm(s) dĕōrūm*; 37 *speciēm dĕōrūm*; 39,

41 *ignōtōrūm dĕōrūm*; 43 *quandām dĕōrūm*; 44 *praenōtiōnēm dĕōrūm*; 46, 61 *nisi humanām dĕōrūm*; 68, 71 *ēst dĕōrūm*; 71 *ēssĕ cōrpūs dĕōrūm*; 75 *sīt dĕōrūm*; 76 *ēssĕ fōrmās dĕōrūm*; 81 *simulacrīs dĕōrūm*; 90 *hominēs dĕōrūm*; 91 *similēs dĕōrūm*; 94, 112 *quām dĕōrūm*; 116 *colendorūm dĕōrūm*; 117 *vīm dĕōrūm, inanīs dĕōrūm*; 119 *demōnstrāntūr dĕōrūm*; 119, 120 *cognōscitūr quām dĕōrūm*; 40, 123 *reliquorūm dĕōrūm*.

2) De palimbacchio.

Postquam de amphibrachy dixi, nunc de palimbacchio quoque nonnulla verba faciam. Atque de substantivis quidem unum profero, quo satis demonstratur, Ciceronem in his rebus saepe commoditati magis quam varietati consuluisse. Genetivus *verborum* praemisso trochaeo efficit clausulam B_1. Eum igitur Cicero praemissis plerumque ablativis in *ātĕ* sive *ōnĕ* exeuntibus in solis B et Or non minus undevicies ita adhibuit. B 118 *paēnĕ vērbōrūm*, 121 *granditătĕ vērbōrūm*, 162; Or 20, 36 *mōrĕ vērbōrūm*, 68 (bis), 78, 80, 110, 178, 201, 202, 203 (bis), 206, 229, 230, 232.

Plura paulo profero de verbis. Atque in his ut permulta sunt quae formam palimbacchii sive molossi explent, solet ea Cicero ita ponere, ut aut longa syllaba una, quam invenire sane facile erat, aut trochaeus praecedat; iam efficitur aut clausula A_2 aut B_1. Exemplorum loco haec habeas.

Clausula A_2: Q 42 *nihīl dēbērī*, RA 1 *iudicēs mīrārī*, 16 *sē pūgnārē*, 47 *nōmĭnātīm prōfērrē*, 100 *Capitonēm cōnfērrī*.

Clausula B_1: Off I 37 *hōstĕ pūgnārē*, 151 *pōssĕ laūdārī*, Or 54 *mūnŭs aūgērē*, 77 *videātūr ērrārē*, 140 *mūltă māndārē*, RA 95 *voluīssĕ sērvārē* multa alia.

Valet autem idem fere de iis verbis, quorum in stirpe vocales duae breves sunt, velut:

Or 24 *spērăt ĭmĭtārī*, 74 *pōssĕt ĭmĭtārī*, 232 *potuīssĕ sŭpĕrārī* alia.

Sunt tamen inter haec verba quae praeter cetera tali usui se offerant, scilicet permultae formae verborum *velle nolle posse* (*vell-emus, -etis; noll-emus, -etis; nol-ebam, -ebas, -ebat; poss-imus, -itis, -emus, -etis*), *debere*. His cum paene necessitate quadam praemittatur infinitivus, non mirum affectasse talia Ciceronem. Enumeremus, si placet, nonnulla exempla. Invenis igitur:

poss-imus: C IV 21, T I 109, ND I 7, 39, Off I 59, 144; *-itis*: C II 9, 28, III 3, Q 11, RA 14, ND I 71; *-emus:* A II 73, XIV 33, C III 3, 18, Or 22; *-etis*: C II 4: *poteramus*: LM 55 (bis); *vellemus*: A II 108, ND I 55; *appellārĕ nōlēbās* Q 39.

debe-re: C I 19, ND I 50, Or 186; *-ri*: Q 37; *-mus*: T I 111, Off I 111, 117, 149 (bis), A I 25; *-tis*: C II 29, RA 36, J I 70; *-bam*: B 1; *-bas*: A II 71, 99; *-bat*: J I 69; *-bant*: RA 51, Or 172; *-bit*: Off I 121, C III 2, RA 122; *-bunt*: Or 126; *-ret*: A I 15, B 276, A II 109, Q 79, J I 53; *-ntur*: A XIV 11.

Idem fere valet de verbo *versandi*, cui **praemitti facillime** potest ablativus in *-ate, -ute, -one, -ore* cadens.

RA 150 *immanitātĕ vērsārī; vers-atur*: Or 207, Off I 96, J I 7, 44, C IV 7; *-amur*: C I 31, B 138; *-antur*: Or 122, Off I 67, 150, J I 35, 41, C II 23; *-etur*: Or 44, J I 7; *-atus*: C III 14, RA 39.

His quae frequentissima sunt per saturam alias verborum formas addo eidem usui aptissimas. Insero autem alias quasdam quae similiter adhibitae non palimbacchii quidem, sed ionici a minore aut choriambi formam habent i. e. – – ∼ = ᴗ ᴗ – ∼ = – ᴗ ᴗ ∼ (velut *fortāssĕ mĭnĭtāntūr* C IV 20 et *existimatiōnĕ sūspĭcĭō* Q 66).

a) activum.

1) indicativus praesentis.

Q 66 *existimatiōnĕ sūspĭcĭō*, RA 94 *lĭbēntĕr ăccūsō*, 123 *coniecturāequĕ cōmmīttō*, C II *Sūllă cōnstĭtŭīs.*

conced-is: Q 81, RA 54; *-it*: Q 85; *-unt*: C IV 15. ‖ *commend-at*: C IV 18, Q 98. — C II 20 *Catĭlīnă sūccēdĭt*, 25 *desperatiōnĕ cōnflīgĭt*, Q 93 *facultātĕ cōntēndĭt*, RA 16 *auctoritātĕ dēfēndĭt*, 23 *hūiŭs īnvādĭt*; — *desistis* C I 15, Q 16.

2) indicat. impf.

diceb-am: B 313; *-as*: C I 7; *-at*: A II 45, 53, Or 73, 223, B 105, 226, 237, 267; *-ant*: B 143. ‖ C III 16 *ūrbĕ pēllēbām*, A II 50 *ēssĕ dūcēbās*, C I 25 *furiōsă răpĭēbăt*, RA 23 *auctiōnĕ vēndēbăt*, 37 *humānă cōgēbānt.*

3) Coniunctivus praesentis cum futuro I similiter formato.

defend-am: Q 8; *-ant*: C II 29. ‖ *conced-am*: RA 76, Q 37; *-as*: Q 73. ‖ *constitu-am*: Q 35; *-at*: Q 64. ‖ *redeamus*: A II 101, B 220. ‖ *nequeamus*: Or 183, 220. ‖ *videa-mus*: T II 3, 42; *-atis*: C I 32. ‖ *dicamus*: Or 211, J I 6 (bis), 102. Alia exempla: Q 34, 46; RA 34, C IV 3, Or 42, 211, O I 80, 128, 161.

4) coniunct. impf.

C IV 1 *cruciatūsquĕ pērfērrēm*, III 8 *ēssĕt ēffērrēt*, 20 *curiāmquĕ cōnspĭcĕrēt*, RA 19 *prīmŭs ădfērrēt*, 53 *scĕlĕrĭs ărgŭĕrēt*, Q 97 *condiciōnĕ trānsĭgĕrēt.*

5) indicat. futuri I.

defend-et: C III 27; *-ent*: C II 26; *dicemus*: J I 30, 49, 81, B 229, 279, Or 226. — O I 120 *commodiūsquĕ făcĭēmŭs.*

6) indicat. perf.

dix-isti: A II 39, 81, C I 19; *-erunt*: C III 19, 20, Or 219, B 136, J I 9, 23. ‖ *volu-isti*: A I 31, II 20; *-erunt*: C IV 12, 14, T II 36. ‖ *potu-isti*: C I 21; *-erunt*: RA 125, ND I 19, 108, B 43, O I 69 ‖ *vidistis*: C III 21, 24, 23; *didicerunt*: C II 23 (bis); *coeperunt*: C IV 22, Q 31; *habuerunt*: Or 146, O I 149. Praeterea: C II 26, III, 4, 5, 22, IV 2, Q 89, 98, C I 31, IV 13, 21, RA 36, 39, 147,

C III 11, 19, I 33, III 27, Q 52, 94, ND I 42, Or 232, B 39, 44, 116, O I 77.

7) indicat. plusqpf.

C III 6 *nōctĕ vĭgĭlārăt,* Q 76 *societātĕ fraūdārăt,* RA 43 *tuēndă trādĭdĕrăt.*

8) Coniunct. perf. et indicat. fut. II.

C I 22 *furōrĕ rĕvŏcārīt,* IV 12 *cruciatūmquĕ lēnīĕrīt,* 19 *pāenĕ dēlērīt,* Q 46 *făcĕrĕ mālŭĕrīt,* RA 63 *lūcĕ prīvārīt.*

9) coniunct. plusqpf.

veniss-es: Q 39, RA 72; *-ent*: C III 11. || *potuiss-em*: A I 14; *-es*: B 327, A I 33, II 4; *-et*: B 151, A II 36, 67, XIV 26, RA 17, B 99, ND I 22; *-ent*: A II 54. || *voluisset*: B 126, 281, A II 5. Alia exempla eiusdem generis: Q 53, 33, 9, RA 23, 88, O I 144, C III 8, 12, 19.

10) imperativi.

C IV 3 *cogitārĕ dēsĭnĭtĕ.*

11) infinitivi perf.

RA 66 *mātrĕ sūmpsīssĕ,* 69 *sapientiāquĕ pŏtŭīssĕ.*

b) passivum.

1) indicat. praes.

dicuntur: C II 21, RA 69, 71, 128, T I 18, 42, 94, ND I 2, Or 135, 194, 196, B 164, O I 15, J I 19. — *coguntur*: O I 83, Or 202, *fuīssĕ cōnfĭtĕōr* RA 137, *malefĭcĭă gĭgnūntūr* 75, *plerīquĕ prōdūntūr* 105.

2) indicat. fut I.

dic-etur: C II 17; *-entur*: Or 95, J I 103.

3) coniunct. praes.

habetur B_1: T I 28, ND I 39; C_1: Or 198. ‖ *videtur* C_1: B 212, Or 229, ND I 60. ‖ *videretur* C_1: B 272, T I 71. ‖ Or 188 *adhibētŭr ăd nŭmĕrōs,* 86 *utētŭr hōrrĭdĭŭs,* ND I 104 *movētŭr ălĭquāndō,* RA 44 *alerētŭr ăd vīllăm.* Praeter illa exempla habes haec: T I 8, Or 107, 203, II 4, Or 27, 178, B 302, A II 70, Or 46, 82, 171, B 119.

4) *entur.*

A II 116 *prohibēntŭr ārmīs,* ND I 107 *pulsēntŭr ănĭmī,* A I 25 *claudēntŭr ădĭtŭs,* II 19 *versēntŭr ārmātī,* RA 22 *vidēntŭr īnstārĕ,* Or 87 *aspergēntŭr ĕtĭăm sălēs,* 205 *conlocēntŭr ĕt quōmŏdō.*

5) *ertur.*

A I 7 *adfērtŭr ĕt Căssī,* Or 187 *fērtŭr ĕt lābĭtŭr.*

6) *itur.*

O I 142 *defīnītŭr ā Stōĭcīs.*

7) *untur.*

T II 40 *patiūntŭr Īndī,* I 80 *gignūntŭr īn cōrpŏrĕ,* II 58 *adeūntŭr īn proelĭīs,* ND I 122 *dīligūntŭr īstō mŏdō.* ‖ *dicuntur* C_1: Or 86, A II 32.

§ 6. **De iis trochaeis, qui altero loco brevem *i* vocalem possident.**

In sexto genere componam eos trochaeos clausulas incipientes, qui altero loco brevem *i* vocalem possident. Quorum invenies plurimas formas, velut primum: tertiam personam singularis futuri I activi: *abis(t), ebis(t), ibis(t)*; tum tertiam personam indicativi perfecti activi: *avit, evit, ivit,* et vocem: *possit*; deinde eandem personam indicativi perfecti activi tertiae coniugationis velut: *ostendit.*

1) Incipiamus igitur primum a contemplando exitu: ***abis,*** *abit, ebis, ebit, ibis, ibit, avit, evit, ivit.*

Or 131 *suppeditābĭt ēxēmplă,* C I 1 *iactābĭt āudācĭă,* O I 114 *vidēbĭt īn scāenā,* Or 172 *movēbĭt āuctōrĭtās,* J I 94 *debēbĭt ōstēndĕrĕ,*



98 *redĭbĭt aūdĭtōr,* T II 34 *exclamāvĭt ūnquām,* 41 *mutāvĭt ūnquām.* Praeterea: J I 28, A II 104, J I 35, RA 39, 59, A XIV 28, II 77, Or 26.

2) Tertiae pers. sing. indic. praes. et perf. act. sunt haec exempla:

scripsit C_1: B 81, Or 132. ‖ *vidit* B_1: Or 26; C_1: A XIV 27, Or 19, 100. ‖ Or 176 *confēcĭt ānnōs,* O I 133 *vīcĭt ōmnēs,* 18 *attĭngĭt hūmānām*, Or 97 *inrēpĭt ĭn sēnsūs,* 189 *agnōscĭt aūdĭtōr*, B 11 *mīsĭt ēx Ăsĭā,* T I 57 *excēssĭt ē vītā,* A II 40 (bis) *fēcĭt hērēdēm,* 20 *vēnĭt ĭn mēntēm.* Praeterea: A XIV 31, Or 40, 213, 129, 173, O I 126, 154, B 36, 201, 236, Or 33, 194.

3) Vox *possit.*

A_1: T II 17; B_1: A I 18, C III 28, LM 29, Or 125; C_1: B 83, T I 61, ND I 24, 49, 54, Or 46, 127, A II 2.

De adiumentis vel instrumentis ad clausulas formandas a Cicerone adhibitis disseritur.

Postquam vidimus, quas voces verborumque formas, quia ex linguae Latinae ingenio quasi sponte sese offerebant, Cicero ad clausulas quam creberrime efficiendas in universum adhibuerit, non inutile esse duco inquirere, quibus praeterea instrumentis ad clausulas commodissime formandas sit usus. Ut enim epici Latini id agebant, ut eas voces verborumque formas, quae ab hexametri dactylici structura abhorrebant, sive productis vel correptis sive detractis syllabis sive particulis quibusdam adiectis, sive interdum pro singulari pluralem vel pro plurali singularem ponentes illi versuum generi aptarent, ita Cicero persaepe coactus est instrumenta quaedam investigare, quibus si non usus esset saepissime clausulae omnino non essent ortae. Praecipue necessarium erat quam plurimas breves syllabas indagare, quoniam linguam Latinam longis syllabis abundare manifestum est. Quod quidem Cicero diversa ratione assecutus est et particulis quibusdam insertis et interdum mutata vocalium mensura.

Sed hoc loco particulas tantum illas afferam, quoniam praestabit, de rebus prosodiacis itemque de iis, quae ad pronuntiationem pertinent, separatim disserere. Quae instrumenta cum in clausulis generis et A et B et C et D reperiantur, ad quaestionem meam erit aptissimum materiam secundum particulas illas digerere nec nisi in singulis particulis clausularum genera discernere.

§ 1. Particula *que.*

Saepissime Cicero particula *que* adiuvatur in clausulis formandis. Si accuratius circumspexeris, videbis, sine hac particula copulativa

persaepe neque purum ditrochaeum neque creticum cum trochaeo sequenti neque dicreticum, immo persaepe aut nullam clausulam effici posse aut peiorem tantum. Quod intellegi potest permultis locis, velut:

in clausula A_1:

N D I 9 *scriēsquĕ rērūm*, 18 *aedificatorēmquĕ mūndī*, 19 *pariendōsquĕ sēnsūs*, 26 *eūmquĕ gīgnī*. Praeterea: N D I 29, 34, 101, T I 27, 68.

in clausula B_1:

T I 18 *concordēsquĕ dīcūntūr*, 30 *īdquĕ sēntīrē, nullāquĕ dōctrīnā*, 37 *figurāmquĕ quāerēbānt*, 43 *cūmquĕ pērrūmpāt, ventīquĕ cōgūntūr*, 44 *pērspĭcĭēndīsquĕ pōnēmūs*. Praeterea habes haec exempla in T I 66, 80, 96, 113, II 4, 5, 18, 39.

in clausula C_1:

T I 64 *uberibūsquĕ sēntēntĭīs*, 98 *Sisyphīquĕ prūdēntĭām*, II 15 *cūmquĕ dūcēt sĕquār*, 43 *dolorīsquĕ cōntēmptĭō*, 48 *propinquorūmquĕ cūstōdĭīs*. Alia exempla exstant in: N D I 6, 14, 18, 35, 36, 12, 95.

in clausula D_1:

B 4 *bene beatēquĕ vīvĕrē*, 26 *excellat in ea praestēlquĕ cētĕrīs*, 86 *duxissent egissēntquĕ grātĭās*, 98 *fuisse maxumāmquĕ grātĭām*, 105 *iudiciis causīsquĕ cōgnĭtūs*, Q 47 *animūmquĕ rēttŭlī*. Praeterea: R A 31, 129; L M 69, A II 57, 76, 78, XIV 27, O I 12, 14, 61, 69, 76, 79, 81, 92, 113, 134, 146, 158.

Verum nulla re dilucidius probatur, quam avide Cicero particulam *que* in clausulis formandis arripuerit, quam eo quod particulam illam maximi ambitus vocabulis affigi videmus. Etenim vel post vocabula 5, 6, 7, quin etiam octo syllabarum eam ponere non veretur Cicero, siquidem ita trochaeus ad clausulam efficiendam necessarius oritur.

Invenimus igitur particulam adiunctam ad voces:

1) sex syllabarum.

O I	O I
17 *utilitātĭbūsquĕ*,	100 *conversātĭōnēmquĕ nātūrāe*,
68 *magnificēntĭūsquĕ*, — *liberālĭtātēmquĕ cōnfērrē*,	134 *contumēlĭōsēquĕ dīcĭtūr*,
	140 *mediocritatēmquĕ rēvŏcāndūs*,
	146 *animādvērsōrēsquĕ vĭtĭōrūm*;

alia exempla inveniuntur: Off I 156, C I 30, II 16, L M 69, N D I 18, 39, T I 27, II 4, Or 13, 42, 53, 78, B 23, 85, 188.

2) septem syllabarum.

Off I 60 *exercitātĭōnĕmquĕ dēsīdĕrāt.*
LM 62 *formīdŏlōsissĭmūmquĕ,*
B 47 *vĭtŭpĕrātĭōnēsquĕ.*

3) octo syllabarum.

N D I 73 *innumerābĭlĭtātĕmquĕ mūndōrūm.*
B 240 *exercitationibūsquĕ cōniūnctūs.*

Ut autem videas me non temere haec iactasse, non nego quidem Ciceronem etiam extra clausulam idem fecisse. Habes enim:

1) Voces sex syllabarum:

A I 1 *Atheniensiumque,* N D I 39 *universitatemque,* 100 *vicissitudinesque,* T I 5 *ratiocinandique,* 68 *commutationesque,* Or 119 *magnificentiusque,* B 120 *Academicorumque.*

2) Voces septem syllabarum:

C III 16 *periculosissimique,* B 105 *commentationibusque.*

Nihilominus stat mihi sententia, Ciceronem in clausulis particulam *que* ad voces longas multo saepius addidisse quam extra. Ut autem res plane manifesta fieret, in omnia Ciceronis scripta — libros de inventione scriptos seponam — diligentius inquisivi atque inveni, intra clausulas ad longiores voces particulam adiungi centies quater (= 77,6 %), extra tricies (= 22,4 %). Ac quoniam sententia ex tabulis melius cognoscitur, aliquamdiu in has, quae infra sunt, oculos quaeso convertas.

Tabula A:

Extra clausulam particula *que* addita est ad voces:

	5		6		7 syllabarum
Q	1		—		—
RA	1		—		—
LM	—		—		—
C I—IV	—		—		1
A I	1		1		—
II	—		—		—
XIV	4		—		—
B	4		1		1
Or	1		1		—
T I	1		2		—
II	2		—		—
ND I	2		2		—
Off I	4		—		—
Summa:	21	+	7	+	2 = 30

Tabula B:

Intra clausulam particula *que* adiuncta est ad voces

	5		6		7		8 syllabarum
Q	2		—		—		—
RA	7		—		—		—
LM	6		2		1		—
C I—IV	8		2		—		—
A I	—		—		—		—
II	5		—		—		—
XIV	6		—		—		—
B	13		2		1		1
Or	10		4		—		—
T I	3		1		—		—
II	—		2		—		—
ND I	5		2		—		1
Off I	11		8		1		—
B: Summa:	76	+	23	+	3	+	2 = 104 = 77,6 %
A: Summa:	21	+	7	+	2		= 30 = 22,4 %
Summa summarum:	97	+	30	+	5	+	2 = 134 = 100 %

Id nunc nobis quaerendum erit, quotiens Cicero in universum hac particula unsus sit et intra clausulam et extra, quoniam tum tandem recte cognoscere poterimus id quod de particula sentio. Quaestione enim accurate instituta mihi persuasum est, Ciceronem magis magisque sibi placuisse in hac particula adhibenda, nulla alia causa commotum, nisi quod intellexit, quam apta esset ad clausulas formandas. Sed priusquam de hac quidem re pergamus, iam si placet spectemus tabulas.

Tabula C:

Usus particulae *que* extra clausulam.

	Exempla:	Paginae parvae Teubnerianae:
J I	3 [1]	56
Q	13	31
RA	55	47
I Summa:	71	134
A I	16	13
II	27	41
XIV	25	13
O I	157	53
II Summa:	225 (76 %)	130
I Summa:	71 (24 %)	134
Summa summarum:	296 (= 100 %)	

1) Particulam *que* in libro primo de inventione non saepius ter scriptam inveniri recte animadvertit Hilberg [Verhdl. d. 40. Philol. Vers. z. Görlitz 1889 (Leipzig, Teubner 1890), pag. 369—371]. Neque tamen eum sequor his quoque tribus locis particulam *que* delentem.

Tabula D:

Usus intra clausulam:

	Exempla:	Paginae parvae Teubnerianae:
J I	—	56
Q	16	31
RA	38	47
I Summa:	54	134
A I	7	13
II	34	41
XIV	21	13
O I	98	53
II Summa:	160 (74,8 %)	130
I Summa:	54 (25,2 %)	
Summa summarum:	214 (= 100 %)	

Tabula E:

Omnium exemplorum, in quibus particula *que* intra clausulam est in usu, pertinent ad trochaeum initialem:

	Exempla:
Q	14
RA	26
A I	6
II	27
XIV	19
O I	81
Summa:	173 = 81 %
Summa omnium exemplorum:	214 = 100 %

Si omnia quae ex tabulis intellegi possunt, in unum colligimus, videmus, Ciceronem et in clausula et extra magis magisque id egisse, ut particula *que* uteretur. Nam vides in primo de officiis libro extra clausulam 157 exempla exstare, 98 intra. Usum autem tantum esse factum maxime inde explicari debet, quod Cicero, quia intellexit, quantam utilitatem particula praeberet ad clausulas fingendas, paulatim commotus est, ut frequentius ea uteretur.

§ 2. De vocula *atque*.

Quam anxie Cicero clausulas quaesiverit et quam multa, ut eis sufficeret, vel contra usum linguae Latinae admiserit, nulla fere re melius docemur quam eis, quae de formis *atque* et *ac* in clausulis adhibitis observavi. Notum enim est vulgo inter has formas eam differentiam esse, ut *atque* ante vocales, *ac* ante consonantes ponatur. Neque antiquiores scriptores hanc legem migrare docuit Skutsch, Forsch. I p. 52/53, ubi causas quoque huius differentiae exposuit ex ipsis legibus phoneticis repetitas. Atque *ac* quidem qui ante vocales protulerit optimis linguae temporibus novi neminem, *atque* iam Plautus et Terentius hic illic ante consonantes pro trochaeo posuerunt

metro obsequentes. Hanc igitur libertatem, quam vere poeticam dixeris, similibus rationibus commotus Cicero in prosam inferre non dubitavit. Nam qui pedibus metricis in prosa utebatur, eum non magis quam poetas fugere poterat, quam bellum trochaeum *atque* contra normam ante consonantes positum efficeret.[1]) Non inique me de Cicerone iudicavisse, videbis, si tabulas perlustraris, quas iam propono nunc quidem Baiterum Halmiumque sequens, dubia autem non curaturus nisi postmodo.

Tabula A:

Extra clausulam:

	atque: ante voc.	*atque*: ante cons.	*ac*: ante cons.
J I	45	1	42
Q	28	4	14
RA	52	4	41
LM	54	2	44
C I	17	—	18
II	22	1	17
III	34	3	18
IV	22	5	15
ND I	22	2	8
T I	9	1	8
O I	46	2	18
Summa I:	351	25	243

Tabula B:

In clausula:

	atque: ante voc.	*atque*: ante cons.	*ac*: ante cons.
J I	2	1	3
Q	10	4	2
RA	10	14	2
LM	10	15	5
C I	1	4	5
II	1	3	3
III	5	7	6
IV	—	15	5
ND I	1	19	1
T I	—	7	1
O I	3	16	1
Summa II:	43	105	34
Summa I:	351	25	243

Vides quanta differentia sit inter eum usum particularum *atque* et *ac*, qui fit in clausula et qui extra. Nam iam ex his duabus tabu-

1) Solvi hoc modo quaestionem diu multumque agitatam, quam in discernendis formis *atque ac* Cicero sibi normam posuerit. De qua qui nuper disputavit, P. Stamm [Neue Jahrb. für Philol. 137 (188), p. 171 sqq.] explicationes quasdam praebere conatus est, quae mihi nimis ad arbitrium facta videntur esse.

lis elucet, Ciceronem particula *atque* in clausula ante consonantes dimidio saepius usum esse quam vocula *ac*. Extra clausulam autem ea exempla, quae *atque* ante consonantes positum ostendunt, quartam decimam tantum partem efficiunt eorum exemplorum, in quibus *atque* est ante vocales. Sed priusquam omnia, quae ex tabulis concludenda erunt, in summam quandam redigimus, examinemus, num illi loci, in quibus extra clausulam particula *atque* ante consonantes invenitur, omnes dubitationi exempti sint. Adnotavi enim 25 exempla, sed si apparatum criticum inspexeris, intelleges, 17 locos ita comparatos esse, ut e medio tollendi sint. Aut enim codices variant inter: *ac, aut, et, vel,* aut nonnulla verba transponenda aut omittenda sunt. Quis igitur dubitabit, quin hi loci ne minimam quidem vim habeant? Ut autem unusquisque sibi ipse possit persuadere meamque sententiam comprobare, et certos locos afferam et dubios.

Primum sequantur ea exempla, in quibus omnes codices consentiunt: J I 34 *atque materiam universam*; RA 63 *atque monstrum,* 104 *atque tectior,* 141 *atque ferro*; LM *atque pueritiae disciplinis*; C IV 11 *atque vos,* 20 *atque consiliorum*; T I 66 *atque fictum.*

Non certo *atque* traditum est his locis: Q 5 *atque sincerum,* 18 *simul atque sibi,* 48 *atque crudelius,* 54 *atque prudentiam,* RA 31 *succurram atque subibo,* LM 36 *atque quam multae sunt,* C II 1 *atque prodigio,* III 6 *atque Flacci,* 11 *atque deprehensi,* 18 *atque consilio,* IV 8 *atque corporis,* 17 *atque quaestus,* 18 *atque liberorum,* ND I 3 *atque caste,* 4 *atque (o)ratione,* OI 19 *atque difficiles,* 156 *erudiunt atque docent.*[1])

Si igitur haec 17 incerta exempla detraxeris ab illis 25, habebis 8 certos locos, in quibus *atque* ante consonantes extra clausulas invenitur. Iamvero redigamus in summam omnia, quae ex tabulis concludenda sunt. Habes igitur.

Tabula C:

	atque: ante voc.	*atque*: ante cons.	*ac*: ante cons.
Extra clausulam	351 = 89 %	8 = 7,1 %	243 = 88 %
Intra clausulam	43 = 11 %	105 = 92,9 %	34 = 12 %
Summa:	394 = 100 %	113 = 100 %	277 = 100 %

Consideremus igitur nunc, si placet, quid e tabulis singulis, praesertim ex tertia (C) discere possimus. Primo obtutu neminem effugiet, quantopere in clausulis — ab 89 % et ab 88 % usque ad 11 % et 12 % — usus particularum *atque* ante vocales et *ac* ante consonantes decrescat, cum *atque* voculae usus ante consonantes inde a 7,1 % usque ad 92,9 % increscat. Iamvero quomodo haec differentia intellegenda sit et liquet et iam breviter a nobis significatum

1) De hoc loco cf. pag. 678.

est. Ut iam antea vidimus, 17 locis nos varias codicum scripturas legere, ita non falso contendere poterimus, etiam ceteros 8 locos non minus esse incertos. Aut enim cogitari potest, librarium errore pro *ac* his locis *atque* intulisse aut — quod fortasse multis magis probabitur — Ciceronem ipsum illud *atque* posuisse, non quo ita pronuntiaret, sed quia hanc scripturam ab aliis quoque velut Plauto ibi retentam esse scimus, ubi *ac* pronuntiabatur.

§ 3. Voculae: *ve, ne, anne, nonne.*

Ex his quattuor voculis cum duae priores quod ad prosodiam attinet particulae *que*, duae posteriores particulae *atque* simillimae sint, Cicero eis non aliter atque illis usus est ad clausulas efficiendas. Transeo ad singula.

a) *ve.*

O I 14 *effēmĭnātēvĕ făcĭăt*, B 225 *agendo dicendōvĕ făcĭăs*, T I 52 *fĭgurāmvĕ nōscāmūs*, II 55 *muliebritērvĕ făcĭāmūs*, 56 *animōvĕ sŭccūmbānt*, N D I 97 *Indiāvĕ gīgnāntūr*. Alia exempla eiusdem generis inveniuntur: T I 60, Or 138, 74, 122, 135, T IV 49, 61, N D III 5, 29, pro Caec 8, 98, A V 13, de Orat I 28, 75, II 300, III 22, 116, 118, 135.

Mentione dignissima haec exempla videntur esse: T I 9 *sūnt ĕrūntvĕ*, O I 148 *fecerīnt lŏcūtīvĕ sīnt*, T IV 57 *libido cŭpĭdĭtāsvĕ sĭt*, 61 *aegritūdĭnĕmvĕ*, A V 59 (IX 16) *ăltĕr āmbōvĕ*, de Orat II 104 *fĭăt fŭtūrūmvĕ sĭt*, 113 *factūm fŭtūrūmvĕ sĭt.*

b) *ne.*

N D I 96 *unquāmnĕ vīdīstī*, 88 *nūmnĕ vīdīstī*, A I 14 *licētnĕ dīcĕrĕ*, J I 56 *patietūrnĕ fĭĕrī*, N D III 17 *nĕcnĕ sĭt quaerĭtūr*, pro Caec 74, *possīsnĕ rĕtĭnērĕ*, 85 *sītnĕ făctă*, A XIII 2 *omnibūsnĕ pāx ēssĕ pŏssĭt*, de Or II 303 *mediocritērnĕ cāusīs*, 305 *nihīlnĕ nŏcēās*, III 17 *imūsnĕ sēssūm*, Ac. prior II 34 *inanitērnĕ mŏvēāmūr.*

c) *nonne.*

T I 102 *nōnnĕ mīrāmūr*, Q 82 *nōnnĕ pŏtĕrās*, N D II 12 *nōnnĕ dīvīnă*, III 13 *nōnnĕ dēbēs mŏvērī.*

d) *anne.*

J I 38 *publicus ānnĕ prīvātŭs.*

Or 206 *longitudō sĭt ĕārum ānnĕ plūrēs.*

de fin IV 23 *ānnĕ praepŏsĭtă.*

Acad II 48 *vīsă sīnt ānnĕ fălsă* — 93 *tria pāucă sīnt ānnĕ mūltă.*

Pison 3 *parto vis ānnĕ gēstō.*

Attic XII 51 *sēntĭānt ānnĕ sĭmŭlēnt* — 14 *ānnĕ prō fīlĭō.*

L M 57 *ānnĕ Pōmpēio ăn ūtrīquĕ.*

Mur 26 *ānnĕ tū dīcīs.*



Collegi exempla, iam pauca addo. Vides persaepe clausulas non nisi adhibitis illis particulis ortas esse. De *anne* et *nonne* vero prorsus idem valet quod de *atque* observavimus. Nam *anne* et *nonne* olim non magis ante consonantes poni potuisse quam *atque* notum est (cfr. Skutsch, Forschungen I p. 60). Sed in hac quoque re Cicero tantum clausulis tribuit, ut legem illam violaret, id quod vocula *anne* maxime confirmatur. Nam cum in universum hac particula duodecies Cicero usus sit[1], posuit quidem eam ante consonantes ubique, sed decies in clausula. Reliqui duo loci hi sunt:

pro Balbo: 54 *anne de nobis* ... (ubi *an* C. F. W. Mueller al. contra codd.).

in Verrem IV 73: *anne populo Romano obtēmpĕrārē.*

III.

In adhibendis eis quae modo enumeravimus, oratori semper fere industria quadam et animi attentione opus erat, ut illa clausularum elementa apte coniungeret. Sed cum oratori clausulae etiam ex tempore fundendae essent (Quintil. inst. IX 4, 114), praesto habere debebat formulas sollemnes, quae per se totas clausulas efficerent. Eiusmodi quae mihi esse visa sint, quia identidem a Cicerone adhibentur, iam congeram.

I. Clausula A_1.

1) *ārbĭtrā-rīs*: C I 1, 17, B 280; *-tur*: LM 4, 64; *-mur*: T I 32, II 4, A XIV 1, ND I 80; *-ntur*: RA 48, Q 34, LM 12, 40, 67, C II 19, ND I 14, T I 30, O I 70.

2) *ārbĭtre-tūr*: T I 80, O I 154; *-mur*: T I 118; *-ntur*: RA 151, LM 16, C II 21.

3) *pērtĭnē-rē*: Q 68, 88, RA 97, 129, T I 31, 91, 104, 109; *-ret*: O I 156; *-rent*: T I 1, C III 25.

4) *pōstŭlā-rēs*: Q 36, 37, 48; *-ret*: Q 36, 96, RA 37.

5) *crēdĭdĕrūnt*: RA 26, 117, T I 99.

6) *nōmĭnā-tūr*: Or 37; *-ntur*: RA 74, Or 212, T II 62, ND I 34, 83.

7) *pōssĭdērēs*: Q 36, 48, 60, 81.

8) *īmpŭlērūnt*: RA 39, C II 20.

9) *trānsfĕrūntūr*: Or 92, 93.

10) *ēxstĭtērūnt*: T I 3, Or 40.

11) *flōrŭērūnt*: T I 4, Or 20.

12) *consīdĕrēmūs*: RA 34, 93, 108.

13) *cōnsĕquātūr*: RA 66, C IV 10, O I 153, T I 91, ND I 26, 71.

14) *pērvĕnīrē*: T I 24, Or 105.

15) *cōgĭtārē*: T I 24, Or 31.

---

1) Undecies id factum esse legitur in Thesauro linguae latinae vol. II col. 1. lin. 20 male. Ceterum uno loco (Mur. 26) forma *anne* veteri formulae deberi videtur.

16) *intĕrīrĕ*: T I 25, 79.
17) *lībĕrātŭs*: T I 1, II 10.
18) *cōnstĭtūtŭs*: T I 118, II 11.
19) *ōrātĭōn-ĭs*: Or 74, 95, 126, 168; *-i*: T II 26, Or 134; *-em*: Or 58, 122 (bis), 123.
20) *suāvĭtātĭs*: Or 92, 161.
21) *dīscĭplīnĭs*: T II 4, Or 4.
22) *phĭlŏsŏphōrŭm*: T II 9, 26.
23) *ēssĕ dīc-ĭs*: C I 20, T I 12 (bis); *-it*: Or 26, ND I 24, 120; *-unt*: T II 37, Or 171; *-am*: LM 47; *-at*: C I 5, ND I 37; *-ant*: C II 15.
24) *āntĕ dīx-ī*: RA 143, ND I 44, O I 58, B 220, 299, Or 175, 193; *-it*: C IV 13, A II 12, 80.
25) *dīcĕrēmŭs*: T I 47, Or 108.
26) *ēssĕ dēbēt*: T I 96, Or 126.
27) *ēssĕ cēnsēt*: ND I 45, 36, 67.
28) *ēssĕ vŏlŭ-ĭt*: B 206, 282; *-mus*: B 287, T II 57, A II 59, Or 44, O I 63.
29) *nunquām fŭīssĕ*: T I 13, ND I 107.
30) *nōn pŏtēstĭs*: ND I 53, J I 70 (bis).
31) *ēssĕ pōssĕ*: ND I 20, 26.
32) *sīt nĕcēssĕ*: Or 198, C II 20.
33) *īn dŏlōrĕ*: T II 39, 45, 47, 50.
34) *Tūscŭlānō*: T I 2, 9.

II. Formulae sollemnes clausulae A_1 cum cretico molossove antecedenti.

1) *ārgūmēntātĭōn-ĭs*: J I 58, 60, 67; *-em*: J I 54, 59, 60; *-e*: J I 87; *-es*: J I 98, 99; *-um*: J I 34, 99.
2) *lĭttĕrīs ēt Lătīnīs*: B 169, 175, 205.

III. Clausula B_1.

1) *ārbĭtrā-bātŭr*: T I 8; *-retur*: B 276; *-rentur*: RA 4, 21, 133, T I 101.
2) *pōssĭdērēntŭr*: T I 86, Q 88.
3) *iūdĭcāvērŭnt*: C IV 16, A I 20, T I 99.
4) *exīstĭmāvērŭnt*: RA 27.
5) *pērtĭmēscēn-dōs*: C II 5, 18; *-dum*: C II 24; *-dam*: C III 7, 16, IV 8; *-di*: C IV 9; *-da*: C I 29.
6) *ēxtĭmēscēndŭm*: T I 15.
7) *ēlăbōrāndŭm est*: O I 131, 133.
8) *ādmĭnīstrā-bānt*: J I 2; *-rent*: O I 92; *-tur*: J I 59 (bis); *-ntur*: J I 59.
9) *ēssĕ nōn pōss-ĕ*: LM 18, B 195, ND I 98; *-unt*: T I 11; *-et*: B 214.

10) *ēssĕ nōn pŏtĕrāt*: Q 12.
11) *ēssĕ pōss-ĭmūs*: LM 14; *-itis*: C II 28; *-emus:* C III 3.
12) *ēssĕ pŏtŭ-ērūnt*: RA 66; *-isset*: B 151.
13) *ēssĕ vŏlŭērūnt*: LM 11, 39, C II 27, 29, IV 2, 8, A II 88.
14) *ēssĕ ŏpōrtērē*: RA 48, T I 70, ND I 66, 109.
15) *nōn ŏpōrtēbĭt*: A I 27, J I 53, 109.
16) *ēssĕ fătĕ-ātūr*: Q 26, C I 5, II 9, A XIV 9; *-antur*: LM 64.
17) *ēssĕ prŏfĭtēntūr*: T I 17, Or 30.
18) *ēssĕ cōncē-dō*: T I 25; *-dis*: RA 54.
19) *ēssĕ dīcē-bās*: C I 7, ND I 94; *-bat*: C III 12, Or 19, 113, B 128, 135, 217, 237, 308; *-bant*: B 143.
20) *ēssĕ dīxērūnt*: J I 57, B 59, T I 51, C III 9, ND I 2 (bis), 23.
21) *ēssĕ dīc-āmūs*: ND I 12, 97, J I 6 (bis), 102; *-turum*: Q 31, RA 101, J I 24, A II 88, B 290; *-untur*: RA 71, LM 41.
22) *saēpĕ dīx-ērūnt* B 136; *-isse*: T II 61.
23) *ēssĕ vēntūrūm*: C IV 15, B 232, 244.
24) *ēssĕ mŏrĭēndūm*: C II 27, T I 14.
25) *ēssĕ dēbē-rē*: ND I 50, Or 186, C I 19; *-tis*: LM 11; *-ret*: Q 79, A II 109.
26) *ēssĕ vĭdĕ-āmūs*: LM 67, 69; *-atis*: C I 32; *-atur*: Q 68, RA 153, LM 10, 24, 27, 41, 42, 47, 59, 67, C I 14, 27, III 21, IV 12, B 27, 173, O I 109, Or 43, 207, 219, T I 57, 66, 101, ND I 12; *-antur*: RA 37, LM 10, 13, 20, C II 20, III 18, 29, IV 5, B 167, ND I 62.
27) *plūrĭmūm pōssūnt*: RA 4, Q 1.
28) *fēcĭt hērēdēm*: A II 40 (bis).
29) *fērrĕ nōn-pōssūnt*: B 243, T II 54, 65; *-potuit*: C II 12, A II 45, 77; *-posset*: T II 60.
30) *făcĕrĕ nōn pōssēt*: B 191.
31) *mūltă dĭssĕrŭĭt*: T I 71, ND I 4.
32) *nullō mŏdō-pōssūnt*: C II 18; *-pŏtĕrāt*: Q 21, 25; *-poterant*: RA 123.
33) *sumūs rĕvērtāmūr*: B 31, 300.
34) *rēs ăgēbātūr*: A I 11, II 22.
35) *domūm rĕcēpĭstī*: A I 30, II 88.
36) *nobīs rĕlĭquērūnt*: RA 5, Or 186.
37) *inanēm rĕlĭquērūnt*: C I 16, II 12.
38) *nōn pŏtēst ēssē*: J I 45, 47.
39) *ūt sŭprā dīxī*: O I 66, 68, 161.
40) *intellĕgĕrĕ nōn pōssūm*: ND I 71.
41) *sapiēntĭă pĕtēndă est*: J I 66 (bis).
42) *stultĭtĭă vītāndă est*: J I 66 (bis).
43) *bēllă gēssērūnt*: LM 6, 11, 14, C III 27.
44) *gĕnĕrĕ vērsāntūr*: J I 35, 41.
45) *māxĭme excēllēt*: O I 64, Or 126.

46) *gĕnĕrĕ vērbōrūm*: Or 181, 182, B 246.
47) *gĕnĕrĕ dīcēndī*: B 136, 189, 241, 242, 314, 333, Or 53, 104, 119.
48) *gĕnĕră dīcēndī*: Or 20, 52.

IV. Clausula C_1.

1) *vīdĭt Āntōnĭūs*: Or 19, 100.
2) *fērrĕ nōn pōssŭmūs*: T II 52 (bis).
3) *cōgĭtārī pŏtēst*: C I 7, A XIV 13.
4) *īnvĕnīrī pŏtēst*: RA 83, C II 7, T I 66, Q 49.
5) *exīstĭmārī-pŏtēst*: B 25, 122, 137; *-velim*: R 289; *-velint*: C II 14.
6) *aūdĕō dīcĕrē*: RA 103, Or 156, ND I 78.
7) *cōnsŭlātūs mĕī*: C II 10, III 26, IV 3.
8) *intēllĕgī nōn pŏtēst*: Q 4, Or 68, ND I 21, 30, 34.
9) *pōssĕ cōnsīstĕrē*: J I 67, Q 94.
10) *ōmnĭūm cīvĭūm*: C I 12, II 18.
11) *ōmnĭs ōrātĭō*: RA 143, Or 116, B 275.
12) *sūspĭcārī-lĭcēt*: B 52, 89; *-lubet*: B 50; *-potest*: ND I 28.
13) *grātĭā nōmĭnō*: Q 28, RA 15.
14) *āntĕ mē cōnsŭlēm*: B 61 (bis).
15) *māgnă dīssēnsĭō est*: ND I 2, T I 18.
16) *ārgūmēntātĭō*: J I 54, 70, 71.
17) *brĕvĭtĕr ēxpōnĭtūr*: J I 67 (bis).
18) *ēlŏquēntĭssĭmūs*: B 160, 186.
19) *ēlĕgāntīssĭm-ūs*: B 148; *-e*: B 252.

V. Clausula D_1.

1) *intēllĕgī-pŏtēst*: B 60, 71, 99, 164, 199, T I 48, 61, 65, 66, Or 134, 189, O I 161, RA 69, Q 37; *-licet*: T I 27.
2) *pērspĭcī pŏtēst*: B 101, 153, 177, 228.
3) *ēssĕ nōn pŏtēst*: B 111, T II 13, ND I 3.
4) *nūllō mŏdō pŏtēst*: RA 52, T II 2.
5) *ēlŏquēntĭ-ā*: Or 56, 66, 68, 125, 142; *-ae*: B 40, 253, Or 18, 40, 44; *-am*: Or 23, 53, 63.
6) *ēlĕgāntĭ-ā*: B 143; *-am*: B 153.
7) *ēxplĭcātĭō*: Or 36, B 143.
8) *pōssĕ dīcĕrē*: T II 30, Or 76.

VI. Clausula D_2.

ēt mănĭfēstă sūnt: RA 60, 95.

Ex omnibus locis allatis satis intellegere possumus, quam ingens quamque varia fuerit formularum sollemnium copia, quibus quidem Cicero sit usus ad clausulas quam frequentissime formandas.

Illud vero vix mihi adnotandum est, me non omnia exempla potuisse proferre, sed fortasse nonnulla exempla me effugisse, etiamsi spero, hanc omissionem raro accidisse.

Caput V.

De pronuntiatione et de mensura syllabarum.

Ut e versibus poetarum gravissimas res de pronuntiatione Latini sermonis concludimus, ita e clausulis fieri posse consentaneum est. Neque Wuestius et Mueller hanc provinciam neglexerunt. Attamen cum per se manifestum est, ab illis rem exhaustam non esse, praesertim cum alter de clausulis in universum falsa multa protulerit, tum his ultimis annis ita promota est grammatica Latina, ut de nonnullis rebus, comparatis praesertim versibus Plautinis, de quibus multo accuratius iudicare didicimus, partim veriora partim subtiliora proferre possimus. Rem autem ita instituam, ut primum quidem (§§ 1—8) de vocalibus coalescentibus dicam (in qua re synaloepham voco eum vocalium concursum, qui fit ante voculas: *es, est*), deinde de pronuntiatione genetivorum a nominibus in *-ius* formatorum (§ 9), tertio loco de litterae *h* natura (§§ 10—12), quarto de syncopa (§ 13), quinto reliquas de syllabarum mensura observationes congeram (§ 14), sexto ad accentum me convertam (§§ 15—17).

§ 1. Synaloepha.

Synaloepha oriri solet, cum vocalis quaedam ante voces: *es, est* invenitur. Ante has formas cum synaloepham semper existere vix quisquam negaverit, tum in clausulis tam saepe fit, ut in paucis exemplis proferendis acquiescere possim. Talia autem affero, de quibus dubitare omnino non possis. Velut in his quidem exemplis, si vocales coalescere non sineres, haberes illum exitum ‿ ◡ ◡ ‿ ◡, quem utique evitari in volgus notum est.

O I 54 *ipsō cōniŭgĭo͡ ēst.*

A II 56 *ēssĕ prō nĭhĭlo͡ ēst.*

RA 32 *dīssŏlūto͡ ănĭmo͡ ēst.*

Deinde nullam omnino clausulam haberes (quoniam haec forma ‿ ‿ ◡́◡ ◡ ∼ clausulae D non exstat), si synaloepha vocales non coniungeres, velut:

O I 81 *beluārūm sĭmĭle͡ ēst.*

91 *fāllī făcĭle͡ ēst.*

101 *appetītū͡ pŏsĭta͡ ēst.*

falsum e. gr. *ārūm sĭmĭlĕ ēst.*

Ei quoque loci huc trahendi sunt, in quibus, **dummodo synaloepham** statuas, habes clausulam A_1 pro D_1, **quoniam ditrochaeum** clausulae D_1 longe praefert Cicero.

C III 15 *conservātā rē pūblĭcā cōnstĭtūta͡ ēst.*
23 *supplicatiō dēcrēta͡ ēst.*
A I 2 *cōnfĭrmāta͡ ēst,* 12 *ĭstă pœna͡ ēst.*

Alia exempla: O I 85, 140, 152, 153.

Accedit quod persaepe creticus ille vel molossus, qui clausulae A solet anteire, synaloepha tantum inveniri potest, id quod hi loci demonstrant.

O I 72 *adhibēnda͡ ēst rērum͡ hūmānārūm.*
152 *Panaetĭo͡ ēst praetērmīssūs.*
A I 34 *crudelīssĭme͡ ēst īntērfēctūs.*
C III 13 *vărĭĕtāte͡ ēst sĕcūtūs.*

Nulla autem re magis patefit synaloepham **adhibendam esse**, quam si clausulam C_1 spectamus. **Nam hanc, si negares synaloepham,** saepissime prorsus everteres, id quod apparet ex **his locis:**

C IV 1 *cōnsŭlātūs dāta͡ ēst.*
O I 7 *divīsĭo͡ ēst ōffĭcī.*
45 *ōmnĭa͡ ōptābĭle͡ ēst.*
70 *contemnēndă sēntēntĭa͡ ēst.*

Alia exempla huius generis exstant in: **O I 122, 123, 130, ND I 3,** 37, 85, 98, T I 82.

§ 2. **Elisio.**

Afferam in hac paragrapho non eos **tantum locos, quorum clausulas** elisione non adhibita prorsus everteres, **sed eos quoque, quorum** clausulae, nisi eliseris, multo peiores fient. **Nam ut exemplum proferam,** in T I 34 *nomina inscribunt,* si legis ut **scripta sunt, habes** quidem clausulam, sed B_2 tantum _ ∪ ∪ _ _ ∾. **Haec autem cum** sciamus quanto minus probata sit quam B_1 (_ ∪ _ _ ∾), **nemo certe** sanus elidendum esse *nomin(a) inscribunt* negabit. **Itemque quod** legitur ND I 65 *effingis atque efficis* clausula **est etsi *e* non eliditur** (D), verum multo minus ea Ciceroni **accepta quam C_1 *fĭngĭs ātque ēffĭcīs*.** Ergo iam sequantur exempla.

A. Breves vocales eliduntur.

a) littera *ă*:

1) in clausula A_1:

ND I 88 *ratiō nŏva͡ ādfērt.*



2) in cretico et molosso ante clausulam A:

T II 4 *explĭcāta⁀ārbĭtrāmūr.*
N D I 11 *cōnfĭrmāta⁀ā Cārnĕădē.*
O I 27 *prāepărāta⁀īnfĕrūntūr.*

3) ad choriambum ante ditrochaeum efficiendum:

T I 31 *futūra⁀ĕtĭām cōgĭtārē.*

4) in clausula B_1:

T I 22 *ōmnĭa⁀ŏrĕrēntūr.*
34 *nōmĭna⁀īnscrībūnt.*
40 *āltĕra⁀ănĭmālĭs.*

Alia exempla: T II 4, 58, N D I 11, 49, RA 30, 42, 82, Or 83, 134, 138, 220, O I 123.

5) in clausula C_1:

O I 23 *constāntĭa⁀ēt vērĭtās.*
45 *ōmnĭa⁀ōptābĭle⁀ēst.*
132 *turbā rĕfērta⁀ōmnĭă.*
160 *consīdĕrāta⁀āctĭō.*

6) in clausula C_2:

T I 39 *Pȳthăgŏrēa⁀ōmnĭă.*
65 *āut ănĭma⁀āut īgnĭs ēst.*
Or 105 *nōstra⁀ĕtĭām lēctĭtās.*

b) littera ĕ:

1) in clausula A_1:

T I 4 *discebāntque⁀ĭd ōmnēs.*
93 *inēptĭae pāene⁀ănīlēs.*
113 *fĭngĕre⁀īpsī.*

Praeterea: N D I 106, 121, Q 47, 83, RA 28, 52, 96, 141, 142, 152, Or 214.

2) ad creticum molossumve formandum ante clausulam A:

T I 7 *mōre⁀hăbēre⁀āudērēmūs.*
32 *cōgĭtāsse⁀ārbĭtrāmūr.*
45 *cupiditāte⁀īncēnsam⁀ēxcĭtāvīt.*
98 *delectātĭōne⁀āutem⁀ădfĭcĕrĕr.*

Praeterea: T I 49, II 15, N D I 14, 24, 62, 94, 98, Q 3, 33, 92, RA 28, 70, 81, 133.

3) in choriambo ante clausulam A:

T I 38 *ēsse⁀hŏmĭnŭm sēmpĭtērnōs.*
42 *ardōre⁀ănĭmī cōncălēscŭnt.*
46 *sēde⁀ănĭmī pērfŏrātae.*

Praeterea: T I 80, Q 85.

4) in clausula B_2:

T I 20 *Deŭcălĭōne⁀ōrtŭm.*
II 5 *quĭd făcĕre⁀ĭd pōssŭnt.*
O 178 *oratiōne⁀ănĭmădvērsum⁀ēst.*

Praeterea: T II 5, 20, RA 67, 145.

5) in clausula C_1:

ND I 21 *utrōque⁀aŭtĕm scīscĭtŏr.*
36 *ēsse⁀ădfēctăm pŭtăt.*
65 *effĭngĭs ătque⁀ēffĭcĭs.*
67 *ănte⁀ŭtī coēpĕrăm.*

Alia exempla: ND I 90, RA 9, 17, 31, 67, 77, 107.

6) in clausula C_2:

T I 9 *enĭm mĭsĕrōs ēsse⁀ĕōs.*
53 *ĭpse⁀ănĭmŭs nēscĭēt.*
54 *ĭntĕrĭōre⁀ĕt sŭō.*
Or 216 *saepe⁀ĕtĭăm tĕrtĭŭm.*

c) de littera *ŏ*:

in clausulis B_1 C_1:

RA 15 *nōn mŏdo⁀hŏspĭtĭŭm.*
87 *nōn mŏdo⁀ōstēndĕrēs.*

d) brevis *u* non habeo exemplum.

B. Longae vocales detrahendae sunt.

a) vocalis *ā*:

1) ut creticus molossusve efficiatur ante clausulam **A_1**:

Or 115 *dĭscĭplīna⁀īnstĭtūtŭm.*
O I 108 *consecutōs sĭne⁀ūlla⁀hĭlărĭtātē.*

2) in clausula C_1:

O I 129 *ipsā măgĭstra⁀ēt dŭcē.*

b) vocalis ē:

1) ad creticum molossumque conficiendum ante clausulas A_1 A_2:

B 40 *plāne ōrātŏr fŭīssĕt.*

115 *ĕt pŏlīte ŭt sŏlēbăt.*

RA 47 *cērte ăd rēm nĭhĭl īntĕrsĭt.*

2) in clausula B_1:

T I 99 *abīrĕ me ŭt mŏrĭăr.*

II 4 *māxĭme ŏptĭmŭs.*

Or 36 *māxĭme ēxcēllăt.*

Praeterea: O I 64 (Or 126), 61, 117, 118, 134, B 9, Or 117, 198.

3) in clausula C_1:

Q 73 *īnsīgnīte īmprŏbŭs.*

4) in cretico ante clausulam D_1:

B 294 *copiōse ĕt ōrnātē dīcĕrĕ.*

c) vocalis ī:

1) ut creticus vel molossus formetur ante clausulam A_1:

B 89 *dīspŭtāndi ăd dŏcēndŭm.*

310 *Latinē dīcēndi ăffĕrēbăt.*

ND I 4 *cōnsŭli ĕt prōvĭdērī.*

Praeterea: ND I 15, 58, Or 20, 39, O I 57.

2) ad efficiendum creticum ante clausulam D_1:

B 153 *ĕt lŏquēndi ēlĕgāntĭăm.*

3) in clausula B_1:

B 190 *disertĭssĭmi hăbĭtī sŭnt.*

285 *difficīllĭmi īntĕr sē.*

Praeterea: T I 44, ND I 72, 92, Q 21, 77, RA 16.

4) in clausula C_1:

B 248 *aēquĕ nōti ăc mĭhī.*

T I 54 *princĭpĭo ŏrīri ŏmnĭă.*

ND I 39 *āntĕ dīxi aethĕră.*

Praeterea: Q 96, Or 186, C IV 14.

5) Etiam ī litteram genetivi secundae declinationis elidendam esse ex his exemplis elucet:

B 301 *Sŭlpĭci(i) aetātĕm.*

O I 107 *ŏffĭci(i) ēxquīrĭtŭr.*

B 238 *īngĕni(i) ēvērtĕrĕt.*

d) vocalis *ō*:

1) in clausula A_1:

B 285 *vŏlo⁀ĭmĭtārī.*

2) ut creticus molossusve perficiatur ante clausulas A_1 A_2.

B 3 *ēt mŏnēndo⁀ēt făvēndō.*

142 *īn dīcēndo⁀āctĭōnēm.*

230 *dīxĭt pāulo⁀āntĕ mōrtēm.*

267 *eōdēm bēllo⁀ōccĭdērūnt.*

Alios locos eiusdem generis invenies in T I 52, 85, ND I 9, Or 144, 191, 221.

3) in clausula B_1:

B 139 *Antōnĭo⁀īn mēntēm.*

165 *dīctĭo⁀ēxcēllēns.*

205 *ēx ĕo⁀āudīvī.*

244 *neccssārĭo⁀īncūrrō.*

Praeterea: B 251, 291, T I 2, 13, 96, 113, II 3, 43, ND I 89, 104, 109, 112, Q 79, 98, 99, RA 5, 32, 40.

4) in clausula C_2:

ND I 87 *ĭpso⁀Ĕpĭcūrō lŏquār.*

Or 43 *quĭdquĕ lŏco⁀ēt quōmŏdō.*

226 *pāulo⁀ălĭās plūrĭbūs.*

5) ut creticus vel molossus fingatur ante clausulam D_1.

T I 66 *aliō mŏdo⁀īntēllĕgī pŏtēst.*

ND I 1 *ārgūmēnto⁀ēssĕ dēbĕāt.*

e) vocalis *ū*:

in clausula C_1:

B 308 *āut dīscēssu⁀āut fŭgā.*

C III 8 *exērcĭtu⁀āccēdĕrēt.*

Postquam igitur tot exemplis confirmatum est vocales elidendas esse (atque equidem ne unum quidem locum inveni ubi brevis elisa non sit; de longis exceptis videbimus postea § 4), iam apparebit quomodo de nonnullis clausulis dubiis iudicandum sit. Scilicet interdum fines sententiarum formam B sive C habent si non eliditur, formam clausulae A sive D si eliditur. Ergo interdum elisione forma clausula minus elegans fit. Iam locos profero. Ergo:

pro B A statuenda est his locis:

Or 106 *āut sĭbi⁀īpsē.*

T I 12 *ēssĕ quī mōrtŭi⁀ēssēnt.*
Q 77 *ōrĕ dūrīssĭmo ēssē.*
Or 130 *carēnt lĭbrī spīrĭtu⁀īllō.*
pro C D statuenda est his locis:
T I 24 *īlla⁀ēlābĭtūr.*
 29 *sepūlchra⁀īn Grāecĭā.*
Q 6 *timōre⁀hŏmĭnem⁀āffĭcĭt.*
RA 34 *dīcĕre⁀ŏpōrtĕāt.*
Or 153 *laudāre⁀ĕtĭām sŏlēnt.*
B 252 *existimatōrĕ sāepīssĭme⁀āudĭō.*
T II 26 *vidēsne⁀ăbūndārĕ me⁀ōtĭō.*
Off I 11 *māxĭme⁀īntĕrēst,* 56 *māxĭme⁀ēffĭcĭt.*
T I 66 *venīrĕ pōssīnt nĭsi⁀ā dĕō.*
B 162 *duodequinquagēsĭmo⁀ūsŭs ēst.*

Videmus ergo interdum certe clausulas elisione minus elegantes fieri. Sed nihilominus elidendum esse antea cognovimus atque id eo confirmatur, quod elisione non facta interdum accentus pessimus oreretur. Velut habes in Bruto 331: *instrumēnto⁀ĕt īsdem⁀ārtĭbūs,* ubi *o* vocalem vocis *instrumento,* si posses acuere, haberes sane purum dicreticum. Nihilominus hoc non est credibile. Meo enim iudicio, quoniam usitatus accentus in *ent* syllaba positus est, acuenda clausula est hoc modo: *instrumĕnto⁀ĕt īsdem⁀ārtĭbūs.* Quo ex genere locorum hosce annotavi.

MD I 27 *nōstri⁀ănĭmī cārpĕrēntūr.*
B 11 *consolāri⁀ămīcīssŭmē.*
 123 *dicēndi⁀ĕt ōrnātĭūs* (praeterea B 211, Or 120, 125, 180 *i* littera elidenda est).
T I 24 *omnīno⁀ănĭmūm dīcĭt ēssē.*
B 167 *mūlto⁀ūsū pērvĕnīrē.*
 211 *aliquāndo⁀āudīstī lŏquēntēm.*
 272 *scribēndo⁀āut ā cōgĭtāndō.*
T I 22 *fortuīto⁀ōmīttāmūs.*
 38 *rĕdĕo⁀ăd āntīquōs.*
 111 *vōlgo⁀ŏpīnāntēm.*
ND I 98 *cadūco⁀ĕt īnfīrmō.*
T I 94 *omnīno⁀hŏmĭnī lōngūm.*
 100 *māgno⁀ănĭmō fŭĕrĭt.*
 54 *princĭpĭo⁀ŏrīri⁀ōmnĭā.*
 98 *nŭmĕro⁀hăbērī vŏlūnt.*

Q 47 *invīto ātque īngrātĭīs.*
RA 49 *aēquo ănĭmō iūdĭcēs.*
Or 10 *ūno ĕt ĕōdĕm stătū.*
Off I 27 *repentino ălĭquō mōtu ăccĭdūnt.*
105 *prōmptu hăbērĕ.*
Or 74 *gēstu ĕt īncēssū.*
Off I 40 *permīssu ēxīssĕt dē cāstrīs.*

§ 3. De *m* littera.

Pauca mihi addenda esse puto de littera ***m***, quam Cicero creberrime aut elisit aut synaloepha cum voce ***est*** coniunxit.

a) Synaloepha:

certa ratione statuenda est velut:

1) In cretico vel molosso ante clausulas A_1 A_2 obvio:
Or 142 *glōrĭōsum ēst dŏcērĕ.*
219 *dīctum ēst cōncīnnĭtātīs.*
T II 19 *cōncēdēndum ēst gĕmēntī.*

2) in clausula C_1:
Or 91 *āutēm est vēl plūrĭmūm.*
116 *constituēndum ēst quīd quīdquĕ sīt.*
144 *docēre hŏnēstum ēst ŭt ēst.*
194 *quīddam ēst ōrātĭō.*
O I 47 *magīs nĕcēssārĭum ēst.*
118 *īngrēssūrūs dătum ēst.*
Praeterea: T I 47, 100, N D I 1.

3) in clausula D_1:
T I 5 *fuīssĕ trādĭtum ēst.*
N D I 92 *supērvăcānĕum ēst.*

4) in cretico ante clausulam D_1:
Or 117 *intellegēntĭam ăccōmmŏdātĭūs.*

5) in clausula C_2:
T I 42 *ēst ănĭmālem ēssĕ vōlt.*

Postquam hos omnes locos inspeximus, non **dubitabis sequentibus** quoque locis syllabis *um est* in unam contractis **non clausulam** C_1 sed B_1 statuere:

Or 212 *conclusionēsquĕ dīcēndum ēst.*
O I 41 *officiīs sătis dictum ēst.*
67 *magnīquĕ dūcēndum ēst.*
78 *studiīquĕ pōnēndum ēst.*

Alia exempla huius generis inveniuntur: O I 83, 106, 119, 122, 127, 131, 133, T I 28, 36, 53, 62, II 29, 58, ND I 82.

Clausulam D_1 statuemus in
Or 73 *vidēndum ēst quātēnūs.*
ND I 30 *inconstāntīā lōngum ēst dīcĕrē.*

b) De elisione:

Sescenta sunt exempla, quibus, si elisionem non statueremus, falsissimum dactylicae clausulae (_ ◡ ◡ _ ◡) exitum ponere cogeremur. Sed etiam alii exitus qui legitimam clausulam non explent invenirentur, si *m* non elideres.

1) Falsissimam clausulam haberes in his exemplis:
T I 54 *occidīt quĭdem ūnquăm.*
68 *cōrpŏrum āptās.*
73 *nonnūnquam hĕbēscīt.*
100 *māxĭmăm grātiam hăbĕō.*

Praeterea: T I 105, 109, 114, Or 141, O I 1, 125, ND I 95.

2) Omnino nullam clausulam haberes his locis:
Or 76 *ălĭquem ŏpōrtēt.*
O I 92 *hŏmĭnum ămīcē.*

3) Ad creticum formandum vel molossum, qui pedes antecedunt clausulis A_1 A_2, elisione plane opus est in his exemplis:
Or 66 *quaestĭōnem āttŭlērūnt.*
128 *consuetūdĭnem ăccōmmŏdātūm.*
157 *īmmĭnūtum ūsĭtātē.*
209 *humānūm sēnsum audītōrīs.*

Praeterea: Or 215, O I 1, 6, 8, 48, 72, 84, 96, 111, T I 20, 21, 22, 36, 40, 45, 63, 75, 111, II 30, 35, 36, ND I 36, 39, 43, 57, 66, 89, 111.

4) In formando choriambo ante clausulas A_1 A_2:
Or 77 *vinculīs nŭmĕrōrum ĕxĭmāmūs.*
114 *loquendī rătĭōnem ēssĕ nōtām.*
T I 23 *quaestiōne ănĭmōrum ēxplĭcātā.*

Praeterea: T I 48, ND I 56, 120, O I 52.

5) Clausulam B_1 ea tantum condicione efficies, ut *m* litteram elidas:

T I 65 *dīvīnă māllem ăd nōs.*
97 *placatissimām quĭētem ădfĕrt.*
N D I 57 *putēmnĕ tālem ĕssĕ.*
O I 110 *sĭt dĕcōrum ĭllŭd.*
135 *delectātĭōnem hăbĕăt.*
T I 53 *fīnem hăbĕt mōtŭs.*
68 *habitābĭlem ĕt cūltŭm.*

Praeterea: T I 70, 89, II 17, 40, ND I 12, 36, 68, 82, 99, 101, 110, 119, Or 5, 9, 26, 59, 82, 120, 160, 187, 227, O I 12, 29, 74, 116, 121, 140, 151, 155.

Quamvis in nonnullis exemplis velut:

T I 53 *fīnem hăbĕt mōtŭs*
68 *habitābĭlem ĕt cūltŭm*

etiam clausula B_2 (‿ ◡ ◡ ‿ ‿ ◡) statui possit, tamen illud, quod iam supra saepius dixi, hoc quoque loco dicatur, hanc quidem formam rarius inveniri quam ut eam usu venire sumamus.

6) Clausulam C_1 nulla alia re nisi *m* litterae detractione efficies his locis:

T I 3 *āntĕ nātum Ēnnĭŭm.*
19 *ĕssĕ sēdem ĕt lŏcŭm — tānquam ĭn cāntŭ sŏnōs.*
36 *nātĭōnum ōmnĭŭm.*
68 *ēmĭnēntem ē mărī.*

Alia huius generis exempla: T I 74, 111, II 14, 26, 38, 54, ND I 19, 24, 45, 78, 114, 119, Or 42, 54, 123, 160, 209, 238.

7) Clausula B_2 non constabit nisi *m* littera elisa:

O I 30 *rērum ălĭēnārŭm.*
T I 46 *vērum ĕtĭăm mĕdĭcī.*
91 *pōstĕrĭtātem ĭpsăm.*

8) Etiam ad C_2 clausulam formandam saepius detractio statuenda est, id quod his exemplis probatur:

T II 46 *vērum ĕtĭăm pōstŭlăt.*
53 *sōlum ănĭmŭm cōmprĭmĭt.*
O I 75 *Arēŏpăgum ădiŭvĕrĭt.*
79 *ūtĭlĭtātem āffĕrŭnt.*

Postquam vidimus, quanta clausularum copia demonstretur, *m* litteram utique detrahendam vel synaloepha cum vocali sequenti

coniungendam esse, de clausularum, quas iam afferam, genere nulla dubitatio erit.

1) Dispondeum enim pono pro cretico cum trochaeo spondeove sequenti.

O I 85 *civitātem īndūcūnt.*

T I 14 *est vērum aut fālsūm.*

21 *disserēntem īndūcīt.* Alios locos huius generis invenies: T I 21, 49, 98, 102, ND I 6, 37, 40, 66, 104, 123.

2) Similiter cavendum est, ne his locis clausulam C_1 legas, cum Cicero D_1 voluerit:

T I 93 *nūllam āttīngĕrē.*

117 *commutatiōnem ādfērt lŏcī.*

II 44 *quāntum īntēllĕgīt.*

3) Pro clausula C_1 interdum clausulam C_2 statuere debemus id quod hoc exemplum docet:

T II 38 *ēt vĕtĕrem ēxērcĭtūm* (non: *vĕtĕrĕm ēxērcĭtūm*).

Uno omnino loco falsam clausulam haberes, si *m* litteram elideres:

T I 93 *āntĕ tēmpūs mŏrī mĭsĕrŭm ēssē.*

Sed hic sane quaerendum est, num Cicero hoc loco clausulam efficere in mente habuerit, praesertim cum illud exemplum inter omnia cetera plane sit singulare. Si omnia exempla, quae hic enotavi, oculis perlustraverimus diligentissime, certissimum esse iudicabimus, Ciceronem *m* litteram ante vocales semper aut elisisse aut synaloepha cum *es*, *est* voculis artissime coniunxisse.

§ 4. De hiatu longarum.

Ne unum quidem locum relinqui ubi syllabae breves aut in *m* exeuntes non elidantur vidimus. Difficilior est quaestio de vocalibus longis. Quas cum et ipsas non raro elidi in § 2 viderimus, tamen pro elisione etiam correptio admissa esse videtur, id quod inde concludo quod ita interdum multo meliores clausulae evadunt. Haec exempla habeto.

1) vocalis *ā* corripitur:

in clausula B_1:

O 19 *cōntră ōffĭcium ēst.*

2) vocalis *ī*:

in clausula A_1:

T I 81 *eloquēntĭs ēt prīmĭ hŏmĭnīs.*

ND I 19 *tāntĭ ŏpĕrīs,* 35 *minuēndĭ hăbĕāt,* 75 *concrētĭ hăbĕāt.*

RA 151 *vōs rĕsērvātĭ ēstīs.*

in clausula B_1:

B 187 *frigēntī ăd pŏpŭlŭm.*
237 *medĭŏcrī īngĕnĭō.*

Summi vero momenti videntur esse haec exempla:

N D I 85 *vidērī Ĕpĭcūrŭm.*
O I 119 *delīberāndī hăbŭērūnt.*

Vides enim te falsissimam illam hexametricam clausulam effecturum esse, si in his quidem exemplis *i* litteram velles elidere.

3) vocalis *ō* corripitur:

in cretico ante ditrochaeum:

Or 115 *nōstrŏ ăccŏmmŏdāmŭs.*
N D I 26 *infīnītŏ ūllum ĕssĕ pŏssĕ.*

in clausula B_1:

B 184 *dicēndŏ ĕffĭcĭĕt,* Q I *dicēndŏ īmpĕdĭăt,* 83 *fūndŏ ĕxpūlsŭs,* T I 102 *dīctŏ ădmŏnĕŏr,* 109 *ănĭmŏ ŏppĕtĭtŭr,* Or 27 *vērbŏ ūsŭs sĭt,* 126 *vērŏ ămbĭgĭtŭr,* O I 151 *āltŏ īn pŏrtŭm,* 160 *exquirēndŏ ŏffĭcĭō.*

Ut in his exemplis persaepe dispondeum efficeres, si non elideres, ita in iis, quae secuntur, nimis frequenter (id quod sane mirabile esset) clausulam D_1 statueres, si *ō* litteram detraheres. Quam ob rem malim vocali correpta clausulam C_1 legere. Habes igitur:

B 85 *īpsŏ hūmānĭŏr,* T I 73 *omnīnŏ āmīttĕrēnt,* Or 60 *ūnŏ ĕxcēllĕrĕ,* 221 *aliquāndŏ ŏrātĭō,* Q 76 *nēmŏ ăccēssĕrĭt.*

4) vocalis *ū* corripitur:

Ad creticum perficiendum, qui anteit ditrochaeo:

T I 107 *sēnsŭ ŏmnī văcābŭnt.*
N D I 29 *est et sēnsŭ ŏmnī cărērĕ.*

in clausula B_1:

N D I 25 *sine sēnsŭ ĕt mēntĕ.*
A II 44 *quaēstŭ ăbdūxīt.*

in clausula C_1:

O I 129 *cāsŭ ēvēnĕrīt.*

Sed concedam fortasse hoc loco ultimo clausulam D_1 non minus bene statui posse.

§ 5. De dipthongo *ae.*

Ut in vocalibus simplicibus longis vidimus, ita etiam *ae* diphthongum aut elisam esse aut correptam hi loci demonstrare videntur.

a) Elisio sine dubio statuenda est:

Ut creticum molossumve perficias ante clausulas A_1 A_2:

A II 7 *mūltae ĕt māgnae fŭērūnt.*
J I 23 *sūmmām caūsae ĕxpōnēmŭs.*

in clausula B_1:

B 44 *hilarātae Athēnae sūnt* (quod quidem mihi melius videtur quam *hilarātaĕ Athēnae sūnt*).

T I 37 *muliĕrcŭlae ĕt pŭĕrī.*

Or 78 *nonnūllae inōrnātae.*

in clausula C_1:

B 258 *Rōmae ĕt īn Graeciā.*

A I 38 *pūblĭcae ăccēssĕrīt.*

in choriambo ante ditrochaeum formando:

Off I 126 *defōrmem hăbĭtūrae ătquĕ foedūm.*

b) Correptionem statuemus:

in clausula A_1:

RA 18 *autēm frĕquēns Rōmaĕ ēssĕt.*

A II 6 *permulgātaĕ ēssēnt.*

in cretico ante ditrochaeum:

LM 56 *vēstraĕ ōbtēmpĕrārē.*

A II 30 *cāusaĕ īndōrmĭēntēm.*

Or 168 *āptăe ōrātĭōnīs.*

in clausula B_1:

ND I 107 *vēstraĕ aut ūndē.*

c) Synaloepha statuenda est:

T I 90 *cārĭtās pătrĭae ēst.*

104 *inferōs tāntūndēm vĭae ēst.*

§ 6. De monosyllabis.

Denique in monosyllabis quoque vocibus ante vocalem sequentem aut detractio vocalis fit aut correptio, similem in modum atque apud Plautum Terentiumque utrumque fieri videmus.[1]) Id quod his quidem locis videtur probari posse.

a) Detractio:

1) in clausula A_1:

Off I 70 *quā re ĕgĕrēnt.*

2) Ut creticus vel molossus efficiatur ante clausulas A_1 A_2:

B 85 *adulescēntŭlō se ăccĭdīssē.*

Or 122 *aut părēt se ăd dīcēndūm.*

---

1) Cf. de legibus correptionis apud illos factae Skutsch Philol. 59, p. 481 sqq.

3) in clausula B_1:

T I 99 *abīrĕ me ūt mŏrĭār.*

II 32 *ēssĕ te hăbĭtūrūm.*

Off I 56 *delectētŭr āc se ĭpsō.*

4) in clausula C_1:

B 20 *inchoavistī de ōrātōrĭbŭs.*

119 *mōrĕ se ēxērcŭĭt*

RA 36 *eodēm mŏdō de ŏmnĭbŭs.*

145 *māxĭmā tu ūtĕrīs.*

O I 12 *ā se ŏbīrī vĕlīt.*

Or 99 *sōlō se ēxērcŭĭt,* id quod propter accentum verisimilius est quam: *solṓ sĕ ēxērcŭĭt*; similiter 164 *fāctūm de īndūstrĭā* [non *factúm dĕ īndūstrĭā*]. Alia exempla invenies: C I 23, T I 103, Or 28, Q 75, RA 87, Or 203, B 183.

5) in clausula C_2:

O I 30 *ā se ălĭēnūm pŭtāt.*

b) Synaloepha statuenda est his locis:

C IV 5 *āntĕ me ēst nēmĭnī.*

RA 56 *pēccānt quae ēst cāutĭōr.*

T I 24 *lĭbrūm qui ēst de ănĭmō.*

c) Correptio

certissima esse videtur, si haec exempla spectas:

1) in cretico vel molosso, qui clausulis A_1 A_2 **antecedunt:**

T I 67 *pĕr tĕ ūtī lĭcēbĭt.*

75 *ăd sĕ ĭpsum ădvŏcāmŭs.*

N D I 115 *maximōs tĕ audīrĕ dīcās.*

C IV 1 *etiām sĭ ĭd dēpŭlsūm sĭt.*

RA 95 *nōn dĕ īllōrūm praedā.*

104 *fuĭt tĕ īstīc sĕdērĕ.*

2) in Clausula B_1:

Q 75 *testēs quĭ haec dīcānt.*

79 *ēx tĕ audīrĕ.*

RA 60 *homō sĕ ērēxĭt.*

142 *fateōr mĕ ērrāssĕ.*

B 10 *quae mĕ āngēbāt.*

Or 180 *ipsī quĭ āffīrmēnt.*

O I 73 *autēm quĭ āccēdĭt.*

T II 67 *ēst quĭ ēxcĭpĭāt.*

C III 27 *condiciō quaĕ īllōrūm.*
IV 4 *procellās quaĕ īnpēndēnt.*
Or 219 *variīs sĭ ūtēmūr.*
B 324 *quām tŭ ēs nātūs.*

3) in clausula C_1:

B 42 *apūd tĕ ēst Āttĭcē.*
T I 91 *etiamsī tŭ īd nōn ăgās.*
76 *enīm quĭ haec nōn prŏbēnt.*
N D I 85 *sūnt quĭ ēxīstĭmēnt.*
L M 37 *videaminī quĭ haec fēcĕrīnt.*
R A 120 *cūm dĕ hōc quaerĭtūr.*
N D I 28 *hominīs sĭ ēssēt dĕūs.*
C II 5 *quī sĭ hīc pērmănēnt.*
14 *illūm sĭ hōc fēcĕrīt.*
L M 44 *hominīs spĕ āc nōmĭnē.*

Non nego fortasse locis quibusdam clausulam D_1 vel aliam dicretici formam legi posse, velut:

T I 91 *etiāmsī tu͡ īd nōn ăgās.*
N D I 28 *hŏmĭnīs si͡ ēssēt dĕūs.*
C IV 14 *īllūm si͡ hōc fēcĕrīt.*

sed quoniam clausulae D_1 multo minor auctoritas tribuenda est quam C_1, quam quidem clausulam summo studio atque diligentia quam frequentissime Cicero formare studuit, equidem in his rebus dubiis semper fere hanc clausulam praefero.

4) in clausula D_1:

L M 57 *ēst quĭ īmpĕtrēt.*

Clausulam B_2 vel B_1 statuo in:

C II 19 *quŏd sĭ ădēptī sūnt*, vel: *quŏd si͡ ădēptī sūnt.*

Unum exemplum videtur exstare, in quo correptionem statueris in arsi (ut vocabulum metricum adhibeam), non in thesi quemadmodum hucusque fecimus. Quod est in B 232 *ad tĕ ĕt ăd Hŏrtēnsĭūm.* Sed fortasse hae voces ita percipiebantur auribus: *ad tē 't ăd Hŏrtēnsĭūm.*

Vidimus igitur, ubi monosyllaba ante vocalem posita occurrunt, semper aut elidi aut corripi, nusquam eorum vocalem intactam servari. Quamobrem iam proclive est iudicium, in his exemplis, quae primo obtutu dubia videantur, omnibus non longam vocalem servandam, sed, quoniam correpta clausulam non efficit, elidendam esse.

B 266 *Brūtĕ de͡ īstīs* (non: *Brūtĕ dĕ īstīs*), 281 *egīssĕ me͡ ārbĭtrōr* (non: *egīssĕ mĕ ārbĭtrōr*), 301 *nullō cōgnōvīssĕ me͡ ārbĭtrōr* (non: – ◡ – – ◡ ◠).

Off I 10 *ratiōnĕ de͡ ūtĭlī.*

§ 7. De vitata elisione.

Etsi Ciceronem ex usu ipso sermonis cottidiani elisiones vocalium atque litterae *m* sescenties admisisse vidimus, tamen in eam sententiam inclino, eum interdum transpositione verborum frequentiores elisiones evitavisse. Sed ne quis dicat Ciceronem hoc vel illo loco ideo potius verba traiecisse, ut ante ditrochaeum creticum molossumve efficeret, eos modo locos elegi, quibus illius rei causa hoc factum esse non potest. Habemus igitur:

J I 9 *rhetoricae vidētŭr ārtĭs.*
RA 118 *in illo cōnstăt ēssĕ.*
  126 *ita dīcūnt ēssĕ.*
  142 *populoque Romano. dēbĕt ēssĕ.*
Or 140 *iusta esset ēxcūsātĭō.*
ND I 26 *specie dĕcĕăt ēssĕ.*
  36 *animantēm cērtē vŏlŭmŭs ēssĕ.*

Quibus locis cur traiectionem factam esse dicamus nescio, nisi ut evitetur haec positio sive hiatu sive elisione gravi molesta:

T I 9 *rhetoricae artīs vĭdētŭr.*
RA 118 *in illo ēssĕ cōnstăt.*
  126 *ita ēssĕ dīcūnt.*
  142 *Romano ēssĕ dēbĕt.*
Or 140 *iusta accusātĭo͡ ēssĕt.*
ND I 26 *specie ēssĕ dĕcĕăt.*
  36 *animantem certe ēssĕ vŏlŭmŭs.*

Quid quod interdum Cicero, ut elisionem vitet, vel exitum illum dactylicum – ∪ ∪ – ∼, licet eum ceteroquin detestetur, in iuvenilibus certe scriptis[1]) admisisse videtur velut:

J I 101 *gravissima dēbĕăt ēssĕ.*
  52 *quod optimum putābĭtĭs ēssĕ.*
  88 *maiorem vēllĕt hăbērĕ.*
Non dixit: *gravissima ēssĕ dēbĕăt*
  optimum ēssĕ pŭtābĭtĭs
  maiorem͡ habērĕ vēllĕt.

§ 8. De elisione in fine membrorum.

Illam quaestionem nondum tetigi, utrum Cicero in extremo membro, si primum vocabulum insequentis membri (sc. in eadem sententia vel ambitu) a vocali quadam incipitur, elisionem vel synaloepham vocalium atque *m* litterae admiserit necne. Quam in quaestionem in legendo eo exemplo, quod sequitur, incidi. In Oratore enim § 184 legi a primo: *saepe sūnt ābiēctī* || *ut,* sed paulo post magis arridebat alia sententia. Nam si hoc loco *i* detrahis, habes

1) Cf. § 8 in fine.

clausulam B_1: *sáepĕ sŭnt ăbiĕct(i)* per se sine dubio gratiorem quam clausulam A_1: *sŭnt ăbiĕctī, ut.* Similiter alibi quoque abiecta ultima ante colon insequens vocali clausulam haberes acceptiorem, velut:

1) A_1 pro D_1.

Or 11 *īpsă cōgnĭt‖a͡ ut*

149 *desīdĕrāt dīlĭgēntĭ‖am͡ ut*

B 92 *ēssĕ dīcēndī glōrĭ‖am͡ eamque*

143 *et sine molēstĭă dīlĭgēns ēlĕgāntĭ‖a͡ in.*

Praeterea: B 209, 219, 238, 252, 330.

2) C_1 pro A cum cretico.

B 1 *mē prīvātūm vĭdē‖bam͡ et.*

81 *eloquēntĭă praestĭtĭ‖se͡ exiliores.*

85 *adulescēntŭlō se͡ ăccĭdĭ‖sse͡ ut.*

Alia exempla eiusdem generis inveniuntur: B 88, 161, 180, 188, 200, 271.

Nemo erit qui neget, his quidem argumentis illam sententiam meam quodam modo insinuari. Sed contra alia exstant, quibus evidentissime demonstratur, me in hac re vehementer errasse. Frequentissime enim abiecta ultima syllaba optimas clausulas aut in deteriores mutares aut paene everteres.

1) Primum pro cretico cum trochaeo sequenti crebro poneres ditrochaeum.

J I 1 *exercitatiōnĕ dīcēndī ‖ is.*

58 *partēs ŏpōrtērē ‖ aiunt — putānt ŏpōrtērē ‖ hoc.*

85 *hereditātĕ vĕnīssĕ ‖ aut.*

104 *videātŭr īndīgnūm ‖ ac.*

Alia exempla: RA 48, 49, 86, 95, Or 7, 12, 20, 108, 148, 164.

2) Saepissime pro optimis clausulis aut nullam aut falsissimam efficeres, id quod haec exempla videntur docere:

C III 2 *incērtă cōndĭcĭō ‖ et.*

B 10 *ita cari ĭtăquĕ iūcūndī ‖ ut.*

93 *ēffĭcĭēbātquĕ ‖ ut.*

Or 7 *elūcĕăt ălĭquāndō ‖ idem.*

123 *minutē nĕc ĭtēm cōntrā ‖ et.*

148 *hānc mĭhī nōn dărēt vĕnĭām ‖ ut.*

160 *lĭttĕram͡ ădhĭbērē ‖ aut.*

Q 53 *vadimōnĭūm nōn sĭt ŏbĭtūm ‖ eadem.*

Quam ob rem illud exemplum, quod invenitur in primo de inventione rhetorica libro 4:

ŏptĭmīs ēnĭtŭīssē ‖ hoc

clausula quaedam non esse videtur, praesertim cum in illis libris, quos Cicero scripsit adulescens, illa dactylica forma acatalecta

(_ ∪ ∪ _ ~) in sententiarum exitu multo minus evitata sit quam postea (cf. Norden, Kunstprosa p. 934 not 3 et supra p. 660).

§ 9. De genetivis in *-ī*.

Nunc ad alia transeo quae de pronuntiatione e clausulis enucleari possunt. Iam Wuestius et Mueller quaedam rectissime suspicati sunt, etsi ea nondum satis ad liquidum perduxerunt. Velut non inutilem rem facere mihi videor, si Ciceronem genetivum stirpium in *-io-*[1]) exeuntium una atque simplici *ī* terminasse etiam post illos viros doctos clausulae ope iterum comprobo.

Cretico vel molosso ante clausulas A et B id demonstratur his locis:

C IV 12 *īmpĕrī cōllŏcāvērūnt.*
Or 141 *praesĭdī plūrĭmum ēssĕt.*
LM 60 *īmpĕrī pōnĕrētūr.*
Cretico ante clausulam D_1:
RA 107 *iūdĭcī pārtem ăccēpĕrĭt.*

Ut in his exemplis choriambum propter minorem auctoritatem reieci, ita non clausulam B_2 sed B_1 his locis probabimus:

LM 54 *īmpĕrī cărŭĭt.*
Q 65 *aūxĭlī caūsā.* Praeterea: RA 10, 27, 42, 62.

Eadem de causa pro C_2 clausula pono C_1 in his exemplis:

C I 1 *cōnsĭlī cēpĕrĭs.*
2 *cōnsĭlī pārtĭcēps.*
B 301 *Sūlpĭci aetātēm.*

Praeterea: LM 51, RA 67, 116, O I 81, 114, 158.

Maxime vero eae clausulae C_1 formae argumento esse possunt in quibus, si *ii* vocales in unam longam *i* non coniungeres, pro cretico finali haberes choriambum (_ ∪ _ _ ∪ ∪ ~):

B 165 *oratiōnĭs ātque īngĕnī.*
C II 26 *tumultu sătĭs ēssĕt praesĭdī.*
III 9, 20 *ūrbĭs ātque īmpĕrī.*

Praeterea: LM 48, O I 7, 117.

Accedunt nonnulla alia exempla:

ND I 54 *curiōsum ēt plēnūm nĕgōtī dĕūm.*
A II 8 *enīm lĭbrārī mănū.*

Quam ob rem clausulam D_1 non D_2 agnoscimus hoc loco:

Q 61 *ōffĭcī grădūs,* et pro D_1 multo meliorem ditrochaeum in T II 13 *īllŭd Āccī,* ut iam CFW Mueller rectissime voluit; similem in modum: ND I 102 *inquĭt nĕgōtī.* Cf. et supra p. 649.

---

1) Cf. Lindsay, die lat. Sprache, p. 439, 440. Buecheler, Grundr. d. lat. Dekl.² p. 71.

§ 10. De littera *h*.

Perpauci sane dubitant, quin haec littera Ciceronis aetate nondum plena consonans fuerit, sed ita multo posteriore demum tempore pronuntiata sit. Nihilominus de hac quoque re quaestionem institui, ut Birtium[1]) refutarem, qui contendit, *h* litteram iam tum spirantem fuisse (*h* = *ch*). Atque ex omnibus exemplis, quae proferam, satis intelleges, ne unum quidem locum exstare, in quo *h* littera aut elisionem impediat aut syllabam antecedentem positione producat. Exempla haec sunt:

1) *h* positionem non facit his locis:

T I 35 *sensūm sĭt hăbĭtūrūs,* 47 *ēssĕt hăbĭtūrūs,* 59 *nōstĕr Hōrtēnsĭūs.* Praeterea: T I 86, 118, II 2, 5, 37, ND I 37, 71, 76, B 91, 151, 218, 241, 281, RA 29.

2) Detractio statuenda est hic:

ND I 80 *nāvum͡ hăbērĕ.*

B 190 *disertīssĭmi͡ hăbĭtī sūnt.*

I 46 *probābĭle͡ hūiūs mŏdi͡ ēst.*

§ 11. De vocula *nihil*.

Hanc voculam Lachmannus in commentario ad Lucretium p. 28 et Luc. Mueller in libro, quem scripsit de re metrica[2] p. 29 apud antiquos modo unam longam, modo brevem syllabam et longam, modo duas breves habuisse dixerunt. De pronuntiatione Ciceroniana autem Wuestius (p. 81) et E. Mueller (p. 33) affirmarunt, formam *nil* locis quibusdam necessariam esse, neque ego rem aliter se habere existimo. Putaverim tamen, Ciceronem non sine consilio sed pro re pronuntiationem *nil* et *nihĭl* alternavisse. Quam rem ut in plano ponam, primum eos locos enotabo, quibus *nil* esse pronuntiandum elucet, tum eos quibus pronuntiatio bisyllaba commendatur.

1) *Nil* est pronuntiandum, si hi loci spectantur:

ND I 77 *pūlchrĭūs nihīl vĭdētūr,* qui locus, ut ita dicam, est classicus, ubi creticus ille ditrochaeo antecedens sine dubio quaesitus videtur esse. Accedunt:

C IV 23 *diligēntĭā nihīl ā vōbīs.*

Q 19 *controvērsĭāē nihīl fŭtūrūm.*

41 *tām dĭū nihīl pĕtīvīt.*

Alia exempla huius generis: T I 24, 90, Or 173, B 210, 146, 200, T II 39.

2) Tamen sine dubio interdum Ciceronem etiam *nihil* bisyllabum admisisse hi loci docent:

1) Cf. eius commentatio mus. rhen. 54 (1899), p. 201—247: 'Beiträge zur lat. Grammatik'. (Eadem fere nuperrime fusius exposuit in libro: Der Hiat bei Plautus etc., Marpurgi 1901).

T I 82 *quoniăm nĭhĭl tĕrtĭum ĕst.*
104 *oberĭt nĭhĭl sĕntĭĕntī.*
II 44 *quō nĭhĭl sĭt sŭpĕrĭŭs.*
N D I 40 *quorūm nĭhĭl tālĕ ĕst.*
Praeterea: N D I 99, B 214, A II 15, Off I 75, 110, R A 70.

Sed utrum posterior syllaba brevis fuerit an longa, non certo diiudices. *Nihil* bibreve mihi verisimile fieri videtur hoc loco:

T I 12 *sūnt nĭhĭl pōssūnt ēssē.*

Suspicor Ciceronem vocem *possunt* ideo ante infinitivum *esse* collocavisse, quod creticum ante clausulam A_2 voluit efficere, qua ex transpositione concludendum esset, voculae *nihil* apud Ciceronem longam syllabam finalem non fuisse. Obstant tamen loci sequentes, ubi *nihil* iambicum esset aptius:

locis: Q 60 *commissūm nĭhĭl ēssēt.*
91 *suām nĭhĭl ălĭŭd.*
R A 51 *praesertīm nĭhĭl ēssēt.*
107 *cōniēctūrā nĭhĭl ŏpŭs ēst.*

Sed concedam, his quoque locis omnibus *nil* pronuntiari posse, ut clausula dispondaica _ _ ◡◡ ~ ubique evadat.

§ 12. De verbo *prehendendi.*

Ut vocem *nihil* a Cicerone in *nil* contrahi vidimus, ita creberrime in Ciceronis scriptis evenit, ut syllabae *prehen* verbi *prehendendi* verborumque ab eo derivatorum in *pren*[1]) contrahantur. Ciceronis temporibus utramque pronuntiationem in usu fuisse vix quisquam negaverit, nam Ciceronem clausularum causa tam ad arbitrium pronuntiationem mutavisse non est credibile. Ciceronem ad clausulas commode fingendas semper fere *pren* forma usum esse etiam ex codicibus intellegere possumus, quoniam hi ipsi non raro formam *prendere* tradunt. Qua cum re plane consentit Quintilianus, inst. orat. IX 4, 59. Idque ipsis clausulis confirmari apparet ex hisce.

1) Saepius nulla alia re nisi contractione clausulam dactylicam evitamus:

J I 60 *horūm rĕprehendūnt.*
94 *vitiīs rĕprehendāt.*
R A 44 *novūm rĕprehendīs.*
Or 151 *Theopompūm rĕprehendūnt.*
155 *haēc rĕprehendūnt.*
A II 40 *maestitiām rĕprehendīt.*

2) Contractione opus est ad molossum efficiendum, qui antecedit ditrochaeo:

C III 4 *manifēstō dēprehendĕrētŭr.*

1) cf. Lindsay, Die lat. Sprache, p. 67.

3) Similiter clausulas et B_1 et C_1 contractione tantum formare possumus his locis:

C I 5 *Catilīnă cōmprehendī.*

III 17 *ātquĕ dēprehensa ēst.*

Q 97 *lacrimāns mănūm prehendīt.*

N D I 30 *notiōnĕ cōmprehendĭmūs.*

Praeterea: T I 50, Or 199, 222, C II 27.

§ 13. De syncopa.

Aliud genus contractionis fit cum pro *saecula* ***saecla*** Cicero dixit, pro *cognovistis* ***cognostis***, pro *cognoverat* ***cognorat***, pro *vituperaverit* ***vituperarit***, pro infinitivo *dubitavisse* ***dubitasse***. Eas contractiones invenis in his clausulis:

N D I 21 *saec(u)lă*[1]) *dōrmĭĕrīnt, saeclă nōn ĕrānt,* 112 *pōc(u)lă*[2]) *mĭnīstrāntēm,* J I 94 *ăltĕrām vĭtŭpĕrārīt,* Off I 118 *sēcūm mūltūmquĕ dŭbĭtāssē.*[3])

§ 14. De syllabarum mensura observationes reliquae.

Ex observationibus de prosodia quae reliquae sunt, primo loco pono eam quae est

I. de genetivis *ĕius hŭius cŭius.* Hae enim voculae plerumque syllabam priorem producunt, tamen una certe ex iis (*eius*) a Cicerone ut a Plauto Terentioque, nec tamen crebro, pro duabus brevibus prolata videtur esse. En exempla.

a) ēius: T I 70 *opĕrĭbŭs ēiŭs,* T II 32 *cŏmĭtĭbŭsque ēiŭs,* N D I 79 *ĭllŭd ēst ēiŭs,* R A 22 *occupātĭōnem ēiŭs ōbsērvēnt,* 96 *quaeso ēiŭs īntĕrĕrāt,* Or 32 *nomen ēiŭs ēxstārēt,* J I 108 *spiritum ēiŭs ēxcēpī,* B 25 *quanta vis sit ēiŭs ēxprōmĕrē,* 91 *orationibus ēiŭs āppārĕāt,* 325 *frātĕr ēiŭs fŭĭt,* T I 97 *ēiŭs ōrātĭō,* C IV 5 *ōmnĭa ēiŭs mŏdī,* L M 57 *ēiŭs ēxērcĭtŭs,* Q 17 *ēiŭs dīssōlvĕrēt,* R A 70 *offēndĭs ēiŭs mŏdī,* 86 *hŏmĭnĭs ēiŭs mŏdi ēst,* O I 92 *ēiŭs ūsū sŭōs,* C II 22 *complexu ēiŭs āc sĭnū,* R A 60 *potēntĭāmque ēiŭs nēglĕgī,* B 90 *ēiŭs īntēllĕgī pŏtēst.*

ĕius: N D I 105 *ēsse ĕiŭs vīsĭōnēm.*

B 165 *pravatīs ămīcīs ĕiŭs.*

ĕius vel ēius: B 281 *pătĕr ĕiŭs fēcĕrāt,* vel: *pater ēiŭs fēcĕrāt.*

R A 100 *infamēs ĕiŭs pālmās,* vel: *ēiŭs pālmās.*

---

1) cf. Lindsay, Die lat. Sprache, p. 200.

2) *Pocula* traditum est. Sed propter clausulam sine dubio *pocla* statuendum est. Si hanc clausulae formam ponis (*po*)*cŭlă mĭnīstrāntēm,* laedis accentum (cf. § 15).

3) cf. Lindsay, p. 582 et 583.

b) hūius: RA 23 *in praedia hūiŭs īnvādĭt.*
C IV 14 *hūiūs tēmpli āc lŏcī.*
I 3 *auctōrĭtās hūiŭs ōrdĭnĭs.*
c) cūius: ND I 79 *sĕd tămĕn cūiŭs hŏmĭnĭs.*
LM 70 *făcĕrĕ cūiūsquăm.*
B 220, 325 *alicūiŭs ēffēcĕrĭt.*

II. *mihi tibi sibi nisi quasi* apud Ciceronem vocalem habent ancipitem.

a) Atque longa quidem his locis certa est:

mihī: B 19 *quŏd mĭhī dēbērētūr.*
C I 6 *mentēm mĭhī crēdē.*
29 *verendūm mĭhī nōn ĕrăt.*
RA 89 *tantūm mĭhī dērŏgō.*

tibī: RA 144 *suūm tĭbī trādĭdĭt.*
C I 17 *diū tĭbī dēbĭtūm.*

sibī: ND I 84 *ipsūm sĭbī dīscĭplīnāe.*
O I 71 *parūm sĭbī cōnstēnt.*

quasī: B 200 *quasī sūspēnsōs tĕnērī.*
ND I 71 *sĕd quăsī cōrpŭs.*
49 *sĕd quăsī sānguĭnēm.*
Or 134 *sumuntūr quăsī lūmĭnă.*

b) Verisimilior productio est quam correptio his locis:

T I 8 *non quasī nārrētūr* (melius quam: *nōn quăsĭ nārrētūr*), 46 *quasī fĕnēstrāe sīnt ănĭmī,* quoniam prior cretici arsis raro tantum dissolvitur. Similes loci sunt:

B 296 *tibī măgīstrūm fŭīssē.*

RA 73 *tibī pŏtēstātēm făcĭām.*

T I 32 *sibī vĭām mūnīvīssēt* (non *tĭbĭ măgīstrūm fŭīssē,* neque *tĭbĭ pŏtēstātēm făcĭām* etc.).

c) Brevem *i* vocalem statuemus:

B 18 *illūm quĭdēm tĭbĭ mŏlēstūm.*

T 105 *ūt quĭdēm sĭbĭ vĭdētūr.*

O I 28 *āccēssūrōs pŭtāt nĭsĭ cŏāctōs.*

RA 108 *fecerūnt nĭsĭ rēm dētŭlērūnt.*

d) *Sibĭ* verisimilius est in:

T II 16 *id sĭbĭ pōsse ēvĕnīrē.*

Ita iudico, quia Cicero plures quam duos trochaeos adhibere non solet et praeterea infinitivus *posse* fortasse non sine consilio a Cicerone ante verbum quod vocamus finitum collocatus videtur, etiamsi libenter concedo, hanc collocationem adhiberi potuisse ad evitandum hiatum.

e) Clausula observatur, sive brevem sive longam *i* litteram recipis:

B 211 *mihī fŭĭt nōtūs* vel *mĭhĭ fŭĭt nōtūs.*

Q 45 *tibī sătĭs nōn dăbō.*

94 *ornamēntă sĭbĭ pĕpĕrīt*, vel:
ornamēntă sĭbī pĕpĕrīt.

Aliquid dubii videtur relinquere locus qui sequitur:

Or 160 *sciēntĭăm mĭhĭ rĕsērvāvī*, id quod equidem maluerim quam: *scientiam mihī rĕsērvāvī.*

III. Vocalem *i*, quae in paenultima syllaba primae et alterius personae pluralis coniunctivi perfecti activi et indicativi futuri II activi invenitur, Ciceronis temporibus interdum longam fuisse, ex compluribus exemplis apparere videtur.[1]) Quae sunt:

C IV 8 *quod salutis omnium causā stătŭĕrĭtīs.*
15 *in re pūblĭcā tĕnŭĕrĭmūs.*
Q 36 *haēc mĕmĭnĕrĭtīs.*
O 131 *perorantēs tĕnŭĕrĭmūs.*
A XIV 2 *vestitūm rĕdĭĕrĭmūs.*
J I 53 *primūm vŏlŭĕrĭmūs.*
LM 12 *vōs ălĭūm mīsĕrĭtīs* [melius quam: *vos aliūm mīsĕrĭtīs*].
RA 8 *caūsaē īnvēnĕrĭtīs* [melius quam: *īnvēnĕrĭtīs*].
84 *Capitōnĕ pōst vīdĕrĭmūs.*
O I 3 *utrōquĕ prōfēcĕrĭmūs.*
103 *rebūs sătīs fēcĕrĭmūs.*

Persuasum habebis his locis *i* litteram producendam esse, ne efficiatur exitus pessimus _ ⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ (*haēc mĕmĭnĕrĭtīs* Q 36 etc.). Nec melior hercle haec clausulae forma *prīmūm vŏlŭĕrĭmūs*, quae nusquam alicubi invenitur ideoque spernenda est. Contra clausulae quae secuntur ancipites mihi videntur.

C IV 12 *ēssĕ vŏlŭĕrĭmūs*, 23 *ēssĕ mĕmĭnĕrĭtīs*, RA 110 *cognōscĕrĕ pŏtĕrĭtīs.*

In his igitur exemplis ego maluerim comprobare clausulas legitime formatas in quibus nihil aliud statuendum erit, nisi alteram cretici arsim et longam trochaei syllabam esse solutam.

§ 15. De accentu.

Postquam his ultimis annis demonstratum est inconcussa stare quae de accentus cottidiani et metrici apud scenicos consensu tresviri illi summi Bentleius Hermannus Ritschelius docuerunt, sine dubio habemus, cur in clausulis quoque Ciceronianis accentum observari credamus. Atque fatendum sane est plerumque vocabula a Cicerone in clausulis ita posita esse, ut accentus linguae cottidianae incidant in eas syllabas, quas velut arses clausularum vocare possumus. Ergo ut apud Plautum et Terentium fit cavendum esse videtur, ne duae breves vocabulum finientes arsin expleant. cf. p. 669, 670. Quia igitur hac quoque re sententiam nostram de accentuum cum arsi consensu

---

1) Cf. Catull, 5, v. 10: *Dein cum milia multa fecerīmus.* Norden, p. 935 n. 4.

firmari videmus, ubi optio datur inter duas clausulae formas, eam praeferemus, cuius accentus cottidiano respondet. Inde iudicium facio de his locis:

1) Non clausulam A_1 sed B_1 statuo, ne ultima brevis accentu feriatur his locis:

C I 26 *făcĭnŭs ŏbĕŭndūm* (non *facinŭs ŏbĕūndūm*), II 18 *făcĕrĕ vŏlŭīssēnt,* 25 *vĭtĭă sŭpĕrārī,* III 17 *scĕlĕrĕ vĭgĭlāntēm,* IV 3 *mĭsĕră săpĭēntī,* 12 *perfĭcĕrĕ vŏlŭērūnt.* Alia exempla huius generis invenies: LM 62, Q 21, 51, 76, RA 6, 38, 65, 80, 87, 153, B 4, 11, 227, 251.

2) Similem in modum pro clausula A_1 statuo B_2 (– ⏑ ⏑ ⏑⏑ – ⏓) his locis:

Q 53 *dupondiŭs tŭŭs ăgĕrētŭr.*
T I 38 *ómnĭă refĕrēbānt.*
ND I 76 *cópĭă rătĭōnēm.*
113 *ómnĭă rĕfĕrāntŭr*

praesertim cum mea quidem sententia haec forma ⏒ ⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏒ ⏓ melior sit quam tres trochaei ⏒ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏒ ⏓.

3) Tamen non nego apud Ciecronem quoque fieri potuisse quod apud comicos saepe fieri omnes hodie consentiunt, ut interdum brevis finalis cum brevi initiali arsin expleat.[1] Sic in clausula B_1 si altera cretici arsis est soluta, invenis saepius priorem brevem syllabam contineri priore vocabulo, posteriorem verbo sequenti. Intellego hos locos:

B 11 *solācĭa dĕdīstīs.*
15 *ōmnĭă vĭdērēm.*
111 *dīcĕrĕ pŭtārēs.*
230 *dīcĕrĕ sŏlēbāt.*
180 *multitūdĭnĕ prŏbētŭr.*
327 *prīstĭnă mănēbāt.*

At si exemplorum quae modo attuli accentus nihil miri habent, iam a solito more haec paululum declinant.

Q 69 *tántŏpĕrĕ lăbórānt.*
RA 129 *intolcrābĭlĭă vĭdéntŭr.*
LM 62 *ūno hŏmĭnĕ vĭdémŭs.*
T II 29 *hórrĭbĭlĕ vĭdétŭr.*
62 *in mănĭbŭs hăbēbāt.*
ND I 16 *cóncĭnĕrĕ vĭdēntŭr.*

4) Id quoque quod quarto loco proferam non nimis ab eis quae per leges accentus fieri possunt abhorret. Nam si ultima vocis syllaba elisa vel synaloepha cum prima vocali verbi insequentis con-

[1]) Cf. ex. gr. Plaut: Trin. 1046 *Nón hoc publice animadvorti? nam íd gĕnŭs hominum hŏminibus* || Truc. 297 *Quód scias? Erŭls noster fīlĭŭs ăpŭd nós Strabax.* || 333 *Quem iám revocabas īmprobĕ nĭhĭlĭque homo* || Aul. 378 *Ita illís impuris ōmnĭbŭs ădĭī manum.* Alia exempla: Amph. 94, 102, 882, Merc. 611, 693, 1008, Stich. 209, 574, 660, Poen. 93, 628.

iuncta est, etiam in quartam a fine eiusdem vocis accentum recedere posse et a nonnullis viris doctis[1]) doceri video et Ciceronis exemplis ipsis probatur, velut:

RA 112 *amīcĭtĭam ĕt fĭdēm.*
79 *rĕcĭdĕre īntēllĕgās.*
Q 4 *cōnsĭlĭum ĕx ŏpĭbūs.*
C II 13 *ĕxĭlĭum ēĭcĭō.*
III 12 *āuxĭlĭa ādiūngās.*
24 *Sūlpĭcĭum ōpprēssĭt.*
N D I 105 *sĭmĭlĭum āccēssĭō.*
119 *rĕlĭgĭōnum ōmnĭūm.*

5) Sunt tamen quae accentus leges etiam vehementius violent. Atque primum quidem persaepe accidit, ut accentus eorum verborum quae plus quam tres syllabas explent, ad quartam syllabam recedat etiamsi non eliditur ultima. Cfr. exempla haec:

N D I 26 *īntĕrĭūs mēntĕ.*
107 *ōbĭcĭtūr quāedām.*
C I 18 *flāgĭtĭūm sĭnĕ tē.*
22 *īnvĭdĭāe nōbīs.*
B 113 *prōptĕrĕā grātĭōr.*
150 *Sūlpĭcĭō cōgĭtāns.*
183 *iūdĭcĭō cōngrŭĭt.*
T II 41 *dēcŭbŭĭt tūrpĭtĕr.*
46 *sīgnĭfĭcēm plūrĭbūs.*

6) Verum tamen gravius est quod sequitur. Nonnullis locis accentus ita violatus est ut neque apud Plautum Terentiumque unquam videmus factum esse neque apud Ciceronem admisimus in eis exemplis quae in initio huius paragraphi attulimus. Nam scaenici quidem nunquam fere nisi in primis pedibus versuum accentum in paenultima brevi ponunt. At Cicero id fecisse videtur sequentibus locis, quibus quam clausulam praeter B_1 sive C_1 statuere possis non video. Invenis igitur exempla qualia sunt haec:

B 122 *optĭmă pŭtābātūr.*
145 *Scaevŏlă pŭtārētūr.*
272 *excurrĕrĕ vĭdērētūr.*
T I 43 *contĭgĭt ĕt āgnōvĭt.*
80 *corpŏrĕ lŏcātī sīnt.*
II 6 *omnĭă rĕfērsērūnt.*
N D I 42 *volnĕră vĭdērēmūs.*
Q 52 *nomĭnĕ lĕvārētūr.*
70 *arbĭtrŏr ŏpōrtērē.*
RA 33 *corpŏrĕ rĕcēpīssēt.*
121 *emĭnĕt ĕt āppārēt.*

---

1) Cf. Ritschl, opusc. II p. 209 et Klotz, Altröm. Metrik, p. 265.

C III 24, LM 30 *sanguĭnĕ rĕdūndāvĭt.*
Or 79 *rubōrĭs ōmnĭă rĕpēllēntūr.*
52 *quaerĕrĕ vĭdēbārē.*
De Or I 83 *sensĭbŭs ăbhōrrēbāt.*
LM 67 *tūrpĭtūdĭnĕ vĭdērēmūr.*
T II 4 *respondĭmŭs ĭn Hōrtēnsĭō.*
RA 68 *abhorrĕăt ăb īnsānĭā.*
B 145 *brevitātĕ mīrābĭlĭtĕr āptūs.*
O I 32 *promisĕrĭs ĭnūtĭlĭă.*[1])
RA 44 *cōnsuētūdĭnĕ pătrēs făcĭūnt.*
J I 4 *studiosĭŭs ădaugēndūm.*

Iam si eorum rationem habemus quae sub 4, 5 et 6 diximus, negari non poterit, Ciceronem plurimum quidem, sed non semper accentum respexisse in clausulis faciendis. Nam certe nonnullae clausulae, quae ad quantitatem solam factae sunt, accentum non observant.

§ 16. De enclisi.[2])

Cum igitur quantum fieri poterat accentus rationem habitam esse credamus, commode fit ut in quibusdam exemplis quae primo obtutu contra stare videntur mutationem accentus enclisi factam agnoscere possimus. Saepissime enim videmus alteram arsin prioris cretici et priorem arsin alterius in clausula C_1 uno vocabulo effici (´ ⏑‖– ´‖⏑ ⏑̀), ut utraque syllaba huius verbi dispondiaci ictum ferat. Quo modo fit, ut altera demum syllaba iambici verbi clausulam claudentis feriatur accentu, quem prior ferre debebat. Iam spectemus cuius generis sint illa iambica vocabula, quorum accentus videtur ita violatus esse.

Primo obtutu videbis agi maxime de pronominibus sive adverbiis encliticis: *meus, tuus, suus, quidem, modo,* vel de formis quibusdam verborum encliticorum velut: ***sumus, fuit, velim, velis, velit, velint,*** aliis huius generis. Habes enim:

J I 20 *exordīrī caūsām vŏlēt.*
Or 7 *fortāssĕ nēmō fŭĭt.*
51 *vidērĕ quōnām mŏdō.*
O I 3 *certē sĕcūtī sŭmŭs.*
2 (B 299) *exīstĭmārī vĕlīm.*
13 *ā nātūrā vĕlĭt.*
122 *iucūndĭtātī vŏlēnt.*
89 *āppēllāntūr quĭdēm.*
B 3 *aūt ăb īllō mĕŭs.*
26 *lucēnt Athēnae tŭae.*
38 *concīnnĭtātīs sŭae.*

---

1) Fortasse legendum erit: *promiserīs ĭnūtĭlĭă.*
2) Cf. Skutsch, Forschungen I p. 127 sqq.

Praeterea: Or 19, 64, 89, 122, 104, O I 156, B 13, 67, 12, 255, 261, O I 121, 142.

Accedunt duo alia exempla, in quibus alia verba usurpata sunt. Habes enim:

Or 125 *actuōsae pārtēs dŭae.*
110 *ōmnīs causās ăgēs.*

Si contuleris Skutschium (in Rom. Jahresber. II p. 58), invenies, nomen numerale cum substantivo, verbum cum obiecto in lingua Latina interdum unum accentum habuisse.

Nec minus si accentus creberrime violatus videtur esse voculis quibusdam monosyllabis clausulam B_1 finientibus (– ∪ – ∠‖∼), apparet haec monosyllaba paucis locis exceptis esse enclitica. Accipe iam quaeso nonnulla exempla.

Off I 11 *quōdquĕ praesēns ēst.*
12 *qui prōcrĕātī sŭnt.*
21 *bellō pŏtītī sŭnt.*
42 *lībĕrālēs sīnt.*
61 *despicĭēntĕ făctŭm sĭt.*

§ 17. De praepositionibus acutis.

Similia fere eis quae in § 16 protulimus, de praepositionum cum casibus coniunctione valent (cf. Skutsch, Forsch. I, § 13). Nam hanc quoque cum sub uno accentu pronuntiaverint, sequitur ne in his quidem exemplis accentum esse violatum.

Off I 114 *nos ăd ĕă dētrūsĕrăt.*
B 39 *ăd hŏdĭērnŭm dĭēm.*[1]
241 *ascendīssĕt ăd hŏnōrēs.*
Or 91 *humile dē quō dīctum ēst.*
B 232 *audīrĕ dē tē.*
251 *dē tŭo ōbscūrŭm.*
A II 87 *īn dĭēm vīvĕrĕ.*
Or 117 *īn spĕcĭēs cērtās.*
O I 109 *īn pătre ĕt īn fīlĭō.*
126 *est īn trĭbŭs rēbŭs.*
B 78 *īn nŭmĕro ēst hăbĭtŭs.*
227 *īn fŏrō sōlĭtūdō.*
253 *īn lĭbrō dīxĕrīt.*
261 *īn bŏnō lūmĭnĕ.*
301 *īn fŏrō dīcĕrĕ.*
302 *īn fŏrō dīcĕrĕt.*
303 *īn fŏrŭm vĕnĭmŭs.*
330 *īn vĭam īngrĕssŭm.*

---

1) Hoc loco praeterea *dies* encliticum est. Cf. Lindsay, Die lat. Sprache, p. 195.

Caput VI.

De verborum collocatione a Cicerone clausularum gratia mutata.

Ubi solitus verborum ordo clausulam non efficiebat, verba a Cicerone interdum satis audacter traiecta esse iam Nordenus obiter (p. 214) animadvertit. Quid quod traiectionem interdum adhibuit, ut pro sat bona clausula meliorem nancisceretur? In quod artificium accuratius inquisiturus novem genera traiectionis discrevi.

I. Primum est subiectum in fine collocatum post verbum regens his locis:

T I 3 *declarat ōrātiō Cătōnīs.* || 7 *si haec mihi nunc senilis ēst dēclāmātĭō.*[1] || 8 *ergo ita nascētŭr ēxōrdĭŭm.* || 14 *quae enim potest in vita ēssĕ iūcūndĭtās.* || 33 *nescio quo modo inhaeret . . . augurĭŭm fŭtūrōrŭm.* || 50 *videātŭr āetērnĭtās.* || 53 *quando fīnem hăbēt mōtŭs.* || 55 *ex quo effĭcĭtŭr āetērnĭtās.* || 60 *quorsus igitur spēctăt ōrātĭō?* || 61 *quae possunt verborum quae . . . ēssĕ vēstĭgĭă.* || 65 *tanta fĭĕrĕt īnĭūrĭă.* || 75 *minus tardabitur cūrsŭs ănĭmōrŭm.* Alii loci eiusdem generis inveniuntur: T I 82, 94, 96, 97, 102, 105, 107, 108, 110, 111, 113, B 6, 7, 13, 19, 21, 61, 68, 70, 72, 75, 86, 90, 93, 99, 115, 117.

II. Cum obiectum verbo regenti soleat fere antecedere, Cicero verbum regens persaepe ante obiectum collocat, quod ex his locis praecipue elucet:

T I 3 *in quo erat facile vincere nōn rĕpūgnāntēs.* || 6 *nec delectatione aliqua allĭcĕrĕ lēctōrēm.* || — *abutentis et ōtĭo ēt lĭttĕrĭs.* || 10 *poteris adhibērĕ Dēmōsthĕnēm.* || 22 *appellat . . . mōtĭōnem ēt pĕrēnnēm.* || 40 *quasi partita habeant inter se ac divīsă mōmēntă.* || 49 *quid habet ista res aut laetābĭle āut glōrĭōsŭm.* || 55 *ita isti făvĕō sēntēntĭāe.* || 62 *quae investīgăt ōccūltă.* || 64 *abundantem sonantibus verbis ubcrĭbŭsquĕ sēntēntĭīs.* || 66 *quod et praeterita teneat et . . . complecti pŏssĭt prāesēntĭă.* Praeterea exempla invenis in T I 67, 75, 79, 82, 84, 87, 99, 109, 116, II 2, 26, 28, 32, 34, 35, 36, 45, 47, 51.

III. Saepissime etiam definitioni accuratiori atque explicationi vel subiecti vel obiecti vel verbi regentis vel alius alicuius vocis solet antecedere verbum regens. Hoc probatur his locis:

T I 3 *canere convivas . . . de clarorum hŏmĭnŭm vĭrtūtĭbŭs.* ||

[1] *declamatiōst* non efficiebat nisi clausulam D_1.

4 *incendūntŭr ăd stŭdĭă glōrĭă.* ‖ 6 *quasi si aliquid . . . attŭlĭmŭs īndūstrĭă.* ‖ 11 *atque pleni libri sunt ... dissĕrēntĭūm phĭlŏsŏphōrūm.* ‖ 13 *an tu egrēssūs pōrtā Căpēnā.* ‖ 20 *ēxplānātum ā Plătōnĕ.* ‖ 22 *quintum genus adhibēt văcāns nōmĭnĕ.* ‖ — *appellāt nŏvō nōmĭnĕ.* ‖ 23 *sin id non potest nisi hac quaestiōne ănĭmōrum ēxplĭcātā.* ‖ 26 *remanērĕ pōst mōrtēm.* ‖ 28 *habētŭr ā nōstrīs.* Praeterea: T I 29, 30, 32, 34, 38, 41, 42, 47, 53, 56, 57, 62, 64, 65, 66, 69, 71, 72, 77, 80, 82, 84, 86.

IV. J. Wackernagel in commentatione quadam egregia [Über ein Gesetz der indog. Wortstellung, Indogerm. Forsch. I 1891, p. 333—434] demonstravit, voculas encliticas in ordine verborum secundum locum obtinere solere. Id igitur in universum de vocula *esse* quoque valet.[1]) At persaepe formae quaedam huius verbi paenultimo loco adhibitae sunt, saepissime ante participium ipsum et futuri passivi et perfecti passivi. Causam huius rei facile invenias. Vides formas *esse, esset* commodissime efficere trochaeum illum clausulas incipientem. Saepissime monosyllabae quoque formae velut: *est, sunt, sit, sint* aptissimae videntur esse ad primam syllabam longam clausularum formandam, quam ob rem hae quoque paenultimo loco usurpantur. Postquam haec omnia in universum dicta sunt, spectemus nunc nonnullos locos.

T I 1 *iam iamque ēssĕ mŏrĭēndūm.* ‖ 49 *totos ēssĕ pĕrĭtūrōs.* ‖ 73 *sic omnibus bonis e doctis ēssĕ făcĭēndūm.* ‖ 81 *oblitine sumus hoc nunc nobis ēssĕ prōpŏsĭtūm.* ‖ II 65 *quam saepe dixi ēssĕ fīrmāndām.* ‖ 43 *a viris virtus nōmĕn ēst mūtŭātā.* ‖ I 6 *in quo eo magis nōbīs ēst ēlăbōrāndūm.* ‖ 18 *quid sit primum ēst vĭdēndūm.* ‖ 53 *quae a Socrate ēst īn Phaedro ēxplĭcātā.* ‖ N D I 51 *nullis occupatiōnĭbŭs ēst īnplĭcātŭs.* ‖ 57 *qualis modo a tē sĭt ēxpŏsĭtā.* ‖ C III 22 *tantae audaciae consilium ēssĕt ērēptūm.* ‖ Q 69 *qui apud te ēssĕt ēdūctŭs.* ‖ T I 86 *si tum ēssĕt ēxstīnctŭs.* ‖ 88 *cum regno ēssĕt ēxpūlsŭs.* ‖ N D I 38 *ad vitae cultum ēssĕt īnvēntā.* Alia exempla huius generis: T II 66, N D I 6, 75, 86, C III 3, IV 15, R A 101, C IV 15, I 31, III 9, 19, Q 48.

V. Etiamsi alibi quoque infinitivi et accusativi cum infinitivo constructi post verbum regens inveniuntur, tamen Cicero in verbo regenti praeponendo tam multus est, ut inde sit concludendum, eum id facere clausulae gratia. Apparet enim praecipue infinitivum vel aliquod aliud verbum constructionis, quam accusativum cum infinitivo adhibitum vocamus, persaepe sua sponte se offerre ad faciendas clausulas.

T I 16 *quae dicis te maiōră mōlīrī.* ‖ 23 *id puto ēssĕ cōmmŏdĭŭs.* ‖ 37 *nec fieri possūnt nĕc īntēllĕgī.* ‖ — *non poterant mēntĕ cōmplēctī.* ‖

1) Cf. de vocula *esse* C. F. W. Mueller ad Lael. §§ 48, 70.

38 *dixit animos ēsse hŏmĭnŭm sēmpĭtērnōs.* || 54 *id autem nec nascī pŏtēst nēc mŏrī.* || 56 *haec enim etiam dīcĭmŭs vīvĕrē.* || 58 *non potuit animus . . . inclūsŭs ădgnōscĕrē.* || 60 *cŭm iūrārem ēssĕ dīvīnŭm.* || 61 *et esse memoriam . . . rerum in mēntĕ vēstīgĭă* || — *quae illa tam multa pŏssĭt ēffĭngĕrē.* Praeterea: T I 63, 71, 75, 78, 81, 99, 100, 102, 107, II 1, 4, 5, 8, 14, 17, 28, 29, 31, 32, 33, 35, 41, 42, 49, 50, 54, 58, 60, 61, 65, 66, 67.

VI. Persaepe Cicero voces secum sensu cohaerentes dirimit atque seiungit verbum regens vel aliam vocem clausulae aptam interponens.

T I 3 *e doctīs gĕnŭs sĭt pŏētārŭm.* || 57 *nec verō fĭĕri ŭllō mŏdō pŏssĕ.* || 83 *ne post mortĕm mĭsĕrōs nōs pŭtēmŭs fŏrĕ.* || II 12 *qui se haberī vĕlĭt mūsĭcŭm.* || 45 *multosque possum bonōs vĭrōs nōmĭnārĕ.* || N D I 2 *tanta sunt in varietāte ĕt dīssēnsĭōnĕ.* || T II 11 *cum est idoneam complēxă nātūrăm.* || I 65 *quae tŏt rēs ēffĭcĭăt ĕt tāntās* || — *tanta fĭĕrĕt īniūrĭă.* || 46 *sentire nihĭl quĕăt mēns.* || N D I 119 *sepulturae dēmōnstrāntŭr dĕōrŭm.* || B 12 *aut quod aliqua ex parte sollicitūdĭnēs ădlĕvārĕt mĕăs.* || 13 *Quodnam tandem genus istuc tam praeclarum lĭttĕrārŭm fŭĭt?* || 16 *uberiōrēs ĕffērrĕ frūgēs sŏlĕt.* Alios locos eiusdem generis invenies in B 21, 25, 28, 32, 35, 36, 40, 43, 47, 62, 67, 83, 111, 119, 130, 151, 155, 161, 164, 165, 172, 173, 175, 178, 189, 198, 202, 207, 208, 212, 227, 232, 257, 268, 275, 281, 283, 288, 292, 304, 318, 325.

VII. Clausularum gratia Cicero interdum etiam adiectiva et participia collocat post verbum regens, etiamsi fortasse hic concedendum est, id nonnunquam videri fieri, quo gravior aut subtilior fiat sententia.

T I 5 *prosimus etiam si possumus ōtĭōsī.* || 6 *dicuntur scripti . . . sed non satis ērŭdĭtīs.* || 9 *in mĭsĕrĭăm nāscĭmŭr sēmpĭtērnăm.* || 65 *quem modo dixi crassum ătquĕ cōncrētŭm* || — *sic utriusque . . . ănĭmŭs ēst ēxpērs.* || 80 *quarum animi sunt rătĭōnĭs ēxpērtēs.* || 84 *cum ei nihil accidīssĕt ădvērsī.* || 94 *potest ēssĕ iūcŭndĭŏr.* || 104 *quid igitur mihi . . . oberĭt nĭhĭl sēntĭēntī* || — *proici se iūssĭt ĭnhŭmātŭm.* || 108 *ut est in hĭstŏrĭă cūrĭōsŭs.* || 108 *quam ĭlli ŏb ĕăm rēm bĕātī.* || 111 *hanc excutere opinionem mihimet vŏlŭī rādīcĭtŭs.* || 117 *sin autem pĕrēmĭt ăc dēlĕt ŏmnīnō* || — *somno consopiri sēmpĭtērnō.* Alia exempla: T I 118, 119, II 3, 5, 12, 13, 14, 16, 18, 19, 26, 27, 35, 42, 46, 54, 57, 59, 61, 62, 63, 64.

VIII. Ante adverbium quoque nonnunquam verbum regens ponitur, ut ex hisce clausulis intellegi potest.

T I 14 *aut nihil dīcĭs ŏmnīnō.* || 35 *cernere nātūrăe vīm māxĭmē.* || 76 *audītīs mŭltō măgīs.* || II 42 *moveri homines dīcō vĕhĕmēntĭŭs.* ||

56 *qui volūnt ēxclāmārĕ māiŭs.* ‖ 57 *quo sunt contenta atque addŭctā vĕhĕmēntĭŭs* ‖ — *quo est missă cōntēntĭŭs.* ‖ 58 *dicendum ēst ĕnĭm saepĭŭs* ‖ — *quod de dolore datūr pătēt lātĭŭs.* ‖ ND I 15 *venisse ut dicis ŏpŏrtūnē.* ‖ 30 *quae et per se sunt fālsă pērspĭcŭē.* ‖ 59 *aŭdĭēbām frĕquēntĕr.* ‖ 85 *fecīssĕ cōnsūltō.* ‖ 91 *etenim enumeranti memŏrĭtĕr ēt cōpĭōsē.* ‖ 101 *sed ne factūm quĭdem ōmnīnō.* ‖ 104 *si modo movētŭr ălĭquāndō.* ‖ 111 *persequitur omnis nōmĭnātĭm* ‖ *ut universum mundum contemplāntŭr ēxtrīnsĕcŭs.*

IX. Nunc addam nonnullos locos ex quibus eluceat, Ciceronem traiectione verborum ante omnia id egisse ut illum exitum _ ᴗ ᴗ _ ⏑ evitaret eoque evitato bonum adscisceret.

T I 20 *Xenophanes . . . corpus negāvĭt ēssē* [non: *ēssĕ nĕgāvīt*], 26 *remanērĕ pōst mōrtēm* [non: *post mortēm rĕmănērē*], 27 *quae in claris viris . . . solērĕt ēssē* [non: *ēssĕ sŏlērēt*], 50 *videātŭr aetērnĭtās* [non: *aeternitās vĭdĕātŭr*], 53 *quodque ipsum agitātŭr ălĭūndē* [non: *aliūnde ăgĭtātŭr*], 54 *quod pulsu agitātŭr ēxtērnō* [non: *exstērno ăgĭtātŭr*], 60 *utrum capacitatem aliquam in animo putāmŭs ēssē* [non: *in animo ēssĕ pŭtāmŭs*], 61 *quae illa tam multa pōssĭt ēffīngĕrē* [non: *effīngĕrĕ pōssīt*], 104 *nullum residērĕ sēnsūm* [non: *nullum sensūm rĕsĭdērē*], II 12 *ut iis fuisset non didicīssĕ mĕlĭŭs* [non: *non meliūs dĭdĭcīssē*], ND I 7 *praecēptă rĕfĕrūntŭr ăd vītām* [non: *praecepta ad vītām rĕfĕrūntŭr*], 24 *vel pyramidis videtur ēssĕ fōrmōsĭŏr* [non: *pyramidis formosior ēssĕ vĭdētŭr*], 49 *pōssĭt ăgnōscĕrē* [non: *agnōscĕrĕ pōssīt*].

Denique in fine huius paragraphi demonstrabo eadem genera transpositionis Ciceronem adhibuisse, non solum ut ipsas clausulas sed etiam ut creticum sive dicreticum ante clausulas A_1 A_2 recuperaret.

T I 9 *in mĭsĕrĭām nāscĭmūr sēmpĭtērnām.* ‖ 20 *eius doctōr Plătō trīplĭcēm fīnxĭt ănĭmŭm* [exspectamus: *Plato animum trīplĭcēm fīnxĭt,* vel: *Plato animum fīnxĭt trīplĭcēm*]. ‖ 22 *quasi quandam continuatam mōtĭōnem ēt pĕrēnnēm* [exsp.: *continuatam et perennem mōtĭōnēm,* sed creticus ille ditrochaeo antecedens tum non esset effectus]. ‖ 36 *censebant reliquam vītam ăgī mōrtŭōrŭm* [exsp.: *vitam mōrtŭōrum ăgī,* vel: *agi reliquam mōrtŭōrŭm*]. ‖ 62 *paucis litterarūm nŏtīs tērmĭnāvīt.* ‖ 91 *ad sē pŭtēt pērtĭnērē.* ‖ 114 *mōrtŭī sūnt rĕpērtī.* ‖ II 16 *ēssĕ pōssĭt bĕātŭs* [exsp.: *beatus ēssĕ pōssīt,* vel: *beatus pōssĭt ēssē*]. Alia exempla huius generis: T II 44, 45, ND I 33, 37, 38, 40, 44, 59, 62, 69, 94, 121.

Caput VII.

De crisi.

Apparet, si vere iudicavimus Ciceronem tantum clausulis tribuisse et si vere singula enucleavimus, novum nos in observandis clausulis instrumentum criticum repperisse, quo tutius interdum utemur quam libris manuscriptis. Neque tamen ego repetam, quae iam G. Meyer luculentissime de his rebus exposuit (G. G. A. 1893 I p. 26), sed id agam, ut rem certis quibusdam exemplis stabiliam. Eius modi autem exempla eligo, in quibus clausularum ope aut inter duas lectiones traditas diiudicari aut interpolationis suspicio removeri possit.

I. Tusc. I 15 *Quia, si mori etiam mortuis miserum esset, infinitum quoddam et sempiternum malum haberemus* [*in vita*].

Ad hunc locum Baiter Halmiusque adnotant, vocem *in vita* ut aliis eiciendam videri ita etiam A. de Jonghio Symb. litt. VI p. 54 dicenti: *Quo modo possit sempiternum malum in vita esse, si mori mortuis sit malum, non intellego. Nec potest in vita ad sequentia* (*in vita nunc video calcem*) *trahi* eqs. — Equidem ab his viris doctissimis dissentio, non modo eo quod, si *in vita* retinemus, clausula B_1 efficitur longe clausulae B_2 (*nūm mălum͡ hăbērēmŭs*) praeferenda, sed etiam quod sensus quoque verba tradita mea quidem sententia optime admittat. Nam postquam Cicero dixit, mortem non posse malum esse mortuis, quia non iam sint, eum in ineunti § 15 dicere velle patet hoc: Nunc permagnum malum de humana condicione deiecisti. Nam si mori etiam mortuis miserum esset, etiam in vita nostra haberemus malum infinitum quoddam et sempiternum, quoniam semper per totam vitam nostram cruciaremur cogitatione, necesse esse nos non solum aliquando mori, sed etiam tum infelices esse in aeternum, quod sine dubio summum malum nobis esset. Itaque cum C. F. W. Muellero, qui *in vita* revera in textum recepit, fecerim. Sed etiam is, cui illud *in vita* ineleganter dictum esse videatur, non habebit, quod illam vocem deleat, quoniam satis notum est, Ciceronem alibi quoque contra artem logicam peccasse.

II. Tusc. I 52 *praeceptum Apollinis* [*quo monet*]. *Quo monet* delevit Bake idque puto non suo iure. Nam etiamsi supervacaneum est, mea quidem sententia minime est delendum. Facit enim dicreticum purum, cum sine his vocibus nihil nisi clausula D_1 exstet (i. e. *praecēptum͡ Ăpōllĭnĭs*).

Quam ob rem hanc vocem optimo iure C. F. W. Mueller in textum recepit. Ceterum notum est alia eiusdem generis exstare; cf. Tusc. V 100: *est praeclara epistula Platonis ad Dionis propinquos,*

in qua scriptum est his fere verbis, 73 *Solonis quidem elogium est quo se negat velle suam mortem . . . vacare*; ib. 32 *Nec enim umquam sum adsensus veteri illi laudatoque proverbio quod monet.* Alia exempla invenis apud C. F. W. Muellerum ad offic. I 52.

III. Tusc. I 77 *Qui possit rogas? catervae veniunt contra dicentium nec solum Epicureorum, quos equidem non despicio, sed nescio quo modo doctissimus quisque* [*contemnit*]. Ita codices; sed *contemnit* Baiter Halm C. F. W. Mueller alii deleverunt. Id mihi non probatur, etiamsi simile verbum *despicio* antecedit. Immo vero putaverim vel ob id ipsum *contemnit* in textum recipiendum esse, quod *quīsquĕ cōntēmnīt* non solum clausulam meram B_1 praebet, sed etiam hoc modo efficitur creticus ille omnibus clausulis libentissime praemissus *doctīssĭmūs*, ut multa docent exempla quae in p. 621 attuli.

IV. De nat. deor I 104 *Quaero igitur, vester deus primum ubi habitet, deinde . . . porro . . . deus quid appetat, ad quam denique rem motu mentis ac ratiōne ūtātūr.* Hanc scripturam esse falsissimam primo conspectu apparet. Nam cum codices nostri omnes *rationis* praebeant, tradunt clausulam perbonam – ⏑ – – ⏓, quam critici demum nostri temporis ablativo intruso delent. Ciceronem *ōnĭs* exitus ope saepissime illum trochaeum initialem formare iam supra vidimus (p. 630). Genetivus *rationis* pendet ex verbo *motu* ut *mentis*, id quod sane ferri potest argumentisque firmari vix necesse est.

V. N D I 34 *Nec vero eius condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior* [*est*]. Hoc exemplo satis demonstrari potest, quantum ponderis habeant clausulae ad Ciceronis textum sanandum. *Est* habet codex H, omittit B, in A manus secunda rasurae superscripsit. Nemo erit qui neget codicem B sequendum esse, quoniam clausula nisi omisso *est* formari non potest, illud *gĕnĕrĕ prūdēntĭōr* autem optima est.

VI. Off I 59 *Haec igitur et talia circumspicienda sunt in omni officio* [*et consuetudo exercitatioque capienda*], *ut.* Ad hunc locum adnotat C. F. W. Mueller in commentario (Lips. Teubn. 1882): *et cons. — cap. Die Worte nehmen das voraus, was erst im Folg. mit sed dem hier Gesagten gegenübergestellt wird, können also nicht echt sein.* Iam vero etiamsi hoc concedo, moveor tamen eo quod quae in omnibus codicibus scripta extant *exercitatioque capienda* optimam praebent clausulam – ⏑ ⏖ – ⏓, cum *omni officio* satis vilis sit A_2. Accedit quod iterationes sententiarum cogitationumque apud Ciceronem non ita rarae sunt atque illa vocula *que* sescenties ad trochaeum illum clausulas incipientem formandum ascita est.

VII. Off I 146 *si acres ac diligentes esse volumus animadversorēs[quĕ] vĭtĭōrŭm || magna saepe intellegemus ex parvis.*

Hic locus a multis viris doctissimis tentatus magnam sane difficultatem praebet. Hoc vero mihi constat eo modo, quo C. T. W. Mueller huic loco mederi conatus est, id fieri non posse. Hic enim vir doctissimus aliorum exemplum secutus illud *que* voluit removere ex textu. Sed vide mihi qualis eo modo clausula evadat! Fit dactylica illa *-rēs vĭtĭōrŭm*, quam angue peius in posterioribus scriptis Cicero fugit. Accedit quod illud *que* tradunt codices optimi. Klotz ante *animadversoresque* iniecit *spectatores*, quae quidem scriptura mihi propter sensum magis placet quam illud *iudices*, quod alii ante *esse* inserunt. Sed quaecumque vox interponenda est, illud non dubitari potest, quin *que* vocula a Cicerone certo hoc loco scripta sit, hic quoque ut saepius (cf. p. 634 sqq.) verbo sex syllabarum adiuncta, ut clausula fiat.

VIII. Off I 156 *Nec solum vivi atque praesentes studiosos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum assequuntur.*

Atque posteriore loco codices optimi; deteriores *ac* et *et*. Deteriorum lectio sane eo commendatur, quod clausulam facit *ērŭdĭŭnt ăc* (*et*) *dŏcēnt*. Sed cum ex artis legibus sit, ab optimorum codicum lectione proficisci, malo aut ex Skutschii coniectura scribere: *erudiunt atque* ⟨*e*⟩*docent* i. e. item clausulam C_1 ⏖ ⏑ – – ⏑ ∼ aut — quod multo magis mihi probatur — credam, Ciceronem scripsisse quidem *atque*, sed nihilominus *ac* pronuntiavisse (cf. p. 639, 640).

I.

		pag.
De clausulis Ciceronianis in universum agitur		581—584
Cap. I.	De clausularum formis	584—592
	§ 1 De cretico et molosso plenis clausulis praemissis	585—586
	I Creticus ante clausulam A	585
	II Molossus verborum traiectione effectus est ante clausulam A	586
	§ 2 De clausula D	586—588
	I Creticus invenitur ante clausulam D	587
	II Molossus statuendus est ante clausulam D	588
	§ 3 De choriambo disputatur	588—590
	I Choriambus ante clausulam A	588
	II Choriambus cum trochaeo coniungitur	589
	III Choriambus cum cretico coniunctus est	589—590
	§ 4 De clausulis quibusdam aliis	590—592
Cap. II.	Quid pretii Cicero singulis clausulis tribuerit	592—599
	A De pretio	592—594
	B De copia clausularum singularum	594—599
Cap. III.	De caesuris agitur	599—601
	§ 1 Clausulae A	600
	§ 2 Clausulae B_1	600—601
	§ 3 Clausulae C_1	601
Cap. IV.	Quomodo Cicero clausulas formare studuerit	602—645
	I De vocibus verborumque formis, quae per se ipsae clausulam explent	602—606
	§ 1 De clausulis A_1 A_2	602—605
	I De clausula A_1	602—605
	II De clausula A_2	605
	§ 2 De clausula B_1	605—606
	§ 3 De clausula C_1	606
	II De verborum formis, quae ad clausulas efficiendas aliis verbis adiectis indigent	606—641
	1) De amphibrachy	608—609
	2) De palimbacchio	609—612
	3) De antispasto	612—615
	4) De epitritis	615—619
	a) De epitrito tertio	615—618
	b) De epitrito secundo	618—619
	5) De cretico	619—622
	6) De iambicis vocabulis	622—623
	7) De dochmiacis vocabulis	623
	8) De trochaeo	623—633
	a) De trochaeo finali	623—624
	b) De trochaeo clausulas incipienti	625—633
	§ 1 Brevis *e* vocalis invenitur in exitu	625—628
	§ 2 Tractantur ei trochaei, quorum thesis brevi *a* littera expletur	628—630
	§ 3 Brevis *is* syllaba est in exitu	630
	§ 4 De quarto genere trochaeorum in *-ŭs* exeunte	630—631
	§ 5 Brevis *-ŭs* syllaba exstat in exitu	631—632
	§ 6 De iis trochaeis, qui altero loco brevem *i* vocalem possident	632—633

De adiumentis vel instrumentis ad clausulas formandas a Cicerone adhibitis disseritur . . pag. 633—641
§ 1 De particula *que* . . . . 633—637
§ 2 De vocula *atque* . . . . 637—640
§ 3 De voculis *ve ne anne nonne* . . . . 640—641
III De formulis sollemnibus . . . . 641—645
I Clausulae A_1 . . . . 641—642
II Clausulae A_1 cum cretico molossove antecedenti 642
III Clausulae B_1 . . . . 642—644
IV Clausulae C_1 644
V Clausulae D_1 644
VI Clausulae D_2 644
Cap. V. De pronuntiatione et de mensura syllabarum . . 645—671
§ 1 De synaloepha . . . . 645—646
§ 2 De elisione . . . . 646—652
A Breves vocales eliduntur . . . . 646—648
B Longae vocales detrahendae sunt . . . . 648—652
§ 3 De *m* littera . . . . 652—655
§ 4 De hiatu longarum . . . . 655—656
§ 5 De dipthongo *ae* . . . . 656—657
§ 6 De monosyllabis . . . . 657—659
§ 7 De vitata elisione 660
§ 8 De elisione in fine membrorum facta . . . 660—662
§ 9 De genetivis in *-i* 662
§ 10 De littera *h* 663
§ 11 De vocula *nihil* . . . . 663—664
§ 12 De verbo *prehendendi* . . . . 664—665
§ 13 De syncopa 665
§ 14 De mensura syllabarum observationes reliquae . . . . 665—667
§ 15 De accentu . . . . 667—670
§ 16 De enclisi . . . . 670—671
§ 17 De praepositionibus acutis 671
Cap. VI. De verborum collocatione a Cicerone clausularum gratia mutata . . . . 672—675
Cap. VII. De crisi . . . . 676—678

II. Index locorum qui tractantur.

	pag.		pag.
Tusc I 15	676	De nat. deor I 34	677
„ 52	676	Off I 59	677
„ 77	677	„ 146	678
De nat. deor I 104	677	„ 156	678

III. Corrigenda.

Pag. 602 lin. 7 a marg. sup. pro *ardornare* lege *adornare*
„ 606 „ 9 „ „ inf. „ *erat* „ *fuerit*.

Non adnoto paucula illa quae in quantitatibus syllabarum designandis typotheta, ceterum difficili munere functus egregie, peccavit. Ea lector non monitus ipse corriget velut si p. 623 lin. 13 a marg. inf. pro *ĕt pŏtēstātĭbŭs* positum est *ēt pŏtēstātībūs* et similia.

JAHRBÜCHER
FÜR
CLASSISCHE PHILOLOGIE.

Begründet von

Dr. Alfred Fleckeisen,
weil. Professor in Dresden.

Sechsundzwanzigster Supplementband.

Drittes Heft.

Inhalt:

4. De poetis scaenicis Graecis hymnorum sacrorum imitatoribus. Scripsit *Fridericus Adami* . . . . 213—262
5. Quaestiones Platonicae. Scripsit *G. Janell* . . . . . 263—336
6. Romanorum sermonis castrensis reliquiae collectae et illustratae. Scripsit *J. G. Kempf* . . . . 337—400
7. Der dem Boethius zugeschriebene Traktat de fide catholica. Untersucht von *E. K. Rand* . . . . . . 401—461
8. De praepositionum in prisca latinitate vi atque usu. Scripsit *Fr. Pradel*. . . . . 462—576
9. De clausulis Ciceronianis. Scripsit *J. Wolff* . . . . 577—680

Leipzig,
Druck und Verlag von B. G. Teubner.
1901.

